

INNOCENTII II

PONTIFICIS ROMANI

EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA

I.

Ad Lotharium regem. — Conradum regni invasorem ab Honorio excommunicatum nuntians. Gerardo cardinali legatio apostolica per Germaniam confirmatur.

(Anno 1130, Febr. 18.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 430.]

G[REGORIUS], quondam S. Angeli cardinalis diaconus, nunc autem, Deo disponente, in pontificem Romanum electus, [GUILL.] Prænesticus, [ΜΑΤΤΗΑΙΟΣ] Albanensis, [JOANNES] Ostiensis, [CΗΥΚΟ] Sabinensis, episcopi et catholici cardinales qui Romæ sunt, LOTHARIO illustri et glorioso regi, et sanctæ Ecclesiæ catholicæ defensori ac speciali filio, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectissimus Pater noster felicis memoriæ papa Honorius, cum tota sancta catholica Romana Ecclesia, quoniam maximum fructum de persona tua speravit sanctæ Ecclesiæ venturum, quod de te factum est auctoritate apostolica confirmavit, et in Conradum regni invasorem excommunicationis sententiam promulgavit. Nos autem, ipsius inhærentes vestigiis, quoniam de tuæ fidei firmitate et justitia valde confidimus, per dilectissimum fratrem nostrum Gerhardum, cardinalem presbyterum, apostolicæ sedis legatum, prudentiæ tuæ mandamus, quatenus proxima ventura hieme ad sedem apostolicam venias, honoris et dignitatis plenitudinem, operante Domino, suscepturus. Sicut ergo tantum virum decet, ita munitus accedas, ut et pacem statuere, et hostes Ecclesiæ et imperii, suffragante divina gratia, valeas subjugare. Causam Halverstadensis episcopi præfato fratri nostro G[erhardo], commisimus, Coloniensi vero archiepiscopo, pro quo rogasti, ut tibi fidelior sit, episcopale officium indulgemus.

Datum apud Palladium [f. Palatium] XII Kal. Martii.

II.

Ad Germanos. — Gerardo cardinali legationem apostolicam per Germaniam confirmat.

(Anno 1130, Febr. 18.)

[MANSI, *Concil.*, XVI, 429.]

G. [GREGORIUS] quondam diaconus cardinalis, nunc autem, disponente Domino, Romanus electus P., universis archiepiscopis, abbatibus, clero et

A aliis fidelibus Deo per regnum Teutonicum constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectissimus Pater noster felicis memoriæ Honorius papa vices suas dilecto filio suo fratri nostro G. cardinali presbytero, religioso siquidem et prudenti viro, in Teutonico regno commisit. Nos autem, divina suffragante clementia, ipsius inhærentes vestigiis, ut opus sibi injunctum, Deo duce, perficiat, B. Petri auctoritate mandavimus. Ipsum ergo apostolicæ sedis legatum pro reverentia B. Petri et sanctæ Romanæ Ecclesiæ benigne suscipite: ad hæc fraternitati vestræ mandamus, quatenus illustri viro regi Lothario, quem elegistis, et de sua prudentia et honestate contisi, in regem assumpsistis, opem et consilium unanimiter præbeatis: et quoniam quod de eo a nobis factum est, a prædecessore nostro felicis memoriæ papa Honorio, et sancta Romana Ecclesia confirmatum est, mandamus vobis, quatenus ipsum imperii dignitatem, et honoris plenitudinem suscepturum, ad apostolorum limina proxima futura hieme transmittatis, et ut honorifice et potestative veniat, et pacem constituere valeat, et Ecclesiam defensare per [vestrarum personarum, sicut oportuerit exhibitionem eundem viriliter adjuvetis.

Datum apud Palatium XII Kalend. Martii.

III.

Ad A. priorem et fratres ecclesiæ S. Frigidiani Lucensis.

(Anno 1130, Mai. 6.)

[BALUZ., *Miscell.* edit. Luc., IV, 589.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, dilectis filiis A. [ATTONI] priori et cæteris fratribus S. Frigidiani, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto vos in amore religionis ferventiores esse cognovimus, tanto amplio rem de vobis fiduciam gerimus. Siquidem P. [PETRUS] Leonis sanctam Romanam Ecclesiam molitur opprimere et servituti perpetuæ subjugare; ideoque firmitatis vestræ constantiam exhortamur in Domino, quatenus in fide B. Petri et dilectione nostra tanquam viri catholici firmiter persistentes, navem B. Petri, quæ modo inter procillas fluctuat, ad portum salutis profusis ad Deum precibus reducatis.

Datum Transtiberim u Nön. Maii.

IV.

Ad Lotharium regem.— Electionem suam canonicam et illegitimam Anacleii narrat. Archiepiscopum Ravennatem nitens se ad illum significat.

(Anno 1130, Maii 11.)

[Mansi, Concil., XXI, 428.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio L., illustri et glorioso Romanorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod excellentia nobilitatis tuæ studiosa et fervens in fidelitate B. Petri semper exstitit et devota divinæ bonitatis gratia personam tuam honoribus decoravit, atque ad defensionem suæ Ecclesiæ, et statum imperii reformandum ad regni fastigia sublimavit, prædecessorque noster felicitis memoriæ papa H. quod te per multam utilitatem credidit Ecclesiæ profuturam, electionem de te ab archiepiscopis, episcopis, ac regni principibus factam pro unitate Ecclesiæ et regni inviolabiliter conservanda auctoritate apostolica confirmavit, et pro imperiali dignitatis plenitudine suscipienda per dilectum filium nostrum G. [Gerardum] sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum cardinalem te ad sedem apostolicam evocavit. Quo nimirum humanæ conditionis exemplo, quod ego dignus non fui, episcopi et Catholici cardinales me licet invitum, et renitentem in Romanum pontificem unanimiter elegerunt. Quibus, ut ante Deum loquar, nullo ambitionis honore, nulla omnino præsumptione assensum præbens, sed sola tot tantorumque religiosorum virorum, non absque gravi periculo contemnenda, compulsus obedientia, confusus insuper de omnipotentis Dei misericordia injunctum mihi officium ad honorem Dei et Ecclesiæ Romanæ suscepi. Postmodo vero Petrus Leonis, qui papatum a longis retro temporibus affectaverat, parentum violentia, sanguinis effusione, decrostatione sanctarum imaginum B. Petri cathedram occupavit, et peregrinos, ac religiosos quosque, ad apostolorum limina devotionis causa venientes, captos et tetrus carcerum squaloribus ac ferreis vinculis mancipatos, fame, siti diversisque tormentorum generibus cruciare non desinit. Sanguinem quoque nostrum, et eorum qui nobiscum sunt sitibundo pectore concupiscens, gladiis, veneno ac multinodis prodicionibus vitæ nostræ insidiatur. Pro cuius sævitia comprimenda, et statu tam Ecclesiæ quam imperii in melius reformando, per præsentia scripta, et venerabilem fratrem nostrum C. [Gualterium] Ravennatem archiepiscopum virum utique religiosum, prudentem, omniumque morum honestate conspicuum, excellentiæ tuæ iterato mandamus, quatenus proxima hieme cum archiepiscopis ac regni principibus ad nostram præsentiam venias imperialis dignitatis plenitudinem, cooperante Domino, suscepturus. Sit itaque, filii charissime, regnum tuum adiutorium regni cælestis, ut post temporale regnum, quod longævum tibi Dominus faciat, cum ipso sine fine possis regnare; tem-

poribus tuis habeat Ecclesia honorem suum, et in rege suo lætetur, et in gloria tua floreat et glorietur. Exaltentur in diebus tuis Catholici, et opprimantur hæretici, ut regnum tuum Deus exaltet, et inimicos tuos sub pedibus tuis humiliet. Ad hæc venerabilem fratrem nostrum præfatum G. archiepiscopum tuæ gloriæ attentius commendamus, rogantes ut pro sedis apostolicæ reverentia eum benigne recipias et honeste pertractes. Omnipotens Dominus incolumem te, filii charissime, custodiat, et Ecclesiæ suæ curis fideliter invigilare concedat. Gloriosam filiam nostram R. [Richezam] reginam ex nostra parte devote salutes, eamque pro suscipienda imperiali benedictionis plenitudine una tecum ad nos venire invitamus.

Datum Transtiberim v Id. Maii.

V.

Ad archiepiscopos, episcopos, abbates et principes per regnum Teutonicum constitutos.

(Anno 1130, Jun. 20.)

[Philippus JAFFÉ, *Regesta pontif. Rom.*, p. 561, ex codice capituli Olomucensis.]

Venerabilibus fratribus, archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus et principibus per regnum Teutonicum constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Divina factum dispositione minime dubitamus, quod dilectum filium nostrum Lotharium, virum utique Catholicum et justitiæ cultorem, in regem vobis unanimiter elegistis. Prædecessor siquidem noster, felicitis memoriæ papa Honorius, pro unitate Ecclesiæ conservanda et statu imperii in melius reformando, quod a vobis de eo factum fuerat, auctoritate apostolica confirmavit, ipsumque pro suscipienda imperiali dignitatis plenitudine per dilectum filium nostrum, latorem præsentium, G[erhardum] sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum cardinalem, ad sedem apostolicam evocavit. Quo nimirum humanæ conditionis lege rebus humanis exemplo, quod [quanquam?] ego dignus non fui, episcopi et Catholici cardinales me licet invitum et renitentem in Romanum pontificem communiter elegerunt. Quibus, ut ante Deum loquar, nulla honoris ambitione, nulla omnino præsumptione assensum præbens, sed sola tot tantorumque religiosorum virorum, non contemnenda compulsus obedientia, confusus insuper de omnipotentis Dei misericordia, injunctum mihi officium ad honorem Dei et Ecclesiæ Romanæ suscepi. Postmodum vero P[etri] Leonis, qui papatum a longis retro temporibus affectaverat, parentum violentia, sanguinis effusione, destructione sacrarum imaginum, beati Petri cathedram occupavit, et peregrinos ac religiosos quosdam ad apostolorum limina devotionis causa venientes, captos et tetrus carceris squaloribus ac ferreis vinculis mancipatos, fame, siti, diversisque tormentorum generibus cruciare non desinit. Per præsentia itaque scripta et charissimos fratres nostros, G[erhardum] sanctæ Romanæ Ecclesiæ præ-

sbyterum cardinalem et Gualterum, Ravennatem archiepiscopum, universitati vestræ mandando præcipimus, ut matri vestræ, sanctæ Romanæ Ecclesiæ, modo cum maxime opus est, pro posse vestro subvenientes, præfatum filium nostrum, regem Lotharium, ad honorem et servitium nostrum animare attentius studeatis, ipsumque proxima hieme ad nostram præsentiam adducatis, ut de eo, quod faciendum fuerit, præstante Domino, faciemus. Ad hæc præfatos legatos nostros G(erhardum) presbyterum cardinalem et Gualterum, Ravennatem archiepiscopum, dilectioni vestræ attentius commendamus, quos pro sedis apostolicæ reverentia benigne suscipiatis et honeste tractetis. Omnipotens Dominus sua vos protectione custodiat et tam in præsentem quam in futura sæcæ vobis ubertatem benedictionis attribuat.

Datum Pisis XII Kal. Julii.

VI.

Monasteria congregationis Vallisumbrosæ recipiuntur sub tutela sedis apostolicæ cum aliarum gratiarum et indulgendarum confirmatione

(Anno 1150, Jun.)

[COQUELINES, tom. II, p. 205.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ATTHONI Vallumbrosano abbati, ejusque successoribus in perpétuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisorum omnium honorum Deo commissa est ut et religiosa diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, si non ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conversatus. Hoc nimirum charitatis intuitu, dilecte in Domino fili Attho abbas, rationabilibus postulationibus annuentes, Vallumbrosanum monasterium, cui Deo auctore præses, cum omnibus monasteriis sibi subjectis sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus, et scripti pagina nostri communimus, statuantes ut omnis immunitas, omnis libertas, quæ a prædecessoribus nostris felicis memoriæ Victore, Gregorio septimo, Urbano, et Paschale, Romanis pontificibus, præfato monasterio concessa est, futuris perpétuis temporibus firma tibi tuisque successoribus, ac Vallumbrosanæ congregationi, illibataque permaneant. Sane nulli hominum liceat conversos aut monachos jam dicti monasterii, seu etiam totius congregationis, ausu temerario capere, vel captos retinere, seu aliquibus fatigationibus infestare. Porro fructuum vestrorum decimas, quas ubilibet propriis sumptibus laboribusque colitis, absque episcoporum contradictione, vel episcopatum ministrorum, vel plebanorum, xenodochio vestro reddendas possidendasque sancimus. Liceat vobis etiam clericos, e sæculo fugientes, seu laicos ad conversionem absque cujuslibet contradictione suscipere, et qui se devoverint in vestro cæmeterio sepelire, et tam ipsorum quam cæterorum fidelium oblationes sine aliarum ecclesiarum præ-

A judicio recipere. Adjicimus quoque ut quascunque possessiones, quæcunque bona jamdictum monasterium juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, rationabiliter, præstante Domino, poterit adipisci, quieta vobis et integra conserventur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit idem monasterium temere perturbare, aut ei subditas ecclesias vel possessiones auferre, minuere, seu temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo tricesimo, indictione octava, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno primo.

VII.

Ad Didacum archiepiscopum Compostellanum. — De muneribus missis gratias agit.

(Anno 1150, Aug. 2.)

[FLOREZ, España sagrada, XX, 511.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri DIDACO Compostellano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Pro subjectione et obedientia B. Petro et S. R. E. a fraternitate tua impensa, et xeniis nobis a munificentia tua transmissis, dilectioni tuæ gratiarum persolvimus actiones. Nos enim personam tuam vera in Domino charitate diligimus, et pro reverentia B. Jacobi apostoli, et amore tuo libenter Compostellanam Ecclesiam honoramus. Postulationes siquidem tuas per nuntios M. archidiaconum, et P. presbyterum nobis expositas pro tempore novitatis nostræ ex parte admisimus, et ubi scriptura opus fuit, apostolica scripta direximus. Præfatum autem presbyterum tuæ Ecclesiæ capellanum, qui pro utilitate Compostellanæ Ecclesiæ tuoque servitio plurimum laboravit, fraternitati tuæ attentius commendamus.

Datum Januæ IV Non. Augusti

VIII.

Ad eundem. — De iniqua consuetudine decreto regio cassata.

(Anno 1130, Aug. 2.)

[FLOREZ, *ubi supra*, p. 510.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri DIDACO Compostellano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Sancta mater Ecclesia, quæ admodum in spiritualibus sine ruga, et macula, et schismate, in unitatis perpetuæ splendore clarescit, ita in temporalibus nullis gravaminibus affici, nullius angariis perturbari, nihil debet extraordinarium sustinere. Expedit enim ut omnis Ecclesia in sui status prærogativa immobiliter perseverans, libera et immunis ab hujusmodi vexatione permaneat. Prævum igitur usum, et iniquam consuetudinem, quæ olim in Compostellana B. Jacobi habebatur Ecclesia, quoniam post mortem Compostellani pontificis redditus episcopatus in regios deducebantur usus, et viduata pastore et per longa tempora Compostellana vacabat Ecclesia, a charissimo filio nostro Adefonso rege damnatam, et regalisi decreti auctoritate cassatam esse gaudemus: quod autem constitutum est ut defuncto episcopo in ipsa Ecclesia, non protrahatur, sed libera fiat electio, laudamus et auctoritate apostolica confirmamus.

Datum Januæ iv Non. Aug.

IX.

Ad archiepiscopos et episcopos Hispaniæ.

(Anno 1130, Aug. 2.)

[FLOREZ *ubi supra*, p. 511.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per Hispaniam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Reges, principes, et alii Dei fideles pro peccatorum suorum remissione, et animarum salute, B. Jacobo vota voverunt, et ut absque molestia solverentur annuatim statuerunt. Ut ergo participes ipsius beneficii existatis, fraternitati vestræ per præsentia scripta mandamus, quatenus ad præfata vota solvenda nullum impedimentum faciatis, sed ut libere et absque molestatione aliqua persolvantur, secundum antiquam consuetudinem permittatis.

Datum Januæ iv Nonas Augusti.

X.

Ad P[elagium] archiepiscopum Bracarensem.

(Anno 1130, Aug. 2.)

[FLOREZ, *ubi supra*, pag. 509.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri P. Bracarensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Charissimus frater noster Didacus Compostellanus archiepiscopus graviter adversum te conqueritur, quod villas B. Jacobi quas ab eo in beneficium suscepisti, eo siquidem tenore ut quacunque hora idem archiepiscopus illas a te repeteret, libere ei et absque molestia aliqua redderes, quod etiam per scriptum di-

A ceris roborasse, a te sæpe repetitas per violentiam detines. Per apostolica igitur scripta fraternitati tuæ mandamus quatenus villas, et alias B. Jacobi possessiones præfato modo susceptas, jam dicto venerabili fratri nostro Didaco archiepiscopo absque difficultate aliqua reddas, nec ulterius contra ejus voluntatem detineas. Ad hæc mandamus tibi ut vota fidelium, quæ B. Jacobo per parochiam tuam debentur, juxta antiquam consuetudinem, absque contradictione dari et persolvi pernitias.

XI.

Ad P[elagium] archiepiscopum Bracarensem.

(Anno 1130, Aug. 2.)

[FLOREZ, *ubi supra*, p. 510.]

B INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri P. Bracarensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Prædecessor noster felici memorie papa Honorius pro excessu et contemptu S. R. E. quæ in consecratione Colimbriensis episcopi commiseras, ut præterita Dominica qua legitur: *Ego sum pastor bonus*, ad suam responsurus venires præsentiam, fraternitatem tuam per apostolica scripta vocavit: tu vero nec venisti, nec responsales qui causam tuam agerent ad sedem apostolicam misisti: et quia tantum excessum præterire non possumus indidiscussum, per præsentia tibi scripta mandando præcipimus, quatenus proxima B. Mariæ Purificatione, super his ad nostram præsentiam venias respondere paratus.

XII.

Privilegium pro Ecclesia Papiensi.

[SPELTA, *Historia di Pavia*, p. 289.]

C INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri BERNARDO Papiensi episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Sacrosancta Romana et apostolica Ecclesia ad Ipso Salvatore nostro Domino Jesu Christo caput et cardo est Ecclesiarum omnium constituta, non dico a capite membra discedere, sed eminenti ratione, et supernæ provisioni capitis obedire, moderatrix autem discretio capitis, singulorum officiosas subventiones considerans, unicuique jus et ordinem a natura constitutum distincte conservet, et quibusque nobilibus membris venustatis suæ dignitatem et individua sociali charitate custodit. Hac igitur inductus ratione honorem papalem Ecclesiæ sedis apostolicæ propriæ et specialis filie volumus conservare. Ideoque, venerabilis frater Bernarde, quem pro Ecclesiæ strenuitate doctrinæ, et religionis, et morum honestate plena in Christo charitate diligimus, tuis rationabilibus postulationibus gratum præbentes assensum, omnem vestræ Ecclesiæ dignitatem per prædecessorum nostrorum privilegia, vel authentica scripta concessum. Nos quoque præsentis privilegii auctoritate firmamus, siquidem fraternitati tuæ inter sacra missarum solemnia pallo uti, et tam tibi quam successoribus tuis in pro-

cessione Palmarum, et feriæ secundæ post Pascha equum album udone coopertum equitare, necnon et crucem inter ambulandum deferre concedimus. Monasterium Sanctæ Mariæ in charitate, monasterium Sancti Donati in Scovilla fundatum, licet extra vestram diocesim reperiantur, sicut hactenus habita sunt cum omnibus ad ipsa pertinentibus habeantur. Cæterorum etiam monasteriorum. . . . vestræ diocesis fines sunt canonica dispositio, et abbatum. . . . discussio, electio, et consecratio semper. . . . quos profecto, vel quorum presbyteros ad vestrum expediat venire monasteriis aut capellis aliquibus. . . . baptismum generale fieri penitus prohibemus. . . . canonis licita invenire contigerit institutis clericos, sanctimoniales viduas, . . . conscientia nemo præsumat. . . . eorum rebus inferre, nec cæmeteriorum, quæ. . . . curam vobis, aut potestatem. . . . persona præsumat. Nec ullus unquam cujusque. . . . homo quasi sub obtentu hospitalitatis venerabili episcopo, aut in domibus sacerdotum tuorum et omnium. . . . : tua tuorumque successorum voluntate. . . . præsumat, nec in rebus mobilibus, aut immobilibus. . . . cujuscunque conditionis ad vestram Ecclesiam pertinentibus invasionem, aut violentiam. . . . fieri sine legali. . . . permittimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere. . . . vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salvo in omnibus apostolicæ sedis privilegio. Ob majorem quoque ipsius Papiensis Ecclesiæ. . . . confirmantes statuimus, ut in synodali celebratione conventuum. . . . quam successores tui ad sinistram Romani. . . . primum sessionis locum perpetualiter habeatis. Si qua. . . . ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove. . . . si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate. . . . a sacratissimo corpore ac sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena. . . . atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Prænustinus episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Johannes tituli Sancti Grisogoni presbyter cardinalis subscripsi.

A Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Anastasiæ subscripsi.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Equitii subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli S. Laurentii subscripsi.

Ego Goselmus presbyter cardinalis tituli S. Ceciliae subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis tituli S. Mariæ in Porticu subscripsi.

Ego Gregorius cardin. tit. SS. Sergii et Bacchi subscripsi.

Datum Januæ per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, septimo Idus Augusti, indictione octava, Incarnationis Dominicæ anno 1130; pontificatus autem Innocentii II anno primo.

XIII.

Monasterii SS. Gervasii et Protasii Fossensis possessiones et privilegia confirmat.

(Anno 1130, Sept. 11.)

[MABILL., *Annal. ord. S. Bened.*, VI, 192.]

Tunc temporis Sanctorum Gervasii et Protasii monasterio diocesis Arelatensis, apud Fossas sito, præerat Guillelmus abbas, qui ab Innocentio II, dum apud S. Ægidium hoc anno versaretur, apostolicæ protectionis et immunitatis privilegium petiit. Ejus postulatis annuens pontifex, exemplo antecessorum suorum Sergii IV et Paschalis II prædictum monasterium apostolicæ sedis patrocinio communit, possessiones confirmavit, et monachos ejus loci ab omni sæculari servitio immunes esse sanxit, ut in sanctæ religionis observatione seduli, nulli alii nisi Romanæ Ecclesiæ subjecti sint.

Datum apud S. Ægidium per manum Aimerici, S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, III Idus Septembris, indictione VIII, Incarnationis Dominicæ anno 1130; pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno

XIV.

Ad Bertholdum abbatem S. Blasii. — Confirmat libertatem S. Blasii ab advocatia Basileensi.

(Anno 1130, Nov. 2.)

[GERBERT, *Hist. Nigræ Silvæ*, t. III, p. 62.]

D INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BERTHOLDO abbati monasterii S. Blasii quod in Constantiensi episcopatu, in loco videlicet qui Nigra Silva dicitur, situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu satagere, et eorum quieti et utilitati salubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et beati Petri atque apostolicæ sedis patrocinio muniamus. Proinde, dilecte in Domino filii Bertholde abbas, supplicationi tuæ clementer annuimus, et beati Blasii monasterium, cui Deo auctore præsidet, cum suis omnibus pertinentiis apostolicæ sedis suffragio

roboramus. Statuimus enim ut quæcunque idem monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, sive in futurum (concessione) pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, juste et canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, chrisma, oleum sanctum, et cætera ad episcopale officium pertinentia, a Constantiensi episcopo, in cujus diœcesi estis, accipietis, si tamen Catholicus fuerit, et gratiam ac communionem apostolicæ sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum quem malueritis adire episcopum, et ab eo consecrationum sacramenta percipere, qui apostolicæ sedis fultus auctoritate, ea quæ postulantur indulgeat. Sepulturam quoque eidem loco omnino liberam esse decernimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Porro laicos sive clericos sæculariter viventes ad conversionem suscipere nullius episcopi aut præpositi contradictio vos inhibeat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars sanioris consilii secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam elegerint. Ad hæc salva Constantiensi episcopi reverentia confirmamus vestro monasterio cellam de Silva Suazewalt, a Reginberto constructam cum omnibus possessionibus, prædiis et terris ad eam pertinentibus. Confirmamus etiam dispositionem illam, quam bonæ recordationis Henricus IV imperator de monasterii vestri libertate et advocatia constituit, et prædecessor noster felicitis memoriæ Calixtus auctoritatis suæ privilegio roboravit; atque dilectus filius noster Lotharius rex præcepti sui firmitate munivit, et sanctæ recordationis papa Honorius episcoporum et cardinalium deliberatione firmavit, ut videlicet in advocati electione abbas liberam habeat potestatem cum fratrum suorum consilio talem eligere, quem ad defensionem libertatis monasterii bonum et utilem esse cognoverit, qui non pro terreno commodo, sed pro Dei amore et peccatorum suorum venia, necnon et æternæ benedictionis mercede advoca-

tiam ipsam bene habere cupiat, et tractare: si autem calumniator potius quam advocatus existens monasterii bona pervaserit, et non magis ea defenderit, abbas habeat facultatem cum fratrum consilio alium sibi statuere advocatum utiliorem, quatenus sicut a suprascripto Henrico imperatore, et a præfato filio nostro Lothario rege judicio definitum est, cœnobii vestri libertas modis omnibus a jure sit aliena Basileensis Ecclesiæ. Ad indicium autem nostræ tuitionis et concessæ vestro monasterio libertatis aureum unum quotannis Lateranensi palatio persolvatis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus

Ego Guilielmus Prænestinus episcopus.

Ego Joannes Ostiensis episcopus.

Ego Guido Tiburtinus episcopus.

Ego Matthæus Albanensis episcopus.

Ego Joannes tituli S. Chrisogoni presbyter cardinalis.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Equitii.

Ego Ubertus presbyter cardinalis tituli S. Clementis.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Anastasiæ.

Ego Goselmus presbyter cardinalis tituli S. Cæcilie.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Guido diaconus cardinalis S. Mariæ in Via Lata.

Datum Cluniaci (15) per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi] cardinalis et cancellarii, iv Nonas Novembris, indictione viii, Incarnationis Dominiçæ anno 1130; pontificatus autem domni Innocentii II papæ anno i.

XV.

Ad Sugerium S. Dionysii abbatem.—Honorii II papæ decretum de Argentoliensi monasterio confirmat.

[D. BOUQUET, *Recueil*, t. XV, p. 369.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-

(15) Innocentius II, die 15 Febr. an. 1130 papa electus, ob schisma Petri Leonis, cui Romani adhærebant, in Gallias secessit, ibique, antequam Claramontanum concilium celebraret, Cluniacum divertens, illius monasterii ecclesiam dedicavit, et quidem, ut probat Pagius (Brev. Rom. Pont. t. II, p. 618) circa d. 18 Oct. aut aliquot diebus posterius, si quidem juxta Ordericum Vitalem nonnisi

xi diebus ibi commoratus sit, cum ibi antequam discederet, bullam hanc die 2 Nov. dederit. Mabillonius *Annal.* t. VI, p. 186, diem 25 Octob. huic dedicationi assignat, quæ perperam ad an. 1131 in Bibliotheca Cluniacensi refertur, cum eo anno ipso illo die 25 Octob. Ludovicum Juniores Remis regem consecraverit Innocentius.

lecto in Christo filio SUGGERIO abbati S. Dionysii, salutem et apostolicam benedictionem.

Corpus Ecclesiæ Dei tunc procul dubio conservatur incolome, et prima mediis, et media primis sociali fœdere junguntur, si quæ a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus rationabiliter statuta sunt, a nobis et successoribus nostris auctoritate apostolica roborentur. Quocirca, dilecte in Domino filii Suggesti abbas, monasterium Argenteolum, a venerabili fratre nostro Stephano Parisiensi episcopo, in præsentia venerabilium fratrum nostrorum Matthæi Albanensis episcopi, tunc apostolicæ sedis legati, Rainaldi Remensis archiepiscopi, Gaufridi Carnotensis, Gosleni Suessionensis episcoporum, interventu charissimi filii nostri Lodoici illustris et gloriosi Francorum regis, tibi et monasterio tuo concessum, et pro reformanda ibidem religione a prædecessore nostro felicitis memorix papa Honorio confirmatum, apostolicæ sedis munimine roboramus, et illibatum futuris temporibus manere decernimus (16).

Datum Cluniaci iv Nonas Novembris.

[XVI.]

Bulla pro abbacia S. Germani de Præis.

(Anno 1130, Nov. 3.)

[BOUILLARD, *Histoire de Saint-Germain des Près*, preuv., p. xxxvi.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HUGONI abbati monasterii Sancti Germani Parisiæ urbis episcopi, ejusque successoribus in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi cognoscitur convenire, animo nos debet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Hoc nimirum charitatis intuitu, dilecte in Domino filii Hugo abbas, monasterium Beati Germani, cui Deo auctore præsidet, cum omnibus ad ipsum pertinentibus sub beati Petri tutelam protectionemque suscipimus et apostolicæ sedis patrocinio communitus. Per præsentis itaque privilegii paginam tibi tuisque successoribus in perpetuum confirmamus, ut quæcunque libertas; quæcunque dignitas privilegio beati Germani, scriptis Childeberti, Clotharii atque aliorum regum Francorum, vestro monasterio collata est, quæcunque bona, quæcunque possessiones concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium ad idem cœnobium pertinere noscuntur, quæcunque etiam in futurum juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus infestare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt,

(16) Hanc gratiam et insigne privilegium reportavit Sugerius ex itinere quo, post Stampense concilium, legatione functus regis Ludovici VI, et susceptionis

ausibus omnimodis profutura. Omnis vero abbas potest qui a congregatione ejusdem cœnobii secundum Regulam beati Benedicti electus fuerit, a Romano pontifice vel a quo maluerit, Catholico episcopo consecratur. Præcipimus quoque auctoritate apostolica ne quis episcoporum oleum, chrisma, benedictiones, consecrationes, ordines vel quæcunque ex pontificali ministerio sunt necessaria eis vel successoribus eorum denegat. Missas itaque, ordinationes, stationes, ab omni episcopo vel clero Parisiensi Ecclesiæ in eodem monasterio præter voluntatem abbatis vel congregationis fieri prohibemus. Nec habeant potestatem ibi aliquid imperandi, sed nec ipsis interdici, nec excommunicare, nec ad synodum vocare abbatem aut monachos, presbyteros aut clericos ecclesiarum ipsius loci facultatem damus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit secundo termonè communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum Judicem oramiam æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus sig.

Ego Willelmus Prænestinus episcopus sig.

Ego Matthæus Albanensis episcopus sig.

Ego Joannes Ostiensis episcopus sig.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata.

Ego Joannes tituli Sancti Grisogoni presbyter cardinalis sig.

Ego Ubertus presbyter cardin. tituli Sancti Clementis sig.

Ego presbyter cardinalis tituli Sanctæ Anastasiæ sig.

Ego Joslenus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Cæciliæ.

Data Cluniaci per manum Imerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, tertio Nonas Novembris, indictione viii, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo, pontificatus domni Innocentii papæ II anno primo.

XVII.

Monachos pro monialibus substitutos in cœnobio S. Mariæ Laudunensi confirmat.

(Anno 1130, Nov. 4.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 374.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, et servitii primitias Cluniacis ei (Innocentio) per nos delegavit, inquit Sugerius ipse in Vita Ludovici.

dilecto filio DROGOMI abbati monasterii S. Mariæ sanctique Joannis Baptistæ in Laudunensi civitate, ejusque fratribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad hoc nobis a Domino pastoralis officii jura commissa est, ut et bene placentem Deo religionem laboremus statuere, et stabilitatem exacta diligentia conservare: venerabiles siquidem fratres nostri Rainaldus Remorum archiepiscopus, et Bartholomæus Laudunensis episcopus consilio fratrum nostrorum Gosleni Suessionensis, Simonis Noviomensis, Petri Belvacensis, Roberti Atrebatensis episcoporum, interventu etiam clarissimi filii nostri Ludovici regis Francorum, in prænominato B. Mariæ sanctique Joannis monasterio, ubi quædam mulieres sub monialium nomine pravam et inhonestam vitam ducebant, monachos religiosos utique viros substituerunt, et te, dilecte in Domino filii Drogo, abbatem eidem conventui præfecerunt. Quod ergo ab eis pro statuenda et reformanda religione de præfato monasterio factum est, nos auctoritate apostolica confirmamus, et firmum volumus futuris perpetuo temporibus permanere. Decernimus igitur ut quæcunque præfatum monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, vel in futurum, præstante Domino, rationabiliter poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus regulariter substituendis et illibata permaneant. Si quis autem huic nostræ confirmationi sciens temerario ausu contraire tentaverit, indignationem beatorum Petri et Pauli et nostram se noverit incursum.

Datum apud Rohënnam 11 Non. Novemb

XVIII

Privilegium per quod confirmantur bona et jura prioratus S. Arnulphi Crispiensis Cluniacensis ordinis, Sylvanectensis diocesis.

[*Bullarium Cluniacense*, p. 46.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, dilecto filio AYMARO Crispei monasterii priori ejusque fratribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere cognoscitur, auctore Deo, citius est effectu prosequente complendum. Quocirca, in Domino filii Aymare, tuis postulationibus annuentes, beati Arnulphi martyris monasterium, cui ex charissimi filii nostri Petri Cluniacensis abbatis institutione præsides, præsentis decreti auctoritate munimus. Omnia enim quæ a fundatoribus loci vestri, Gualterio videlicet bonæ memoriæ Ambianensis comite, et ejus conjugæ Adela, Sancto Arnulpho et vestræ congregationi tradita cognoscuntur, ad exemplum prædecessoris nostri sanctæ recordationis papæ Paschalis vobis vestrisque successoribus confirmamus in eadem qua tradita sunt libertate mansura; cuncta etiam quæ in præsentiarum ad ipsum locum pertinere videntur, quieta vobis semper et integra permanere sancimus, ecclesiam scilicet Sanctæ Agathæ cum suis

(17) *Legendum Rohënnæ. JARRÉ.*

pertinentiis, altare de Diogenio cum appendiciis suis, altare de Frenico, ecclesiam Sancti Germani, sitam penes castellum Pontisarense cum appendiciis suis, cellam quæ vocatur Moranum monasterium, possessionem de villa Vilet prope montem Desiderii, altare Villaris, altare de Germiniaci quod per Fulconis episcopi chirographum possidetis, ecclesiam apud Locellos, ecclesiam apud Bonoculum, ecclesiam de Rossolio cum omnibus pertinentiis earum, allodium de Frasueta. Quæcunque præterea a quibuslibet de suo jure eidem loco collata sunt, vel in futurum conferri contigerit, firma semper et illibata permaneant, tam a te quam ab illis qui per Cluniacenses abbates eidem loco præpositi fuerint perpetuo possidenda, regenda ac disponenda. Statuimus etiam ut nulli episcopo nisi forte a priore et fratribus vestri monasterii invitatus fuerit ibidem missas publicas liceat celebrare, ne in servorum Dei recessibus occasio popularibus præbeatur conventibus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel temerare fatigare, sed omnino integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtam Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus.

Ego Matthæus Albanensis episcopus.

Ego Joannes Ostiensis episcopus.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli S. Anastasiæ.

Ego Goselinus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Cæciliæ.

Ego Gregorius diaconus cardinalis tituli SS. Sergii et Bacchi.

Ego Guido diaconus cardinalis S. Mariæ in Via Lata.

Datum Ravennæ (17) per manum Aimerici S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, Nonas Novembris, indict. VIII, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno primo.

XIX.

Confirmatio bonorum omnium et privilegiorum Cuxanensis monasterii.

Anno 1130, Nov. 28.)

[COCQUELINES, II, 203, ex chartulario monasterii Cuxan.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GREGORIO abbati monasterii Sancti Michaelis Cuxanensis, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo sine aliqua est dilatione complendum. Quamobrem, dilecte in Christo filii Gregori abbas Beati Michaelis archangeli, monasterium cui disponente Domino præsidet, sub apostolicæ sedis protectione suscipimus, et scripti nostri pagina roboramus, statuentes ut quasuncque possessiones, quasuncque bona, præfatum monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum rationabiliter præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda, videlicet allodium, quod in circuitu est ejusdem monasterii cum pertinentiis suis, allodium Tauriniani; Ecclesiam Sancti Fructuosi cum pertinentiis suis, ac decimas Ecclesiæ de Allone. Quidquid præterea concessione prædecessorum nostrorum Sergii, Agapiti, et Joannis Romanorum pontificum vestro monasterio collatum est, tibi tuisque successoribus confirmamus. Obeunte vero te, ejusdem loci abbate, nullus ibi per subreptionem aut violentiam præponatur, sed quem fratres communi consensu, aut fratrum pars sanioris consilii secundum Dei timorem, et beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Idem vero abbas ire ad synodum ipsius loci episcopi minime compellatur. Si quis vero pœnitens, a liminibus exclusus Ecclesiæ, illic confugerit, quandiu ibi fuerit, licentiam habeat ecclesiæ ultro eundi, et omne divinum officium audiendi. Ipsum autem monasterium vel eidem ecclesiæ pertinentes, vel abbatem, nullus episcopus excommunicare præsumat. Descernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis fatigationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco ju-

A sta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniunt. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum apud Clarum montem per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, iv Kalendas Decembris, indictione viii, Incarnationis Dominicæ anno 1130, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno primo.

XX.

Ad episcopos provincie Narbonensis.

(Anno 1130, Nov. 29.)

[D. BOUQUET, t. XV, p. 370.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus RAYMUNDO Magalonensi, BERNUNDO Biterrensi, P[ETRO] Lutevensi, JO[ANNI], NEMAUSIENSIS episcopis et RAIMUNDO Agathensi electo, salutem et apostolicam benedictionem.

Querelam filiorum nostrorum Petri abbatis et monachorum Aniensium adversus quosdam milites, parochianos vestros, videlicet Pontium Agonensem RAIMUNDUM Pimanensem, Olivarium Melgoriensem, et Petrum Raimundi Malaura, et coadjutores eorum, accepimus quod hominem suum a nudinis redeuntem miserabiliter interfecerunt. Ideoque præsentibus vobis scripto mandamus, quatenus milites illos diligenter commoneatis ut prædicto abbati et monachis de tam gravi excessu et injuria eis irrogata satisfaciant. Si infra dies (s. xv vel xl), postquam a vobis commoniti fuerint, satisfacere contempserint, nos extunc eos excommunicationis sententia innodamus, et mandamus vobis ut per varias faciatis parochias observari.

Datum apud Clarum Montem, iii Kalendas Decembris.

XXI.

Ad Guillelmum Lingonensem episcopum.

(Anno 1130, Dec. 3.)

[D. BOUQUET, t. XIV, p. 247.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GUILLENCO Lingonensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Ne occasione alicujus controversiæ quies monachorum et fratrum religiosorum conturbetur et summopere providendum est. Ideoque sicut præsentibus tibi injunximus, ita per apostolica scripta fraternitati tuæ præcipimus, quatenus, ascitis tecum dilectis filiis nostris STEPHANO Cisterciensi et BERNARDO Claravallensi abbatibus, controversiam quæ inter Ecclesiam S. Stephani et S. Sequani agitur, canonico sine decidas, aut concordiam et pacem componas. Ad hoc canonicis et monachis prædictarum Ecclesiarum mandando præcipimus ut quod a te consilio prænominatorum fratrum judicatum fuerit, absque retractatione observent.

Datum apud Clarum montem (18) iii Nonas Decembris.

(18) Anno 1130, quo Innocentius II concilium apud Clarum montem celebravit.

XXII.

Ecclesiæ S. Martini Nivernensis bona confirmat.

(Anno 1130, Dec. 19.)

[*Gall. Christ.*, XII, Instr. p. 340.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio STEPHANO priori ecclesiæ S. Martini in Nivernensi suburbio constitutæ, et ejus fratribus tam præsentibus quam futuris, canonicam vitam ibidem professis in Domino salutem.

In eminenti apostolicæ sedis specula disponente Domino constituti, religiosus desiderii assensum præbere, et tam ecclesiasticas personas quam eorum loca maxime quæ religionis nitore coruscant a pravorum hominum debemus incursibus defensare. Hac igitur ratione inducti, dilecte in Domino filii Stephane prior, tuis rationalibus postulationibus clementer annuentes, et prædecessoris nostri felicitis memoriæ papæ Honorii inherentes vestigiis beati Martini Nivernensis ecclesiam, cui Deo auctore præsidet, apostolicæ sedis suffragio roboramus; per præsentis itaque privilegii paginam statuimus ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjunximus, videlicet duas ecclesias de Luciniaco cum pertinentiis suis, capellam de Bælias, ecclesiam de Buciaco, ecclesiam de Moresca, ecclesiam de Coloncello, ecclesiam de Bazolis, ecclesiam de Spiriaci, ecclesiam de monte Rumilionis, ecclesiam de S. Audoeni, confirmamus etiam vobis donationem annonæ quæ in dedicationibus ecclesiarum offertur a Fromundo Nivernensi episcopo ecclesiæ vestræ collatam. Ad hæc corroboramus vobis ecclesiam S. Martini de Guespeio cum pertinentiis suis, videlicet ecclesiam Sancti Germani de Escaio, S. Georgii de Scaduno, Sancti Laurentii de Onacho, S. Stephani, ecclesiam S. Hilarii, Sancti Symphoriani, de Suency, et S. Desiderii super Hicaunam ab eodem fratre nostro Fromundo episcopo vobis concessam; ita scilicet ut in ipsa B. Martini ecclesia de Gispæio, sicut in vestra ordo canonicus secundum B. Augustini regulam futuris perpetuo temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea ecclesiam Sancti Leodegarii de Saxeis-Bordin vobis nihilominus confirmamus. Si qua ergo in posterum, etc.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episc.

Datum Disiesiæ per manum Aimerici S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xiv Kalend. Januarii, indict. ix, anno Incarnationis Dominicæ 1130, pontificatus domini Innocentii papæ II anno primo.

XXIII.

Ad Vularinum Bituricensem archiepiscopum.

(Anno 1131?)

[*DOUBLET, Hist. de Saint-Denys*, p. 489.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, vene-

rabili fratri VULGARINO Bituricensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Querelam dilecti nostri Suggestii abbatis Sancti Dionysii adversus Her. Clusinum abbatem accepimus, quod ecclesiam Sancti Martialis, de Sancto Desiderato, et ecclesiam Beati Marini de Corciaco ei injuste abstulerit. Nos igitur suam cuique servare justitiam cupientes, eidem abbati per apostolica scripta mandando præcepimus quatenus tertio Kal. Octob. ad tuam præsentiam veniat, præfato filio nostro Suggestio abbati de sua querimonia responsurus, aut sufficientes responsales transmittat, et tunc auditis utriusque partis rationibus fraternitatis tuæ discretio prædictæ controversiæ, debitum finem imponat, etc.

XXIV.

Ad Her. Clusinum abbatem.

(Anno 1131?)

[*DOUBLET, Histoire de Saint-Denys*, p. 489.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HER., Clusino abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectus noster Suggestio abbas Sancti Dionysii adversum te conqueri non desistit, pro eo videlicet quod ecclesias Beati Martialis, de Sancto Desiderato, et Sancti Marini de Corciaco ei injuste abstuleris. Eapropter per præsentia scripta tibi mandando præcipimus quatenus tertio Kalendas Octobris venerabilem fratrem nostrum Bituricensem archiepiscopum adeas, vel sufficientes responsales transmittas, juxta ipsius judicium præfato filio nostro Suggestio abbati satisfacere præparatus, alioquin proxima beati Luce festivitate ad nostram præsentiam venias, eadem super querimonia responsurus, etc.

XXV.

Privilegium pro abbacia Fontis Ebraldi

(Anno 1131, Jan. 20.)

[*PAVILLON, Vie de Robert d'Arbrissel*, p. 626.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ in Christo P. [PETRONILLE] abbatissæ monasterii Fontis Ebraldi, et sororibus ibidem divino famulatu mancipatis tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Quoniam sine veræ cultu religionis, nec charitatis unitas potest subsistere nec Deo gratum exhiberi, sicut expedit apostolicæ auctoritati religiosas personas diligere et religiosa loca, maxime quæ beati Petri juris existunt, et ad Romanam specialiter spectant Ecclesiam sedis apostolicæ munimine conservare. Ideoque dilecta in Domino filia P. (Petronilla) abbatisa tuis justis et rationabilibus postulationibus annuentes, monasterium sanctimonialium Fontis Ebraldi sub jure et protectione B. Petri positum, cui Deo auctore præsidet, ad exemplar prædecessorum nostrorum communiter et scripti nostri pagina roboramus; statuentes ut quæcunque bona, quascunque possessiones quæ monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, vel in futurum concessione principum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium rationabiliter auctore Deo poterit

adipisci tam tibi quam his quæ tibi in eodem regimine regulariter successerint, firma et illibata permaneat in quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda : locum videlicet Brajerac cum suis pertinentiis ex dono Almerici prioris, et omnium fratrum ejusdem loci, concedente hoc Tolosano episcopo. Locum Paradisi ex dono Fortis de Bic, et Amanvis de Paradiso cum uxore et filiis suis, concedente hoc Raymundo Agennense episcopo : locum de Fontanis ex dono comitis Theobaldi, concedente hoc Bichardo Meldensi episcopo : terram desertam, quam idem Buchardus Meldensis episcopus præfato monasterio ex dono concessit. Locum de Fontanis qui est in Petragoricensi episcopatu ex dono Bernardi Saucii Austerii, et Helicæ Guiberti, et Bovis curti; necnon Arnaldi de Joncelia, et Helicæ de Marolio, et Helicæ de Castellione, et aliorum plurium, concedente Vuillelmo Petragoricensi episcopo: locum pontis Sagei, et pontis Cainoni ex dono Fuleonis comitis Andegavorum; locum Erenelicæ ex dono Eliæ Thysi, et Benedicti de Mauritania et Bernardi de Parcelliano, concedente hoc Petro Xantonensi episcopo. Locum Cerasorum ex dono Goffredi vice-comitis Toarcensis, et uxoris ac filiorum suorum, concedente hoc Aimerico Herberti filio; necnon et decimas frumentationum ejusdem Goffredi vice-comitis, quæ in proprietate sua erant. . . . Locum Porcariz ex dono Joannis de Bellomonte, et decimas molendinorum suorum atque cellarii, suis concedentibus filiis; locum Vallicularum et terram Villæ-Novæ ex dono Rodulphi Maliclavelli, Iderti de Mirobello, concedente hoc Vuillelmo de Pinellis; locum Capreolorum ex dono Carbonelli de Cheniche; locum Jarrisje, ex dono Guillelmi de Mirobello et Gani fratris ejus; locum Ascari ex dono domine Remfredis, et Arraudi, et Beloti de Claris-vallibus, Ribotelli de Haja, et fratris sui; locum Fontis-Alerii ex dono Alexandri de Pecenaria, et Alexandri de Herbergamento; locum Regreperiz ex dono Mauricii Puelii, et Direx de Vallicula; locum Asinorum ex dono Guidonis Pictaviensis, et Gaudredi Maluminat, et ex concessione Rolandi Savaricii et sororis ejus et Goffridi de Pocejo, et Gisleberti de Losduno, et Alonis filii ejus, et Giraudi Berlai. Locum S. Karilelli, ex dono Kalonis de Blazonio, et ea quæ ad ipsum locum pertinent, donata eidem monasterio Fontis-Ebraldi a Goffredo de Doc, et Griseta matre ejus et Philippo de Blazonio; locum Malthæ ex dono Alberici de Monte-Joanne, boscum, terram, quæ est juxta illud, et molendinum ex dono Ogisi, et Offredi fratris ejus; locum Valentini donatum ab Aimerico de Passavant, et Rainaldo de Senzajo, et Petro Blojo; locum Ramonariæ ex dono Goffredi Urselli, et Guillelmo Santouensi donata sibi concessa; locum Colungentiarum ex dono Aaleth, et Alberici filii ejus, et quidquid in eodem loco Adam filius Garini habuit, ex dono ipsius vobis concessum; Philippo fratre ejus et Goffredo vice-comite, et cum uxore et filio suo Petro idem concedentibus, et quidquid est in loco Sibrei, ex dono

PATROL. CLXXIX.

A Amaurici de Mextenu: terram planam et exempla ex dono Nivardi de Mellino; et fratris ejus ac matris, concedentibus hoc Nivardo de Satollia. . . . Ex dono Henrici illustris Anglorum regis, sexaginta marcas de redditu ejus de Londria de firma civitatis, et quadraginta marcas de firma civitatis Wintoniæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine strictæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Stampis anno Incarnationis Dominicæ 1130, pontificatus autem domini Innocentii papæ II anno 1.

XXVI.

Ad Petrum Belloracensem episcopum et canonicos.—
Vetat ne monachos S. Luciani molestent occasione pastillorum quos ab eis exigebant, et ob alias causas donec ipse venerit utriusque partis rationes audientur.

(Anno 1131, Jan. 27.)

[D. BOUQUET, tom. XV, p. 374.]

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei, venerabili P [ETRO] episcopo et dilectis filiis canonicis Belvacensibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Veniens ad nos dilectus filius poster S [ERLO], abbas monasterii S. Luciani, questus est quod contra privilegia a Romanis pontificibus, a regibus et Belvacensibus episcopis monasterio erip suo collata, locum ipsum multis et variis exact ionibus infestetur. Eapropter universitati vestræ precipimus quatenus tam præfatum Serlonem abbatem quam monasterium sibi commissum, donec ad partes vestras procurante Domino veniamus, in pace dimittatis. Cum autem præsentibus fuerimus, auditis utriusque partis rationibus, quod justum fuerit, inter vos, suffragante gratia, statuemus. At vero fer opem quoties ab abbate et fratribus prædicti monasterii adversus parochianos tuos quædam acceperis, postquam a te communiti fuerint et non resipuerint, debitam de eis justitiam facias, neque occasione pastillo-

rum (18^o) quos ab eis exigitis, usquedum in nostra terminetur presentia, ullam eis molestiam inferatis.

Datum Provini, vi Kal. Februarii.

XXVII

Omnia bona ecclesie Sanctæ Mariæ de Belloloco confirmat et sub sanctæ sedis apostolicæ patrocinio suscipit.

(Anno 1131, Febr. 14.)

[Flugo, *Annal. ord. Præmonstr.* I, 254.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ODOM abbati ecclesie Sanctæ Mariæ de Belloloco, que super Albam fluvium sita est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesie cura nobis a provisorum omnium honorum Deo commissa est, ut et religiosas diligamus personas, et bene placente Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Quapropter, dilecte in Domino filii Odo abbas, venerabilis fratris nostri Hattonis Trecentis episcopi precibus inclinatus, tuis postulationibus clementer annuimus, et Beatæ Mariæ ecclesiam, cui Deo auctore præsidet, apostolicæ sedis patrocinio communitimus, statuentes ut quæcumque bona, quæcumque possessiones eadem ecclesia in præsentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, procurante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permancant, in quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda, territorium videlicet in quo præfata illa ecclesia constructa est, et aquam a Gessena villa usque ad Juvanzenum cum banno ab Airardo quondam Bregnensi comite, prænominatæ ecclesie concessam, sane in toto comitatu Bregnensi juxta quod a prædicto Airardo et Gualtero filio ejus Bregnensibus comitibus statutum est, et in pertinentiis oppidi Bellefortis, pecora fratrum ipsius loci libera pascua tam in nemore quam in campestribus habeant. Porro capellam quæ constructa est in nemore Dervensi, a filio nostro Simone domino Castri Bellefortensis, et Amelina quondam matre ejus prædictæ Ecclesie donata, usuaria et in nemoribus ad ipsum castrum pertinentibus ad focum faciendum et cetera necessaria, et Rosteram cum appendiciis suis ex dono Guarnerii militis et Mainardi fratris ejus, et Vendolium et terras Darzeicurte eidem Ecclesie in perpetuum confirmamus. Decimas autem laborum quas prædicti monasterii fratres propriis sumptibus excolunt, nullus ab eis præsumat exigere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura, salva nimirum diocæsani episcopi debita justitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcu-

larisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam tenere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate existere cognoscat, et a sanctissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesie episcopus.

Datum Catalauni per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, decimo sexto Kalendas Martii, indictione ix, incarnationis Dominicæ anno 1130, pontificatus autem domini Innocentii II papæ anno secundo

XXVIII.

Ad Didacum Compostellanum episcopum.

(Anno 1131, Febr. 16.)

[FLOREZ, *España sagrada*, XX, 521.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri DIDACO Compostellano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Prædecessores nostri apostolici viri Romani pontifices personam tuam, et Compostellanam Ecclesiam, devotam B. Petri sanctæque R. E. filiam, dilexerunt, et nos ipsorum vestigiis nihilominus volumus inhærere, ac preces tuas in his quæ possumus et debemus, admittere. Statum igitur Ecclesie et nostrum tibi tanquam Catholico viro, et familiari apostolicæ sedis amico, duximus intimandum. Celebrato itaque solemniter apud Clarum montem præteritis B. Martini octavis concilio, charissimus filius noster Ludovicus Francorum rex, apud S. Benedictum super Ligerim nobis lætanter occurrit, et inde usque ad civitatem Aurelianensem, nos animo jucundo deduxit. Postmodum vero illustris rex Anglorum Henr. apud Carnotum præsentiam suam humiliter nobis exhibuit, et suum consilium et auxilium ad Ecclesie liberationem promittens nobis et fratribus nostris de bonis suis solatia ministravit. Peractis itaque cum præfatis regibus quæ ad utilitatem Dei spectare cognovimus, Leodium properamus: ibi enim gloriosus filius noster Lothar. Romanorum rex, de pace Ecclesie et salute regni, cum archiepiscopis, episcopis et principibus terræ suæ nobiscum disposuit pertractare. Bracarensi autem archiepiscopo qui præfixo a nobis termino, Purificatione scilicet S. Mariæ, nec ad nos venit, nec responsales misit, proximam B. Lucæ festivitatem inducias dedimus. Communes vero filios nostros P. presbyterum, Ecclesie B. Jacobi capellanum, qui pro honore Compostellanæ Ecclesie plurimum laboravit, et G.

(18^o) *Pastillus* et *pastellus* Cangio est panificium carne aut alio edulio fertum, nostris *pâté*. Illic pro prandiolo accipitur

ejusdem Ecclesie canonicum, tua fraternitas pro reverentia B. Petri et nostra habeat commendatos.

Datum Catalanni xiv Kal. Martii.

XXIX.

Ad P[elagium] Bracarensem archiepiscopum.

(Anno 1131, Febr. 16.)

[FLOREZ, ubi supra, p. 522.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili P. Bracarensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Pro excessu et contemptu S. Romanæ Ecclesie, quam in consecratione Colimbriensis episcopi commiseras, fraternitati tuæ per apostolica scripta nos præcepisse meminimus, ut præterita B. Mariæ Purificatione ad nostram veniret præsentiam responsurus. Tu vero, pejora pejoribus addens, tam a nobis quam a prædecessore nostro felicitis memoriæ papæ Honorio evocatus, nec venisti, nec aliquos ad nos qui causam tuam agerent, transmisisti. Per repetitas igitur litteras tibi mandando præcipimus, quatenus proxima B. Lucæ festivitate nostro te conspectui repræsentantes, de tantis excessibus respondere paratus.

Dat. Catalanni xiv Kal. Martii.

XXX.

Privilegium pro xenodochio Hierosolymitano.

(An. 1130.)

[BOSIO, *Dell' istoria della sacra militia di S. Giovanni Hierosolym.*, tom. I, p. 108.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, et prioribus, et universis Ecclesiarum prælati ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Quam amabilis Deo, et quam venerandus hominibus locus existat, quam etiam commodum et utile receptaculum peregrinis et pauperibus præbeat Hierosolymitanum xenodochium, hi qui per diversa maris et terræ pericula, piæ devotionis intuitu, sanctam civitatem Hierusalem, et Sepulcrum Domini visitant, assidue recognoscunt. Ibi enim indigentes, et pauperes resciuntur, infirmis multimoda humanitatis obsequia exhibentur, et diversis laboribus, atque periculis fatigati, resumptis viribus recreantur. Atque ut ipsi ad sacrosancta loca Domini nostri Jesu Christi corporali præsentia dedicata valeant proficisci, fratres ejusdem domus, non formidantes pro fratribus suis animas ponere; cum servientibus, et equitaturis ad hoc officium specialiter deputatis, et propriis sumptibus retentis, tam inveniundo quam redeundo, ab incursibus paganorum defensant.

Illi sunt, per quos Deus Orientalem Ecclesiam a paganorum spurcitiis liberat, et Christiani nominis inimicos expugnat. Et quoniam ad tam sanctum et pium opus explendum propriæ non suppetunt facultates, charitatem vestram per apostolica scripta exhortamur in Domino, quatenus de vestra abundantia eorum inopiam suppleatis; et populum vobis

A commissum, ipsorum fraternitatem assumere, et ad pauperum et peregrinorum sustentationem collectas facere in remissionem peccatorum suorum, frequentibus exhortationibus moneatis. Hoc scientes, quod eandem hospitalitatis domum, cum omnibus ad ipsam pertinentibus, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus, et scripti nostri pagina communimus. Et quicumque de facultatibus sibi a Deo collatis, eis subvenerit, et in tam sancta fraternitate se collegam statuerit, eisque persolverit beneficia annuatim, septimam injunctæ poenitentiae, confisi de beatorum Petri et Pauli apostolorum meritis, indulgemus. Ob reverentiam quoque ipsius venerabilis domus, auctoritate apostolica constituimus, ut hi qui eorum fraternitatem assumpserint, si forte ecclesie ad quas pertinent, a divinis fuerint interdictæ, eosque mori contigerit, eisdem sepultura ecclesiastica non denegetur, nisi forte excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti.

B Volumus autem ut liceat eis confratres suos, quos Ecclesiarum prælati, apud ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi forte excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti, ad ecclesias Hospitalis tumulandos deferre, et oblationes tam pro eis, quam pro aliis, qui in suis cœmeteriis requiescunt, exhibitas, sine alieni juris præjudicio retinere. Hoc etiam addito, ut receptores ejusdem fraternitatis, sive collectæ, salvo jure dominorum suorum, sub beati Petri, et nostra protectione consistant, adjacentes insuper ut, si qui eorumdem fratrum, qui ad eandem fraternitates, vel collectas missi fuerint, in quamlibet civitatem, castellum, vel vicum advenierint, si forte locus ipse a divinis officiis fuerit interdictus. In eorum jucundo adventu, semel in anno aperiantur ecclesie, et excommunicatis ejectis, divina officia celebrentur. Ad majorem quoque eorum, et vestræ mercedis cumulum nihilominus vobis mandando præcipimus, quatenus hanc nostram constitutionem per parochos vestros nuntiari propriis litteris faciatis. Mandamus etiam ut, si qui de clericis Ecclesiarum vestrarum, præfati Hospitalis fratribus, cum licentia prælati sui, sponte ac gratis, per annum, vel biennium servire decreverint, nequaquam impediuntur, et interim sua beneficia vel ecclesiasticos redditus non amittant.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Joannes cardinalis Ostiensis subscripsi.

Ego Chunradus episcopus cardinalis Sabinensis subscripsi.

Ego Guillelmus episcopus cardinalis Prænestinus subscripsi

Ego frater Matthæus episcopus cardinalis Albanensis subscripsi.

Ego Joannes presbyter cardinalis tituli Sancti Grisogoni subscripsi.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Sancti Martini in Montibus subscripsi.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli Sanctæ A
Cruis in Hierusalem subscripsi.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Sanctæ
Anastasiæ subscripsi.

Ego Joselmus presbyter cardinalis tituli Sanctæ
Cæciliæ subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli Sancti
Laurentii in Licinia subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ
in Porticu subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et
Bacchi subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in
Via Lata subscripsi.

Ego Albertus diaconus cardinalis Sancti Theodori
subscripsi.

(19) Datum Laterani per manus Haymerici, sanctæ
Mariæ Novæ, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi car-
dinalis et cancellarii, decimo Kalendas Martii, in-
dictione octava, pontificatus vero domni Innocentii
II papæ anno primo.

XXXI.

*Præbendas canonicorum sæcularium ecclesiæ Sanctæ
Magdalenæ Castrodenensis assignat canonicis re-
gularibus.*

(Anno 1131, Febr. 21.)

[*Gall. Christ.* t. VIII, Instrum. p. 326, ex chartu-
lario domestico.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
lecto filio ARCHEBALDO, abbati ecclesiæ B. Mariæ C
Magdalenæ de Castriduno, ejusque successoribus
regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura, etc.... Quam-
obrem, dilecte in Domino filii Archembande abbas,
venerabilis fratris nostri Gaufridi Carnotensis epi-
scopi precibus inclinati, tuis rationabilibus postu-
lationibus elementer annuimus, et beatæ Mariæ
Magdalenæ ecclesiam, cui Deo auctore præsidet,
apostolicæ sedis patrocinio roboramus, statuentes
ut quascunque possessiones, quæcunque bona, etc....
Porro decedentibus ejusdem ecclesiæ canonicis sæ-
cularibus, nullus nisi vitam professus canonicam ibi
substituatur; præcedentium autem canonicorum
præbendas ad professos redire decernimus, ipsorum
usibus profuturas. Nulli ergo, etc....

Datum Resbasci per manum Aymerici sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, 1x
Kalendas Martii, indictione 1x, Incarnationis Domi-
nicæ anno 1131, pontificatus autem Domini Inno-
centii papæ II anno secundo.

XXXII.

*Ad Stephanum S. Memmii abbatem. — De privilegiis
ejusdem monasterii.*

(Anno 1131, Febr. 25.)

[*Mansi, Concil.* XXI, 398.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dile-
cto filio STEPHANO abbati ecclesiæ S. Memmii ejusque

successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum
statu satagere, et earum quieti et utilitati salubriter,
auxiliante Domino, providere. Dignum namque et ho-
nestati conveniens esse dignoscitur, ut qui ad earum
regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum
nequitia tueamur, et B. Petri atque apostolicæ sedis
patrocinio muniamus. Proinde, dilecte in Domino
fili Stephane abbas, ecclesiam S. Memmii, cui Domino
auctore præesse dignosceris, sub apostolicæ sedis
protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina
communimus, statuentes ut quascunque posses-
siones, quæcunque bona præfata ecclesia in præ-
sentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum
concessione pontificum, liberalitate principum, obla-
tione fidelium, præstante Domino, poterit adipisci,
firma tibi tuisque successoribus et illibata perma-
neant. Sane per hoc apostolicæ sedis privilegium
constituimus, ut post sæcularium canonicorum de-
cessum, nullus in prædicta B. Memmii ecclesia, nisi
regularem vitam professus, substituatur canonicus
ac decedentium canonicorum præbendæ in usus
fratrum regularium redigantur. Obeunte vero te
nunc ejusdem loci abbate, nullus ibi abbas, nisi re-
gularis canonicus, et secundum B. Augustini Regu-
lam, subrogetur. Decernimus ergo ut nulli omnino
hominum liceat prænominatam ecclesiam temere
perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas
retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare.
Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive per-
sona hanc nostræ constitutionis paginam sciens,
contra eam venire tentaverit, iram Dei et beatorum
Petri et Pauli indignationem incurrat, atque in ex-
tremo examine districtæ ultioni subiaceat, nisi præ-
sumptionem suam digna satisfactione correxerit.
Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax
Domini nostri Jesu Christi, quatenus hinc fructum
bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem
præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Sic signatum :

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Jotti per manum Haymerici sanctæ Roma-
næ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, v Ka-
lend. Martii, indict. 1x, Incarnat. Dominicæ anno
D 1131, pontificatus autem domini Innocentii II papæ
anno secundo

Sigillatum iaqueo rubro sigilli plumbei

XXXIII.

*Privilegium pro ecclesia Sancti Petri in Urdensdorf,
Frisingensis diœcesis.*

(Anno 1131, Mart. 28.)

[*Cocquelines*, t. II, p. 204.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
lecto filio RUDPERTO præposito ecclesiæ Beati Petri
Urdensdorf, quæ in Frisingensi episcopatu sita est,
ejusque successoribus regulariter substituendis in
perpetuum.

(19) Clausula chronologica est vitiata, ac pro Laterani legendum arbitror *Catalauni*. JAFFÉ.

Ad hoc nobis a Deo pastoralis officii cura commissa est, ut et beneplacenter Deo religionem laboremus statuere, et constitutam exacta diligentia conservare. Quomobrem, dilecte in Domino filii Rødperthe præposite, illustris viri Ottonis comitis Palatini precibus inclinati, tuis postulationibus clementer annuimus, et Beati Petri ecclesiam, cui, Deo auctore, præesse dignosceris ab eodem filio nostro Ottone comite Palatino constructam, et beato Petro oblatam, apostolicæ sedis patrocinio communimus, statuente ut quæcunque bona, quascunque possessiones præfata ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, potuerit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneat. Obeunte vero te, ejusdem loci præposito, nullus inibi per violentiam, nisi quem fratres secundum beati Augustini regulam substituendum decreverint, præpositus eligatur. Porro ad ipsius ecclesiæ defensionem atque salutem eligendi advocatum, quemcunque malueritis, liberam concedimus facultatem. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit, præfatam ecclesiam temere perturbare, aut possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut iniquis vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum diocæsani episcopi canonica et debita justitia ac reverentia. Ad indicium autem perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis, singulis annis unum bizantium nostro Lateranensi palatio persolvatis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, sc.

Datum Leodii per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, v Kalend. Aprilis, indictione ix, Incarnat. Dominicæ anno 1131; pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno secundo.

XXXIV.

Monasterii S. Lamberti Latisiensis privilegia confirmat.

(Fragmentum.)

[Anno 1131, Mart. 28.— Vide REIFFENBERG, *Monuments*, t. VII, p. 641.]

(20) Suspecta.

XXXV.

Foundationem et privilegia Ecclesiæ Buronensis confirmat, atque in specialem sedis apostolicæ protectionem suscipit (20).

(Anno 1131, Mart. 29.)

[PETRI, *Suevia ecclesiastica*, p. 214.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis FRIDERICO præposito et fratribus ejus in ecclesia cui vocabulum est B. Martini, quæ consecranda est in honore beatæ Mariæ virginis, in loco qui Bueron dicitur, inter duos montes, super ripam fluminis Danubii, in territorio Constantiensi, canonicam vitam professis, eorumque successoribus canonice victuris in perpetuum.

Sicut irrationabilia poscentibus negari debet assensus, sic justa petentium vobis benigna debemus assensione concurrere. Tuis ergo, filii Frederice in Christo charissime, justis petitionibus annuentes, ecclesiam beatæ Dei Genitricis et semper virginis Mariæ, quam filius noster Peregrinus, in proprio fundo constructam beato Petro ejusque sanctæ Romanæ Ecclesiæ in alodium proprium obtulit, cui auctore Domino præsides, sub apostolicæ sedis protectione specialiter fovendam, tanquam jus proprium suscipimus, et contra paucorum omnium nequitiam auctoritate ejus privilegii communimus. Præsenti itaque decreto statuimus ut quæque hodie illa vestra ecclesia possidet, sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium juste atque canonice poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus, et illibata sub apostolicæ semper sedis tutela permaneat. Ad hæc adjicientes sancimus ut nemini inter vos professione exhibita proprium quid habere, nec sine tua, filii charissime Frederice, vel eorum qui post te in eodem regimine successerint aut sine communi congregationis licentia, de claustro discedere liberum sit. Quod si discesserit, et communitus redire contempserit, tibi tuisque successoribus facultas sit, ejusmodi ubilibet a communione interdicere, interdictum vero nullis episcoporum abbatumve seu præpositorum suscipiat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci præposito vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, vel ex eadem congregatione, vel ex alia ejusdem professionis providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, ablatasve retinere, minuire, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integro conserventur vestris vestrorumque successorem ac pauperum usibus omnimodis profutura, salvo, si Catholicus fuerit, Constantiensis episcopi jure canonico et reverentia. Ad indicium autem perceptæ a Romana Ecclesia libertatis, bizantium aureum, aut ejusdem pretii argentum quotannis, Lateranensi palatio nostro

persolvētis. Per gratiam quoque nostram præcipimus, ut nemo ejusdem Ecclesiæ advocatiam sibi præsumat accipere, nisi quem præpositus ejusdem ecclesiæ consilio fratrum suorum elegerit, usque, non diutius, quo eis placuerit, advocatus eorum sit. Et ut hæc nostra tuitionis auctoritas firma in perpetuum permaneat, et inconvulsa, manuscriptum hoc inde fieri et sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Si quis ergo in crastinum archiepiscopus, episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, judex, advocatus, vel cujuscunque ordinis homo hanc decreti nostri paginam violaverit, aut sciens contra eam venire temere tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum quarto Kalendas Aprilis anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo tricesimo primo, indictione nona, anno vero regni Lotharii Romauorum regis serenissimi sexto.

Actum Leodii feliciter. Amen (21).

XXXVI.

Ecclesiæ Bonnensis possessiones ac privilegia confirmat.

(Anno 1131, Mart. 31.)

[GUENTHER, *Cod. diplom. Rhen-Mosell.*, I, 210.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GERARDO præposito et GERARDO decano cæterisque Bunnensis ecclesiæ fratribus corumque successoribus in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi pertinere cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et congruum impertiri suffragium, ut fidelis devotio eelerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus annuentes, Bunnensem ecclesiam in qua divino vacatis servitio,

(21) Infra legitur: « Hujus chartæ nuntius et executor fuit frater Henricus de Schweindorpie. Placuit etiam quorundam principum nomina scribendo nequaquam oblivioni tradere, quos curiæ Leodiensi cognovimus adfuisse. Moguntinus archiepiscopus, Coloniensis archiepiscopus, Magdeburgensis archiepiscopus, Bremensis archiepiscopus, Bambergensis episcopus, Ratisbonensis episcopus, Wirceburgensis, Eystettensis, Halberstadiensis, Hildesheimensis, Cizensis, Merseburgensis, Paderbornensis, Monasteriensis, Osnabrugensis, Constantiensis, Argentinensis et Wormatiensis, Trajectensis, Mectensis, Tullensis, Virdunensis, Leodiensis, Cameracensis, Cremonensis. Abbates quoque regales, Fuldensis, Hersfeldensis, Corbeiensis, etc. Præterea etiam de regno Francorum Remensis archiepiscopus, Laudunensis episcopus, Carnotensis, Albanensis, Os-

A sub beati Petri atque apostolicæ sedis protectione suseipimus et scripti nostri pagina communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum justè et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, rationabiliter poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda: duas videlicet curtes in Bonna, cum parte decimarum; Reida curtim et ecclesiam cum tota decima; curtim Lomere, et ecclesiam cum tota decima; Walevelt curtim, curtim Dattenuelt et ecclesiam cum tota decima; curtim Berenbach et ecclesiam cum tota decima; curtim Aldenkirchen et ecclesiam cum capellis et decimis ad eas pertinentibus; curtim Wila et ecclesiam cum tota decima; curtim Limorstorp et ecclesiam cum tota decima; curtim Mechtenstorp et ecclesiam cum tota decima; curtim Mehtestorp et ecclesiam Lezzenich cum capellis et decimis ad eam pertinentibus; curtim Gudenesberg et ecclesiam Rinnigestorp cum circum adjacentibus capellis et decimis suis; curtim Uckenestorp, curtim Ruzenthorp, curtim ad Sanctum Paulum, ecclesiam Sancti Martini in Bonna cum tota decima sua; ecclesiam Mucha cum tota decima; ecclesiam Walprugele cum tota decima; ecclesiam Nuenbret cum tota decima, ecclesiam Liuuenkeit cum tota decima, ecclesiam Hamne cum tota decima, ecclesiam Herchlingen cum tota decima, ecclesiam Frisenhagen cum decima, ecclesiam Moresbach cum parte decimæ, Winterskeit, partem ecclesiæ et partem decimæ, ecclesiam Ruoprehtrothe cum tota decima, ecclesiam Okenrode cum tota decima, ecclesiam Stildorp cum tota decima, circa Grasaph et infra, de sexaginta octo villis omnes decimas, mediætam et cl. s.æ Geistingen cum dimidietate decimæ totius parochiæ; Wintere minori, ecclesiam cum tota decima; Uvandenheim ecclesiam cum tota decima, Frankiu ecclesiam cum decimis, Calewilere ecclesiam cum decimis, Aeverstorp ecclesiam cum tota decima, Entenich ecclesiam cum tota decima, Rindorp ecclesiæ partem cum parte decimæ, Wisebenne ecclesiam cum tota decima; capellam Sancti Isidori cum parte decimæ, quartam etiam partem quam in

nales; et præterea plures episcopi, quorum nomina et civitates ignoramus, abbas de Aurea valle. Principes quoque laici ibi erant: Simon dux, Paganus dux, Wilhelmus palatinus de Rheno, Otto de Bavaria palatinus, Fridericus de Saxonia; marchio Theibaldus, marchio Henricus, Ludewicus landgravius de Thuringia, comes Otto de Reinegge, comes Adalbertus de Saxonia, comes Sigefridus, comes de Holland et frater ejus; comes Namurcensis; comes Gerhardus de Geldria; comes de Mauthouou et frater ejus; comes de Luzelburg; comes Reinoldus de Munzun et frater ejus. Fridericus comes, Arnoldus de Luon; comes Arnoldus de Cleve; comes Hugo; comes Hermannus de Salem et filius ejus, et filius ducis Simonis, filius ducis Pagani, Wilhelmus comes de Glizberg. Præterea multi nobiles, quos longum est enumerare. »

ecclesia Ginesheim et ipsam quartam partem quam in ecclesia Duna; et in ecclesia Ulma ex dono habetis, vobis nihilominus confirmamus. Præter hæc curtes has: videlicet Corengouen, Burnheim, Rindorp, Blankenheim, Bobenheim, Dolendorp, Wintere, Halreberg, Strouberch, Cuorneskeit, ad eleemosynas fratrum pertinentes, vineas quoque quas in Banna ex dono Frederici archiepiscopi ecclesie vestre collatas possidetis; decimam etiam de silvis quas ultra Rhenum per parochias vestras habetis. Præterea libertatem præfatæ Bunnensis ecclesie, scilicet quod ecclesie ad eam pertinentes ab omni censu episcopali sint liberæ: quod certum est vos usque ad hæc tempora possedisse, auctoritate apostolica roboramus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prædictam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commouita, si non satisfactione congrua emendaverit, honoris potestatisque suæ dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servandis sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesie episcopus.

Datum Leodii per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, 11 Kal. Aprilis, indictione ix, Incarnationis Dominicæ anno 1131, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno secundo.

XXXVII.

Monasterii Salvatoris et S. Bonifacii Fuldensis possessiones ac privilegia, petente Henrico abbate, confirmat.

(Anno 1131, April. 1.)

[Dronke, *Cod. diplom. Fuld.*, 383.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HENRICO, abbati monasterii Salvatoris Domini nostri Jesu Christi et Sancti Bonifacii, quod situm est juxta ripam fluminis quod vocatur Fulda, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

In eminenti apostolicæ sedis specula disponente Domino constituti ex injuncto nobis officio religiosas debemus personas diligere et loca eis commissa apostolicæ protectionis patrocinio defensare. Proinde, dilecte in Domino filii Henrice abbas, tuis rationabilibus petitionibus annuentes, monasterium Salvatoris

Domini nostri Jesu Christi, cui Deo auctore præsides, præsentis scripti suffragio roboramus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda. Monasterium videlicet Sancti Andreæ apostoli, quod vocatur Exaiulum, situm Romæ juxta ecclesiam Sanctæ Dei genitricis Mariæ semper virginis, quæ vocatur ad Præsepe, a prædecessore nostro sanctæ memoriæ PP. Leone prædecessori tuo Heberto religioso abbati amoris causa donatum, cum omnibus mansionibus, caminatis, cellis, viuariis et coquina, cum curte et puteo et introitu per portam majorem a via publica, et cum omnibus ad idem monasterium pertinentibus, tam intra quam extra urbem sitis, quæ ei juste ac recte pertinere noscuntur. Novale quoque quod eidem monasterio devotionis intuitu contulisti, nostra auctoritate apostolica ei in perpetuum confirmamus. Prohibemus autem omnem cuiuslibet Ecclesie sacerdotem in præfato vestro Fuldensi monasterio aliquam ditionem habere, vel auctoritatem præter nostram apostolicam sedem, specialiter episcopum in eujus diocesi constructum esse videtur, ita ut nisi ab abbate monasterii ipsius fuerit invitatus, nec missarum ibidem solemnia celebrare præsumat. Dona vero et oblationes decimasque fidelium absque ullius personæ contrarietate, firmitate perpetua eidem monasterio confirmamus. Interdicimus etiam ne femina unquam illuc ingredi præsumat, et ne quis unquam placitum ibi habeat vel in cæteris ejus locis nec servos nec colonos ad aliquod servitium constringat, nisi cui abbas ad utilitatem suæ necessitatis assensum præbuerit. Obvante vero te ejusdem loci abbate, nullus ibi per violentiam aut subreptionem, nisi quem fratres communi assensu secundum beati Benedicti Regulam eligendum decreverint abbas substituitur. Statuimus autem ut congruis temporibus nostræ sollicitudini ecclesiasticæ intimetur qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur concordiaque convenienti ecclesiastico studio mancipetur, ac forte, quod absit sub hujus privilegii obtentu animus gressusque rectitudinis vestre a norma justitiæ aliquo modo retorqueatur. Concedimus etiam tibi, filii charissime, prædicare verbum Dei auctoritate nostra apostolica, et ut tam tu quam successores tui ante alios abbates Gallie seu Germaniæ primatum sedendi in omni loco conventuque nostra apostolica auctoritate obtineatis. Usus quoque dalmaticæ et sandaliorum in missarum solemnibus licentia nostræ auctoritatis tam tibi quam successoribus tuis concedimus, secundum quod in antecessorum nostrorum privilegiis continetur. Abbas vero non nisi a nostra sede benedicatur a qua benedici debet. Et si in aliquo crimine accusatus fuerit ejusdem tantummodo nostræ sedis juu-

clum exsequatur. Illud etiam generaliter addendum esse dignum duximus ut quidquid auctoritate prædecessorum nostrorum, regum vel imperatorum ipsi vestro Fuldensi monasterio constat fuisse concessum, sit etiam nostra auctoritate apostolica per hoc nostrum privilegium confirmatum. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit a sacratissimo corpore Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

(S. p.) Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

(B. V.)

Datum Leodii per manum Americi sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, Kal. Aprilis, indictione VIII, Incarnationis Dominicæ anno 1131, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno V.

XXXVIII.

Privilegium pro ordine Præmonstratensi.

(Anno 1131, April. 12.)

[LEPAGE, *Bibliotheca S. ord. Præm.*, p. 419.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis HUGONI abbati Præmonstratensi ejusque coabbatibus, præpositis, prioribus et universis fratribus Præmonstratensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem.

Sacra vestri ordinis religio sic vos dignos favoris gratiæ per excellentiam meritorum constituit, ut ea vobis libenti animo concedamus, quæ secundum Deum de sedis apostolicæ pietate vobis profutura credimus. Eapropter, dilecti in Domino filii, justis interventionibus et postulationibus venerabilis fratris nostri Norberti Magdeburgensis archiepiscopi inclinati, et vestris rationabilibus supplicationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et Ecclesias quibus divinis estis obsequiis mancipati, cum omnibus possessionibus seu bonis quæ in præsentiarum juste et legitime possidetis, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri patrocinio, et apostolicæ sedis protectione suscipimus, et præsentis nostri scripti pagina communimus. Statuimus etiam, ne post hæc aliquis vestrum vel successorum vestrorum et modum regulæ et prærogativam religionis quæ in Præmonstratensi Ecclesia observatur, aliqua temeritate infringere aut inmutare præsumat. Sed unusquisque, implorato divino auxilio, ut ordo vester de bono in melius provehatur, diligentius oblaboret. Fratrum autem qui stabilitatem et obedientiam in ecclesiis vestris promiserunt, nullus recedere, et recedentem nisi cum commendatiis

litteris nullo audeat retinere. Ut autem tam in prælatis quam in subditis vestri ordinis integritas inviolabiliter observetur, decernimus ut si quis abbatum Ecclesiarum vestrarum, ab ordinis sui proposito et consuetudine Præmonstratensis monasterii deviaverit, Pater abbas super correctione sua eum bis tertiove commoneat. Quod si incorrigibilis apparuerit, diocesanus episcopus sub præsentia et testificatione Patris abbatis et duorum ejusdem ordinis abbatum, sine omni dilatione ordinis sui transgressorem deponet. Depositus autem episcopus ad Ecclesiam unde venit remittet, et aliam idoneam canonice fratrum electione e vestigio subrogabit. Nulli ergo hominum fas sit personas vel Ecclesias vestras temere perturbare, aut earum possessiones auferre vel ablatas retinere, minere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem personis, Ecclesiis et locis vestris sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Lauduni per manum Haimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, secundo Idus Aprilis, indictione nona, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo trigesimo primo, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno secundo.

XXXIX.

Privilegium pro monasterio S. Martini Laudunensi.

(Anno 1131, April. 12.)

[LEPAGE, *Bibliotheca Præmonstr.*, p. 448.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GUALBERTO abbati et canonicis ecclesiæ Beati Martini, quæ in Laudunensis suburbio sita est, eorumque successoribus ibidem divino famulatu mancipatis in perpetuum.

Quoniam sine vero cultu religionis, nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicæ auctoritati religiosas personas diligere, et religiosa loca apostolicæ sedis munimine confovere. Quoties enim illud a nobis petitur quod rationi cognoscitur convenire, animo nos docet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecte in Domino Gualtere abbas, tuis rationabilibus postulationibus annuentes, ecclesiam Sancti Martini, cui Deo auctore præesse dignosceris sub beati

Petri patrocinio et apostolicæ sedis protectione suscipimus, et nostri scripti pagina communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona præfata Ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis rationabiliter poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: vineas videlicet quas in Tirinacio, in Jovia, in monte Antelli, in Ursello, in Criptis, in Mons, in monte Landuno ipsa Ecclesia possidet. Et allodia, terras censuales, quas in Avenis, in Vereiniaco, in Brucis, in Makigni, in Pomereto, in Morolzis, in Vele, in Salmunco, in villa Marizæ, in Vorgia habet. Culturam quoque Monstratam ex dono Golefridi, consentiente charissimo filio nostro Ludovico rege Francorum, eidem Ecclesiæ concessam, et culturam de Surmont, furnum de Moncels et de Vereiniaco, molendinum quod dicitur Crollet, apud Chivi sedem molendini, apud Pareuni aliam sedem molendini. Statuimus etiam ne post hæc aliquis vestrum vel successorum vestrorum formam et modum regulæ et prærogativam religionis quæ hodie in Præmonstrata Ecclesia observatur, aliqua temeritate infringere aut immutare præsumat. Sed unusquisque, implorato divino auxilio, ut ordo vester de bono in melius provehatur, diligentius elaboret. Fratrum autem qui stabilitatem et obedientiam in eodem loco promiserint nullus recedere, et recedentem nisi cum commendatitiis litteris nullus audeat retinere. Ut autem tam in prælatis quam in subditis vestri ordinis integritas inviolabiliter observetur, decernimus ut si quis abbatum Ecclesiarum quæ prædictæ ecclesiæ Beati Martini subjectæ sunt, ab ordinis sui proposito exorbitaverit, diocesano episcopo, tertio quartove commonitus incorrigibilis apparuerit ad eandem Ecclesiam reducatur, et in locum ejus idonea persona canonice subrogetur, salva nimirum diocesanæ episcopi debita justitia et reverentia. Nulli ergo hominum fas sit præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, honoris potestatisque suæ dignitate careat, reamque se divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

A Datum Laudani per manum Almerici sancte Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, undecimo [leg. secundo] Idus Aprilis, indictione nona, Incarnationis Dominiæ anno 1131, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno secundo.

XL.

Ad Guillelmum Cantuariensem archiepiscopum. — De inobedientia Joannis Glasguensis episcopi conqueritur.

[Monasticon Anglicanum, III, p. 147.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GUILLELMO Cantuariensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato.

Ita rebelles et ingrati districtis debent animadversionibus cohortari. Quia igitur Joannes Glasguensis episcopus contra matrem suam sanctam Romanam et Eboracensem Ecclesiam calcaneum suum erexit, et quoscunque potuit in errorem schismatis inducere minime formidavit, sollicitudini tuæ mandamus ut, sicut in partibus illis vices nostras exsequeris, eundem Joannem districte convenias, quatenus a suis erroribus respiciat, et ad debitam obedientiam atque subjectionem Eboracensis Ecclesiæ redeat. Si vero infra trium mensium spatium, postquam a te commonitus fuerit hoc implere contempserit, ex tunc, quousque satisfecerit, eum excommunicationi cum tuis suffraganeis subijcias. Idipsum Thomæ Eboracensi archiepiscopo metropolitanæ suo facere injunximus. Vale.

C Data Parisiis x Kal. Maii.

XLI.

Lobiensem abbatiam ordinis S. Benedicti privilegiis exornat, atque in primis declarat neminem in ecclesia abbatiæ posse humari, propter honorem reliquiarum dicti Petri apostoli, quæ ibidem servantur.

(Anno 1131, April. 26.)

[MIRÆI, *Opp. diplom.*, tom. II, p. 1161.

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio LEONIO abbati monasterii Beati Petri Lobiensis, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi convenire cognoscitur, animo nos docet libenti condescendere, et petentium desideriis congruum in perpetui suffragium, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, si non ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus.

Proinde, dilecte in Christo filii Leonii abbas, tuis rationabilibus petitionibus clementer annuimus, et Beati Petri Lobiense monasterium, cui Deo auctore præesse dignosceris, ad exemplum prædecessoris nostri felicitis memoriæ Joannis Romani pontificis sub apostolicæ sedis protectione suscipimus, et scripti nostri auctoritate confirmamus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum et principum, oblatione fidelium, seu

aliis iustis modis præstante Domino poterit ad-
pisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata
permaneant.

Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, nullus
illî per subreptionem vel violentiam substituatur,
nisi quem fratres communi consensu, aut pars sanio-
ris consilii secundum Regulam beati Benedicti præ-
viderint eligendum, et episcopus Leodiensis eis
præfecerit.

Qui episcopus et donum abbatix antiquorum re-
gum et imperatorum munificentia sibi concessum
nunquam amittat, unde et monachis ea quæ nunc
tenent vel tenere debent, vel de cætero acquisituri
sunt sine inquietudine conservet.

Libertatis quoque prærogativam a venerabilibus
fratribus nostris Leodiensibus episcopis in Leodiensi
Ecclesia prædecessoribus tuis concessam, tibi tuis-
que successoribus confirmamus.

Stationes etiam publicas a Leodiensi episcopo in
eodem fieri cænobio, eundemque episcopum ibidem
aliquando venire, vel aliquod adventu suo gra-
vamen inferre, nisi ab abbate et fratribus voca-
tus fuerit, omnino prohibemus.

Juri quoque Lobiensis Ecclesie providentes, de-
cernimus ne cænobium aliquod ob conversionis vel
sepulture causam absque jam diotæ Ecclesie licen-
tia aliquem de familia suscipere præsumat.

Sane pravam illam consuetudinem, quæ sub no-
mine personatus usque ad tempus prædecessoris
nostri bonæ memoriæ papæ Urbani extraordinarie
inoleverat, submovemus.

Defuncto autem presbytero, qui alicui altari ser-
viebat, alium idoneum per te vel successores tuos
episcopo præsentari præcipimus, qui videlicet et
curam parochiæ cum assensu vestro suscipiat, atque
de cura plebis episcopo rationem reddat, tibi que ac
tuis successoribus pro temporalibus ad monasterium
pertinentibus debitam subjectionem exhibeat.

Porro quia idem locus in honore beati Petri, cujus
vires agimus, consecratus, et ipsius pignoribus spe-
cialiter habetur insignis, dignum duximus ejusdem
atrium, sicut a sanctis Patribus nostris statutum
est, et hactenus servatum, nullius humani calaveris
sepultura deinceps aperiri.

Advocatiam quoque deinceps ipsius monasterii
liberam omnino esse decernimus, ut videlicet nullus
ibi advocatus constituatur, nisi quem abbas et fra-
tres ad ipsius loci utilitatem constituerint.

Qui advocatus, ubi et quando invitatur a confra-
tribus, sine inquietudine locum supra memoratum
tueatur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat
præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus
possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere,
seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata
omnia et integra conserventur, eorum pro quorum
gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus
omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ aucto-
ritate et diocesanorum episcoporum canonica ju-
stitia.

A Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive
persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens,
contra eam temere venire tentaverit, secundo ter-
tiove commonita, si non satisfactione congrua emen-
daverit, potestatis honorisque sui dignitate careat,
reamque se divino judicio existere cognoscat, et a
sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Redempto-
ris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo
examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem
eidem cænobio sua jura servantibus sit pax Domini
nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bonæ
actionis percipiant, et apud districtum Judicem
præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius, catholicæ Ecclesie episcopus.

B Data Parisiis per manum Aimerici, sanctæ Ro-
mance Ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, vi
Kalendas Maii, indictione ix, Incarnationis Domi-
nicæ anno millesimo centesimo tricesimo pri-
mo, pontificatus vero domni Innocentii II papæ
anno ii.

XLII.

Confirmatio confraternitatis Ecclesie Oxomensis.

(Anno 1131, Maii 4.)

[LOPERRAËZ CORVALAN, *Description histor. del obis-
pado de Osma*, tom. III, p. 13.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, uni-
versis Dei fidelibus per Secoviensem, Oxomensem,
Palentinam et Seguntinam parochias constitutis,
salutem et apostolicam benedictionem.

C Inter cætera virtutis et misericordie opera elec-
mosyna præcipue commendatur, ipsa est enim quæ
a peccato liberat, et non permittit animam ire in
tenebras, de cujus laude per Prophetam dicitur :
Sicut aqua exstinguit ignem, ita elemosyna peccatum
(Eccli. iii). Et cum venerabilis frater noster Bel-
tranus, Oxomensis episcopus, decorem domus Do-
mini diligens, ecclesiam sibi commissam ædificare
contendit, in quo vero opere ad lætum exitum per-
ducendum multæ atque magnæ expensæ eidem ne-
cessariæ esse noscuntur; et quoniam eidem propriæ
facultates non suppetunt, charitati vestræ per apo-
stolica scripta rogando mandamus, atque in pecca-
torum remissionem vobis injungimus, quatenus de
bonis a Deo vobis præstitis ad tam sanctum et lauda-
bile opus per Dei gratiam exsequendum, necessaria
solatia præbeatis, ut intercedentibus beatæ Dei Geni-
tricis meritis, in cujus honorem ecclesia dicta funda-
tur, necnon orationibus fratrum sæcularium ejusdem
loci pro vobis apud Deum effusis, bona vestra in hoc
sæculo gratum suscipiant incrementum, et pro
transitoria temporalique substantia piis locis ac
vestra devotione impensa cum peccatorum veniam
æterna vitæ gaudia assequi mereamur. Confraterni-
tas vero, quæ, ut accepimus, venerabilis frater noster
Raimundus, Toletanus archiepiscopus, ob loci sus-
tentationem atque vestrarum salutem animarum
ibidem stabilivit, auctore Domino confirmamus, et
ratam permanere decernimus.

Data apud Montem Furtinum, quarto Nonas
Maii.

XLIII.

Ad Alvisum Aquincinctinum abbatem. — Renuenti Alviso præcepit ut Atrebatensis Ecclesie curam suscipiat.

(Anno 1131, Maii 5.)

MANSI, *Concil.*, XXI, 403.

INOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio ALVISO Aquincinctinesi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Divinis ingratum constat illum esse beneficiis, qui talentum sibi a Domino creditum, in sudario tepescente charitate, reponit. Qui enim salutem proximi providere negligit, indignationem benigni et districti Iudicis adversum se intorquere non metuit. Accipimus autem quoniam Atrebatensis Ecclesia proprio destituta pastore, te unanimi voto et pari consensu sibi in episcopum et pastorem elegit. Per apostolica igitur scripta dilectioni tuæ mandando præcipimus, quatenus absque refragatione aliqua opus Dei ad quod vocatus es, perficiendum suscipias : ut Atrebatensis Ecclesia peccatis exigentibus, tam in spiritualibus quam in temporalibus plurimum imminuta, his salubribus exhortationibus, et bonæ vitæ exemplo, divina suffragante gratia, percipiat incrementum.

Data in Pontisara, III Nonas Maii.

XLIV.

Privilegium pro monasterio S. Dionysii Parisiensis.

(Anno 1131, Maii 9.)

[DOUBLET, *Hist. de Saint-Denis*, p. 485.]

INOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio SUGGERIO abbati venerabilis monasterii, quod in honore beati Dionysii martyris Parisiensis situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Decor domus Domini diligendus est et locus habitationis gloriæ ejus, attenta diligentia et reverentia honorandus. Ecclesia namque Dei quæ non sine multo sudore et labore temporaliter peregrinatur in terris, pro illius amore et desiderio quæ perpetuis et inconcussis gaudiorum præmiis fruatur in cælis, religiosa et honorabilia loca quæ Deo dicata sunt, et ejus famulatu mancipata, attentius reveretur et diligit. Ea igitur ratione nos, qui ex commissio a Deo apostolatus officio curam et administrationem Ecclesiarum omnium gerimus, famosum et nobile Beati Dionysii monasterium, imperatorum et regum munificentia et liberalitate ditatum, affectione paternam diligimus, et ne pravorum hominum molestetur incursumus defensamus. Quocirca, dilecte in Domino filii Suggesti abbas, quem fidelem et devotum beato Petro sanctæque Romanæ Ecclesiæ certis iudiciis experti sumus, cujus etiam industria et sollicitudine in præfato Beati Dionysii monasterio, gratam Deo religionem reformatam esse comperimus, rationabilibus tuis postulacionibus gratum præbenimus assensum. Statuimus itaque ut quæcunque dignitas authenticis prædecessorum nostrorum Zachariæ, Stephani, Leonis, Alexandri, Paschalis, et

A Calixti, Romanorum pontificum privilegiis, eidem loco concessa est, quæcunque bona Catholicorum regum, vel aliorum fidelium, legitimis oblationibus ad idem monasterium pertinere noscuntur, quidquid etiam in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, seu aliis justis modis Domino largiente poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda : In pago Metensi cellam Novam, cum omnibus appendiciis suis, videlicet Hulspere, Autminge, Emelingas, ecclesiam de Fulcreia, salinas ac patellas salinarum apud Marsalicam, monasterium Argentolium, quod situm est in pago Parisiensi, super fluvium Sequanzæ, cum pertinentiis suis. In episcopatu Aurelianensi campum B Mainerii, Villare, Vendrous, Villaumeium, Fejenis, Liusus Ad hæc comitatum Vilcassini, qui juris Beati Dionysii est, quem charissimus filius noster Lodoicus, rex Francorum, per te a beato Dionysio in beneficium et feodum suscepisse cognoscitur, quoniam is possidet cujus nomine possidetur, tibi tuisque successoribus confirmamus. Vicariam quoque, et omnimodam justitiam, ac plenariam libertatem juxta villam Sancti Dionysii sicut sub scriptis terminis distinguitur, a fluvio videlicet Sequanzæ, a molendino quod vulgo appellatur Bayard, usque ad supremum caput villæ quæ vocatur Halbervillare, quam præfatus rex juris esse Beati Dionysii recognoscens ei restituit. vobis nihilominus roboramus.

C Præterea omnimodam potestatem, omnemque justitiam, et universas consuetudines nundinarum iudicti, ipsius regis liberalitate vobis concessas, ut perpetuis eas quiete obtineatis temporibus, assertio- nis nostræ munimine confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prædictum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obseunte vero te nunc ejusdem loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris secundum Dei timorem, et D beati Benedicti Regulam elegerint. Electus autem, vel a Romano pontifice, vel a quo maluerit Catholico episcopo, consecratur. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes monachorum, vel clericorum ad idem monasterium pertinentium, a Catholicis accipietis episcopis, quemadmodum prædecessorum nostrorum canonicæ æquitatis privilegiis institutum est. Missas sane publicas celebrari, aut stationem in eodem monasterio, præter abbatis voluntatem, fieri prohibemus : sed nec interdicere, nec excommunicare, nec ad synodum vocare, vel abbatem, vel ipsius loci monachos, episcopis aut episcoporum ministris permittimus facultatem. Porro tam tibi quam tuis suc-

cessoribus licentiam indulgemus in gravioribus ne- A
golis sedem apostolicam appellare, nec appellantes
ante negotii finem læsio ulla contingat, quatenus
auctore Deo in sanctæ religionis studiis quieti ac
seduli permanere possitis. Si quis igitur in posterum,
hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra
eam venire tentaverit, secundo tertiove comuni-
tus, si non satisfactione congrua emendaverit, pe-
testatis honorisque sui careat dignitate, reumque se
divino iudicio existere de perpetrata iniquitate co-
gnoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei
et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi alienus
 fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni
 subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servanti-
bus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et
hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud
districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.
Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus
subscripsi.

Ego Wilhelmus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Joannes Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Guido Tiburtinus episcopus subscripsi.

Ego Goselinus presbyter cardinalis tituli Sanctæ
Cæciliæ subscripsi.

Ego Joannes Sancti Chrisogoni presbyter cardina-
lis subscripsi.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Equitii sub-
scripsi.

Ego Ubertus presbyter cardinalis tituli Sancti
Clementis subscripsi.

Ego Rusticus presbyter cardinalis tituli Sancti
Ciriaci subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis tituli Sancto-
rum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Albertus diaconus cardinalis tituli Sancti
Theodori subscripsi.

Ego Wilhelmus diaconus cardinalis tituli S. Mariæ
in Via Lata.

Datum Rothomagi per manum Alberici, sanctæ
Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii,
septimo Idus Maii, indictione nona, Incarnationis
Dominicæ anno 1131, pontificatus domini Innocen-
tii II papæ anno secundo.

XLV.

*Domus hospitalis Falesinæ, assensu Henrici Anglo-
rum regis a Gofrido condita, protectionem susci-
pit possessioneque confirmat.*

(Anno 1131, Maii 9.)

[*Neustria pia*, p. 751.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
lecto filio GOFRIDO, salutem et apostolicam benedi-
ctionem.

Ex instructo nobis a Deo apostolatus officio, reli-
giosis desideris debemus assensum præbere, ut fi-
delis devotio celerius sortiatu effectum. Quocirca,
dilecte in Domino fili Gofride, tuis postulationibus
clementer annuimus, et hospitem domum de Fale-

sia, consensu charissimi filii nostri Henrici, gloriosi
Anglorum regis, a te constructam, et scripti sui
pagina roboratam, sub B. Petri protectione suscipi-
mus, et apostolicæ sedis robore communimus. Sta-
tuimus igitur ut quæcunque bona, quæcunque pos-
sessiones, concessione pontificum, largitione regum
vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis
modis, eidem loco collata sunt, vel deinceps, præ-
stante Domino, conferentur, nullus auferre vel mi-
nuere audeat, sed omnia integra conserventur,
pauperum usibus, pro quorum gubernatione et
sustentatione concessa sunt, omnimodis profutura.
Si quis itaque locum ipsum temere perturbare, aut
ejus possessiones auferre vel minuere forte tentave-
rit, indignationem BB. apostolorum Petri et Pauli et
nostram incurrat: conservantes autem, peccatorum
remissionem et eorundem apostolorum gratiam con-
sequantur.

Datum Rothomagi vi Idus Maii.

XLVI.

*Didacum archiepiscopum Compostellanum vocat ad
concilium Remis celebrandum. — G. subdiaconum
commendat.*

(Anno 1131, Maii 19.)

[*Florez, España sagrada*, XX, 525.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ve-
nerabili fratri DIDACO Compostellano archiepiscopo,
salutem et apostolicam benedictionem.

Pro unitate Ecclesiæ conservanda, et schi-
mate quod nuper in sancta Dei pullulavit Ecclesia rese-
canda, utile duximus consilio frâtrum nostrorum
episcoporum et cardinalium proxima B. Lucæ festi-
vitate Remis præstante Domino concilium celebra-
re. Ideo fratres et filios nostros archiepiscopos,
episcopos, abbates, et alios religiosos ac sapientes
viros Alamanniæ, Lotharingiæ, Franciæ, Northman-
niæ, Angliæ et Hispaniæ convocare decrevimus. Per
præsentia igitur scripta et charissimum filium no-
strum G. sanctæ R. E. subdiaconum fraternitati tuæ
mandando præcipimus, quatenus omni occasione
remota præfato termino ad nostram præsentiam
venias, ut tuo et aliorum fratrum nostrorum freti
consilio valeamus, et errata corrigere, et quæ ad
honorem Dei statuenda fuerint suffragante ipsius
gratia stabilire. Prædictum vero filium nostrum
G. quem paternæ affectionis brachiis amplexamur,
tibi, quem specialiter diligimus, attentius commen-
damus, rogantes ut eum pro reverentia B. Petri, et
charitate nostra benigne recipias, et honeste pertra-
ctes.

Dat. Belvaci xiv Kal. Junii.

XLVII.

*Ad abbatem Cluniacensem Petrum. — De centum
marcis in Anglia ab Henrico rege datis.*

(Anno 1131, Maii 20.)

[*Mansi, Concil. XXI*, 407.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
lecto filio PETRO Cluniacensi abbati, ejusque succes-
soribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Donationes et beneficia quæ ad sustentationem fratrum a regibus, principibus et aliis juris religionis amatoribus sacrosanctis præstantur ecclesiis, tanquam ea quæ divini juris effecta sunt, auctoritate apostolica volumus communicare. Per præsentis itaque scripti paginam, donationem a clarissimo filio nostro Henrico illustri et glorioso Anglorum rege decentum marcis argenti per annos singulos Cloniacensi monasterio persolvendis factam, sexaginta videlicet in telonio Londoniensi, et quadraginta in telonio Lincolnensi, apostolica sedis patrocinio roboramus. Hæc autem donatio apud Rothomagum ab eodem filio nostro Henrico rege, Incarnationis Dominicæ anno 1131, indictione ix, mense Maio, die Dominica in nostra et fratrum nostrorum præsentia facta est, Guillelmi scilicet Prænestini episcopi, Joannis tituli S. Chrisogoni, Humberti S. Clementis, Rustici S. Cyriaci, Gozelini S. Cæcilie, presbyterorum cardinalium; Gregorii SS. Sergii et Bacchi, Aimerici cancellarii, Guidonis S. Mariæ in Via Lata, diaconorum cardinalium; Orlegarii Terraconensis, Hugonis Rothomagensis archiepiscoporum; Gaufridi Carnotensis, Joannis Lexoviensis, Joannis Sagiensis, episcoporum; Bernardi Claravallis, Sugerii S. Dionysii, Bosonis de Bacho, abbatum; Guillelmi comitis de Warena, Roberti filii ipsius regis comitis de Gloccerio, Roberti de Sigillo, Roberti de Laha, Rabelis camerarii de Tancarville, Nahelis thesaurarii, Haalonis prioris Sancti Osqualdi. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium super eadem donatione futuris temporibus infestare, aut eam auferre, minuire, vel ausu temerario fatigare; sed integra conservetur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa est usibus profutura. Si quia igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona hæc nostræ confirmationis paginam sciens, etc.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ ep. subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus, subscripsi.

Ego Joannes Ostiensis episcopus, subscripsi.

Ego Guido Tiburcius episcopus, subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi, subscripsi.

Ego Joannes tit. S. Chrysogoni presb. card. subscripsi.

Ego Ulbertus tit. S. Clementis presb. card. subscripsi.

Ego Goselinus presb. card. tit. S. Cæcilie, subscripsi.

Datum Belvaci per manum Aymerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, xiii Kalend. Junii, indict. xi, Incarnationis Dominicæ an. 1131, pontificatus vero domini Innocentii papa: II anno ii.

XLVIII.

Clero et populo Atrebatensi Alvisum episcopum commendat.

(Anno 1131, Jun. 18.)

[BALUZ., *Miscell.* II, 164.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-

lectis filiis clero et populo Atrebatensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Venientem ad nos venerabilem fratrem nostrum Alvisum episcopum vestrum debita charitate suscepimus, ipsumque cum gratia sedis apostolicæ et litterarum nostrarum prosecutione ad vos duximus remittendum. Universitati itaque vestræ per præsentia scripta mandando præcipimus quatenus cum benigno receiptis et honeste tractetis, eique tanquam proprio pastori et animarum vestrarum episcopo obedientiam et reverentiam humiliter deferatis, ad recuperandas quoque possessiones Ecclesiæ, quæ distractæ sunt, et pacem reformandam ac raptiores coercendos, sicut boni ac devoti filii, ei auxilium unanimiter præbeatis.

B Data Compendii xiv Kal. Julii.

XLIX.

Gualtero abbati S. Vedasti præcipit ut Alviso episcopo Atrebatensi obediat.

(Anno 1131, Jun.)

[BALUZ., *ubi supra*, p. 164.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GUALTERO abbati Sancti Vedasti, salutem et apostolicam benedictionem.

In sede justitiæ a Domino constituti ita auctore Domino debemus nostra defendere ut unicuique Ecclesiæ sua jura serventur. Juxta paternorum quoque canonum sanctiones non tantum a nobis convenit quod potestatis est fieri, sed potius quod rationis ordo exigit singulis exhiberi. Hujus ergo considerationis intuitu dilectioni tuæ per præsentia scripta mandamus et mandando præcipimus ut quemadmodum per prædecessorum nostrorum Urbani, Paschalis, Calixti, Romanorum pontificum, privilegia statutum est, et per nosipos postmodum innovatum, venerabili fratri nostro Alviso Atrebatensi episcopo canonicam subjectionem et obedientiam deferas.

L.

Ad Hugonem Rothomagensem episcopum:— Petit pecuniarum subsidia corrogari ad reparandam Noviomensem ecclesiam, incendio cum domibus episcopi et clericorum combustam.

(Anno 1131, Jun. 27.)

D [D BOUQUET, *Recueil*, tom. XV, p. 372.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri, HENRICO [corr. HUGONI] Rothomagensi archiepiscopo, episcopis et dilectis filiis abbatibus, clericis, baronibus, et aliis Dei fidelibus per Rothomagensem provinciam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Utilis est et gratioræ almodum videri debet apud genus humanum hæc commutatio, ubi pro temporalibus æterna, pro transitoriis immutabilia conferuntur. Dator enim et remunerator omnium bonorum Dominus, sub cujus jurisdictione et dominio omnia concluduntur, bonam voluntatem irremuneratam non deserens, de plenitudine abundantie suæ pro minimis maxima, et pro terrenis præbere cœ-

lestia consuevit. Cæterum, quid apud Noviomum, A
peccatis exigentibus, nuper contigerit; quomodo
episcopalis et mater ecclesia cum domibus episcopa-
libus incendio (22) sunt concrematæ, dilectionem
vestram non credimus latere. Quia igitur tantæ
calamitati misericorditer compati et pietatis intuitu
fraterna suffragia ministrare debemus, universita-
tem vestram per præsentia scripta exhortamur in
Domino, atque in remissionem peccatorum inungi-
mus, ut, ad præfatam ecclesiam ad honorem et
servitium Domini reparandam, de facultatibus
vobis a Deo collatis solatia transmittatis, quatenus
cum Psalmista veraciter decantare: *Domine, dilexi
decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ
(Psal. xxv, 8)*, atque in cœlesti patria coram
immarcescibili, præstante Domino [donari], valeatis.

Datum Crispiaci v Kal. Julii.

LI.

*Ad Hugonem Rothomagensem archiepiscopum.—Hor-
tatur ut varia coerceat flagitia.*

(Anno 1131, Jul. 26.)

[MANI, Concil., XXI, 421.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, venerabili fra-
tri HUGONI Rothomagensi archiepiscopo, salutem et
apostolicam benedictionem.

Qui in Ecclesia Dei præsidens nomine censetur
episcopi, studeat ut actio sua conveniat nomini; si
enim, cum potest, alios ab errore non revocat, se-
ipsum errare demonstrat. Consentire namque videtur
erranti qui ad rescandam ut corrigi debeant non
concurrit. Consentire est, cum qui posset redarguere
taceat vel aduletur. Sed quid prodest alicui suo
errore non polui, qui consensum præstat erranti?
Sacerdos ignorans legem ipse se arguit sacerdotem
non esse: sacerdotis enim est scire legem, et ad
interrogationem respondere de lege. Si scit, agnos-
cat se non esse custodem chartarum et elementorum
legis, sed animarum: servus siquidem qui talentum
a Domino susceptum in sudario reponit, multiplici-
ter vapulabit. In provincia Northmanniæ, cujus spiri-
tualis administratio tibi, charissime frater, est a
Deo commissa, multa mala, prout accepimus, pul-
sulant, quæ in aliis locis vel omnino non fuerunt,
vel sunt desuetudine obumbrata. Novæ siquidem
causæ nova debetur sententia, et novis morbis no-
vam discretus medicus adhibet medicinam: qui ni-
mirum, si non senserit emolumentum fomenti, ne
tota putrescat compago corporis, incisione vel cau-
terio depellantur. Prævum utique est et detestabile,
et digna animadversione plectendum, quod in opi-
scopatu Rothomagensi quidam laici jura sibi episco-
palia usurpare, altarium oblationes auferre, eccle-
siasticos redditus occupare; quidam etiam, quod
monstruosum est, se archidiaconos nominare præ-

sumunt. Cum enim canones et sacræ leges probi-
beant laicos, quantumlibet religiosos, res ecclesia-
sticas administrare, et officiales sive œconomos non
permittant in ecclesiis constitui nisi clericos: si quis
talia prædia, possessiones ecclesiasticas, vel reddi-
tus divinis rebus destinatos, ausu sacrilego detinere
presumpserit, ut spiritus salvus sit, anathematis est
sententia feriendus, et a corpore ac sanguine Domini
separandus. Verum nullus debet in archidiaconum
elligi, nisi prius fuerit diaconatus functus officio.
Quod si quisquam laicus, aviditate rerum ecclesia-
sticarum, hoc sibi nomen vindicat, non debet archi-
diaconus sed archidiabolus appellari. Porro cer-
tissimi juris est Ecclesias Dei non hæreditario jure
aliquem, non secundum carnem successorem expe-
tere, sed ad sui regimen et officiorum suorum dis-
pensationem honestas, sapientes et religiosas per-
sonas exposcere: honor namque ecclesiasticus non
est sanguinis, sed meriti. Si quis igitur præbendas,
præposituras, capellanias, ecclesias, aut ecclesiastica
officia jure successionis expostulare præsumperit,
optatis dignitatibus careat, et gravi pœna pro tantis
excessibus percussatur. Ad certum quoque Ecclesiæ
titulum debet quis in presbyterum ordinari: cujus
perpetuo destinatur servitio ab ea non recedat, nisi
pro communi utilitate suus prælatus ad alia transfe-
rat. Sacris est canonibus oblitum, et locationi ac
conductioni rerum forensium proximum, conducti-
tios et mercenarios presbyteros, quasi levissimos
transfugas et volatiles, ecclesiasticis servitiis man-
cipari. Presbyter autem, post assumptam animarum
curam, si ad synodum, ubi de fide, de moribus, et
ordine poenitiæ debet instrui, vocatus non iverit,
et se aliqua consuetudine excusare contendit: quia
se pastoris et fratrum præsentia subtrahit, flagi-
torum cumulum, quorum timore præsentare se
judici erubescit, ipsemet sibi inesse insinuat. Illæ
enim tantum consuetudines quæ nec rationi, nec
canonibus contradicunt, observari merentur. Tales
igitur et tam presumptores presbyteri Ecclesiæ ad-
ministratione priventur, a cujus unitate se dividunt.
Ad hæc certum est quoniam ecclesiasticum benefi-
cium non debet esse furtivum, et quisquis non
consentiente episcopo ad ordinem provehitur, ipse
sibi causa est probans et manifesta ut ulterius non
debeat promoveri. Admittantur igitur ad sacrum or-
dinem quibus natalium, morum, et status dignitas
suffragatur: qui enim absque legitimo sunt matri-
monio procreati, juxta leges vulgo concepti, quibus
incertus est pater; vel spurii, id est, sine patre filii
appellati: nisi permissione imperiali solemniter in-
dulta, ad paternam successionem non admittuntur.
Qui autem paterna hæreditate indignus judicatur, ne
tanquam Dei minister indebite officiis ecclesiasticis

(22) Pseudo Robertus de Monte, a Pistorio editus, ad annum 1131, ait: « Ecclesia pene S. Mariæ in episcopatu, totaque pene civitas Noviomensis incendio conflagravit, justo (ut fertur) infurtunio, quia summum pontificem Innocentium verbis irrisoriis

multi exhonorerunt. » Idem habet Guillelmus Nangius in Chronico. Verum hanc calumniam optime refutat Vassorius in Annalibus Noviomensibus, nec quidquam tale suspicari sinit Innocentii epistola.

applicetur consideratione est exactissima providendum. Cæterum, qui se turpitudini et inhonestæ vitæ subiecit, Deo moribus contradicens, militaturus ad castra Dominica non accedat. Illi vero qui publicis functionibus sunt astricti, curiæ officii obligati, servitutis mole gravantur; quoniam *nemo potest duobus dominis servire*, nulla ratione, dum supradictis gravaminibus obnoxii fuerint, in clericos ordinentur. Inscios etiam litterarum et divinæ legis ignaros, quasi truncos inutilis, honestas et ratio prohibet orfinari. Tu ergo, frater charissime, officium pastoris et evangelistæ diligenter adimplens, hæc loquere et exhortare, argue, obsecra, increpa, quatenus bonæ vitæ tuæ exemplo et prædicationis verbo, oves tibi commissas, divina suffragante gratia, cum fructu centesimo Domino valeas præsentare. Et quidquid super tantis flagitiis coercendis tui arbitrii deliberata discretio canonicè constituerit, nos auctoritate apostolica ratum habebimus.

Datum Altissiodori vii Kal. Augusti 1131.

LII.

Privilegium pro monasterio Sancti Amatoris Antissiodorensis.

(Anno 1131, Sept. 24.)

[*Lx Beauv, Hist. ecclés. et civile d'Auxerre, tom. II, prév., p. 264.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis HUGO prior et fratribus ecclesiæ Sancti Amatoris vitæ in Antissiodorensi suburbio sita est, regulari vitam professis in perpetuum.

Ad hoc nobis a Deo pastoralis officii cura commissa est ut beneplacenter Deo religionem laboramus statuere et stabilitatem exacta diligentia conservare. Proinde dilecti in Domino filii venerabilis fratris nostri Hugonis Antissiodorensis episcopi religionis siquidem et pauperum amatoris, cujus, annuente studio et diligenti sollicitudine in vestra est Ecclesia religio instituta precibus inclinati, vestris rationabilibus postulationibus annuimus, et ecclesiam Sancti Amatoris in qua divino vacatis servitio, apostolicæ sedis suffragio communimus. In primis otique statuimus ut in eadem ecclesia secundum B. Augustini Regulam, ordo canonicus perpetuis temporibus conservetur; et nullus ibi nisi secundum eandem Regulam canonicam vitam professus, canonicus substituat. Quascunque præterea possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste et legitime possidetis, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda: ecclesiam videlicet Sancti Petri de Canuaninis, et duas capellas in eadem parochia, capellam videlicet de Orgiaco, et capellam de Villa-Ferreoli cum decimis et pratis, et ecclesiam Sancti Martini de Lanosicco cum appendiciis suis et quidquid in ecclesia sanctorum

A Gervasii et Protasii juris habetis, decimas etiam de tribus clausis vinearum quas prædictus frater noster Hugo Antissiodorensis episcopus in vestra parochia noscitur possidere. Nihilominus decimam de clauis sancti Salvatoris qui est Castaneti vobis confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare, sed omnia conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum in omnibus diocesani episcopi reverentia ac justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam siens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Antissiodori per manum Emerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, octavo Kalend. Octobris, indictione decima, incarnationis Dominicæ anno 1131, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno secundo.

LIII.

Odonem abbatem S. Medardi Suessionensem consecrat pridie Kalendas Octobris.

(Anno 1131, Sept. 30.)

[*Chronic. S. Medardi Suession. [ap. ACHERY, Spicil. II, 489.]*]

LIV.

Ad Hugonem Rothomagensem archiepiscopum.—Confirmatio jurium et prædiorum Ecclesiæ Rothomagensis.

(Anno 1131, Oct. 6.)

[*Mansi, Concil., XXI, 423.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HUGONI Rothomagensi archiepiscopo ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuam memoriam.

Apostolicæ sedis consueta benignitas et discreta simplicitas de plenitudine gratiæ suæ, secundis successibus plene honorificentis, et beneficiis plurimos obligat, et circa domesticos et humiles filios charitatis suæ indeficientem affluentiam ubi opus fuerit repræsentat. Propensiori igitur ratione prospiciendum est ut si quando beneficium seu obsequium ab aliquo pie oblatum suscepimus, ut longe superiores in retribuendo quam in conferendo appareamus, non mensura pari vel æqualitate, sed ubertate copiosa

respondere curemus. Præsum est enim et detestabile ingrati- tudinis vitium et funditus a bonorum mentibus repellendum; ingratus siquidem pœnam, non gratiam promeretur. Quanto autem studio et infatigabili sollicitudine hac tempestate causam matris tuæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ intrepidus assumpseris, et ambitionem invasoris (23) Petri Leonis detestans, ac Judaicæ perfidiæ furorem conterens frequentibus et ratione munitis exhortationibus clericorum, principum et cæterorum corda in fide Catholica et obedientia nostra firmaveris, non immemores te, charissime frater Ilago archiepiscopo, virum utique sapientem, religiosum et in necessitate probatum, in proprium et specialem B. Petri et sanctæ Romanæ Ecclesiæ filium suscipimus, et intra nostræ dilectionis gremium familiariter dulcedine retinemus. Rationabilibus igitur tuis postulationibus assensum præbentes, Rothomagensem Ecclesiam, cui Deo auctore præsidet, cum bonis suis apostolica defensione protegemus, et quæ ipsius iuris sunt tibi tuisque successoribus scripti nostri robore communimus, statuentes ut Rothomagensis archiepiscopus, Bajocensi, Abrincensi, Ebroicensi, Luxoviensi, Constantiensi et Sagiensi, jure metropolitico præsit episcopis; qui nimirum ab eo consecrationem recipiant, et ei tanquam proprio metropolitano humiliter pareant. Decernimus etiam ut presbyteri in Rothomagensi parochia constituti ecclesiarum administrationem et curam animarum a vobis recipiant, et ad synodum vocati absque contradictione aliqua venire non differant: ad hæc adjuvantes prohibemus, ne aliquis laicus infra præfatam episcopatum officium sibi archidiaconatus assumat, neque compositionem ecclesiasticam sibi vindicare præsumat; nullus quoque archiepiscopus vel episcopus in Rothomagensi parochia absque tuo vel successorum tuorum assensu audeat episcopalia celebrare. Porro nemo de vesris frugibus aut animalibus decimas exigat, quandoquidem episcoporum est decimas a subditis suis recipere, easque in usum propriæ mensæ, ad opus clericorum, necnon pro ecclesiarum edificiis reparandis, ac pro sustentandis pauperibus juxta sanctiones canonicas dispensare.

Quisquis præterea infra Rothomagensem episcopatum ad pastoralitatis officium assumptus fuerit, episcopali jure vobis integre conservato, debitam reverentiam tibi tuisque successoribus absque re- fragatione exhibeat. Porro quæcunque possessiones aut bona ad præfatam Ecclesiam juste et canonice pertinere noscuntur, vel in futurum liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda.

Oppidum videlicet quon dicitur Andeleiam cum villis, silvis, pratis, aquis, justitiis ac libertatibus,

(23) Scilicet Anacleti.

A cum portu et navium redditibus, et ut tam vos quam omnes servientes domus vestræ liberum commercium vini, frumenti et omnium aliarum rerum, tam in aquis quam in terris, transitibus pontium, et portibus maris omni tempore habeatis; in Anglia in episcopatu Wintoniensi manerium quod dicitur Binte-Worda, in Northmannia oppidum Gisors et Willam Duvrent ac Daivillam, cum agris, silvis, aquis, pratis, moleudinis, et cum omni libertate et justitiis; prata quoque supra Sotavillam juxta Sequanam sita, et domum ibidem ad fena conservanda; Rothomagi domum propriam, curiam et hortum, ultra muros pomerium, et mansionarios, de quibus habes censum et justitiam: ea etiam quæ sunt de feudo Rothomagensis archiepiscopi; Vilcassanum B Franciæ, præter illa castella quæ ad jus regis ex antiqua consuetudine pertinent. Sane Alba-marla cum omnibus ad eam pertinentibus, et castrum Teoui, et castrum Allium Ambiaucensi civitati proximum, quod supra Somenam fluvium situm est, vobis sicut cætera auctoritate apostolica communi- mus. Terminos vero parochiales, infra quos utique Mellendum et Pontisara continentur, vobis firmamus, sicut a Pontisara usque ad mare protenduntur, et antiquis ex alia parte a Mellendo castro non solum Sequana flumine, sed etiam ultra Sequanam anti- quis territoriorum finibus discernuntur usque ad fluvium Rithle, et inde per Sequanam usque in mare. Nulli ergo hominum fas sit præfatam Ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus mole- stiis fatigare, sed omnia integra conserveantur, vestris et eorum pro quorum gubernatione et susten- tatione concessa sunt, usibus præsertim.

LV.

Ad sanctum Aybertum monachum et inclusum.

(Anno 1131, Oct. 21.)

[Cousin, *Histoire de Tournay*, t. II, p. 215.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, charissimo filio suo AYBERTO monacho et recluso, salutem et apostolicam benedictionem.

Quia veridica relatione comperi te a prædecessoribus meis sanctissimis viris Paschali et Honorio licentiam accepisse pœnitentiam dare, et absolutio- nem facere contentibus peccata sua, eandem tibi potestatem auctoritate Dei et beati Petri apostoli et nostra concedimus, rogans dilectionem tuam ut memor sis nostri in orationibus tuis. De reedifica- tione locelli tui, unde mihi mandasti, precor et obsecro omnes, ad quos miseris et rogaveris in remissione peccatorum suorum, ut tibi de suis elemosynis subveniant. Proinde omnibus benefa- ctoribus tuis quartam partem pœnitentiæ suæ ex parte Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et nostra relaxamus. Concedimus etiam tibi ut in oratorio tuo licentiam habeas ostiis apertis missas celebrare, etiamsi pro aliquo foris facto patria

reliqua inbanizata fuerit. Omnes vero te visentes in euendo et redeundo pacem ex toto habere præcipimus, in eos autem qui in eis inanum injecerint, gladium excommunicationis quod respuerint, et tibi satisfecerint, exerimus. Vale.

Data Remis XII Kalendas Novembris.

Appensum sigillum plumbeum ex una parte hanc habet inscriptionem INNOCENTIUS PAPA II, et ab altera vero effigies apostolorum Petri.

Hoc apographum de verbo ad verbum originali suo, quod in præsentem diem integrum in archivis ecclesiæ nostræ Crispinensium asservatur respondet. Quod ita esse sigillo nostro etiam apposito testor XVI Kal. Martii 1614. — CLAUDIUS ejusdem Ecclesiæ humilis abbas.

LVI.

Ecclesiam S. Deodati in valle Galilæa tuendam suscipit possessionesque ac jura ejus confirmat.

(Anno 1151, Oct. 24.)

[Dom CALMET, *Histoire de Lorraine*, II, preuves, p. CCXCII.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ALBERTO, præposito Sancti Deodati, et fratribus ibidem divino famulatu mancipatis, eorumque successoribus in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere et earum saluti et quieti, auxiliante Domino, salubriter providere. Dignum namque est et honestati conveniens esse cognoscitur ut, qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a perversorum hominum nequitia tueamur, et beati Petri atque apostolicæ sedis patrocinio muniamus. Proinde, dilecte in Domino filii Alberte præposite, tuis rationabilibus postulationibus annuentes, ad exemplar prædecessorum Calixti et Honorii Romanorum pontificum, ecclesiam Sancti Deodati, quæ in valle Galilæa sita est, cui Deo auctore præesse dignosceris, cum suis omnibus pertinentiis, sub beati Petri tutela et protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus. Statuimus ergo ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præsentem Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et hæbita permaneant, in quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda:

1. Altare scilicet Sanctæ Crucis, quod tu, filii Alberte præposite, cum communi fratrum tuorum assensu eidem ecclesiæ ad ornamenta perpetuo concessisti.

2. Domo quoque tuas, et quæcumque alia tuo sunt studio acquisita, et ad communes usus fratrum ejusdem Ecclesiæ a te collata.

3. Præterea quæcumque antecessor tuus Rembaldas, in domibus, sive in aliis præfatæ Ecclesiæ contulit, vobis inhiomianus confirmamus.

4. Allodium de Moriviller, et de Ainvilla, ex dono Hevusedæ nobilis femine.

5. Dotem etiam Idæ mulieris, videlicet allodium

PATROL. CLXXIX.

A de Mogins, cum medietate unius molendini, ecclesiæ vestræ ab ea donati.

6. Ecclesiam de monte Sancti Remigii, juxta quod frater noster dignæ memoriæ Riquinus Tullensis episcopus scripto suo vobis firmavit.

7. Necnon tenorem Ecclesiarum vestrarum, quas in episcopatu Basileensi habetis, sicut usque ad tempora nostra tenuistis, et a Ridulpho beatæ recordationis, Basileensi episcopo, scripto confirmatum suscepistis, videlicet ut in quarto anno ecclesiæ de Hungrersem pro decimis quadraginta solidos Basileensis monetæ, et capella de Mitteguilre quinque solidos et illa de Nunneguilre similiter solidos quinque persolvat.

8. In quibus nimirum Ecclesiis, cum opportunitas exegerit, juxta dispositionem præpositi et fratrum vestræ Ecclesiæ, sacerdotes substituantur.

9. Ad indicium autem libertatis hujus a Romana Ecclesia perceptæ, quotannis aureum unum Lateranensi palatio persolvatis.

Nulli ergo hominum fas sit prænominatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis exactionibus fatigare, sed omnia integra conserventur, vestris et successorum vestrorum usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Remis per manum Americi sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, XI Kalend. Novembris, indictione X, Incarnationis Dominicæ anno 1151, pontificatus autem domini Innocentii anno XX.

LVII.

Privilegium pro ecclesia S. Martini Turonensis.

(Anno 1151, Oct. 28.)

[*Défense des priv. de Saint-Martin de Tours*, p. 16.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Ecclesiæ Beati Martini Turonensis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Cum omnibus Ecclesiis et ecclesiasticis personis debitores ex apostolicæ sedis auctoritate ac benevolentia existamus, illis tamen personis propensiori studio providere nos convenit, quæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ noscuntur specialius adhærere; proinde, dilecti in Domino filii, justis vestris petitionibus accommodantes assensum, ecclesiam beati

Martini Turonensis in qua divino vacatis servitio, A quæ utique ad jus et proprietatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ specialiter noscitur pertinere, protectione sedis apostolicæ duximus muniendam et præsentis scripti patrocinio roborandam. Statuimus enim ut quæcunque possessiones, quæcunque bona ad eandem ecclesiam in præsentiarum juste et legitime spectare videntur, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis et illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjunximus: burgum videlicet Sancti Petri puellaris cum pertinentiis suis, a charissimo filio nostro Ludovico illustri et glorioso Francorum rege vobis concessum; ecclesiam Sancti Pauli Cormeriacensis, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Bellomonte, ecclesiam Sancti Cosmæ cum appendiciis suis. Porro libertatem et immunitatem, honores et beneficia eidem ecclesiæ vestræ Beati Martini per antecessorum nostrorum Adeodati, Leonis, Adriani, Sergii, Gregorii, Urbani, Paschalis, Calixti, Honorii Romanorum pontificum, vel per Turonensium archiepiscoporum Crodberti, Ivonis et Airardi scripta collecta, integra vobis et întemerata serventur; claustrum autem vestrum usque ad muri cuneos liberum omnino permaneat, sicut hactenus noscitur permansisse; presbyteri quoque infra ecclesiæ ambitum, in cellulis et oratoriis vestris, in ecclesia Sancti Venantii et in ecclesia Sancti Petri quæ de Cardoneto dicitur commorantes, in ea quæ præteritis temporibus libertate manserunt, de cætero maneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam Beati Martini temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Sanc christina, oleum sanctum, ordinationes canonicorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Turonensi accipietis archiepiscopo, si quidem gratiam et communionem apostolicæ sedis habuerit, et ea gratis ac sine pravitate vobis exhibere voluerit; alioquin ea a quolibet Catholico suscipietis episcopo. Canonicus autem vester, si ecclesiarum quæ ad jus archiepiscopi pertinent canonicus fuerit, beneficio refutato, excommunicandi eum archiepiscopus non habeat facultatem. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire temere tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum

bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Remis per manum Aimerici sanctæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, v Kalend. Novembris, indictione x, Incarnationis Dominicæ anno 1131, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno secundo.

LVIII.

Disciplinam in ecclesiis Bambergensibus ab Ottone episcopo institutam sancit.

(Anno 1131, Oct. 28.)

[CANIS. ed. Basnage, *Thesaurus*, III, II, 50.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri OTTONI Babergensi episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quoties a nobis petitur illud quod religioni et honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et congruum impartiri suffragium, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Proinde, venerabilis frater Otto episcopo, petitionis desiderii tuæ ex consueta sedis apostolicæ mansuetudine clementer annuimus, in primis siquidem statuetes ut tenor religionis, qui in Ecclesiis tibi commissus est, per tuam diligentiam, cooperante Domino, institutus, firmiter in eis perpetuis temporibus conservetur. Constituimus etiam ut in eisdem Ecclesiis nullus per simoniacam hæresim statuatur, sed honestæ personæ, quibus utique morum et status dignitas suffragatur, inibi ordinentur. Sane in cœnobiis, quæ vel antiquitus in tua parochia constructa sunt, vel tu ipse devotionis intuitu constituisti, seu aliis justis modis Ecclesiæ tuæ inire poteris, vel ab aliquo deinceps fidelium infra tuam diocesim divina inspirante gratia, construentur, sacræ religionis ordinem manere decernimus. Nec alicui liceat ejusdem institutionis formam ullatenus permutare, nisi forte ad melioris status prærogativam, præstante Domino, promovere voluerit, nec id alicujus singulari iudicio committatur, sed omnium monasteriorum ad Babergensem Ecclesiam pertinentium, aut sanioris partis consilio ac consensu fieri debere sancimus. Si quis autem huic nostræ constitutioni temere contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non factum suum digna satisfactione correxerit, a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Conservantes eisdem locis quæ justa sunt, omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostram gratiam consequantur.

LIX.

Ad Ulgerium episcopum Andegavensem. — De confirmatione possessionum et privilegiorum Ecclesiæ Andegavensis.

(Anno 1131, Oct. 29.)

[BALUZ., *Miscell.*, III, 15.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ve-

merabili fratri **ULGERIO** Andegavensi episcopo, ejus-
que successoribus canonice substituendis in perpetuum.

In eminenti apostolicæ sedis specula disponente Domino constituti, ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio religiosos viros debemus diligere et eorum loca sanctæ Romanæ Ecclesiæ munimine defensare. Æquum etenim ac rationabile est ut quos erga beatum Petrum et nos ipsos in opportunitatibus fideles et devotos esse cognoscimus, eos et a pravorum hominum nequitia tueamur et in suis petitionibus clementer exaudire curemus. Proinde, venerabilis frater Ulgeri episcopo, vir siquidem prudens ac religionis amator, tuis justis postulacionibus assensum præbentes, Andegavensem Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, præsentis scripti patrocinio communitimus, statuentes ut quæcunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum ad eandem Ecclesiam juste et canonice pertinere noscuntur, aut in futurum largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis auxiliante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjungimus: ecclesiam videlicet Beati Joannis Baptistæ, quæ in Andegavis civitatis suburbio sita est, quam nimirum illustris vir Gaufridus comes junior tibi reddidit, ut videlicet tam tu quam successores tui Jus plenissimum domini et abbatis statuendi in ea canonicos, et tam in præbendis quam in aliis omnibus rebus ad ipsam pertinentibus disponendi facultatem liberam habeatis. Prohibemus autem ne quis præbendam aut decanatum ipsius Ecclesiæ, usque dum persona de medio sublata fuerit, donet alicui vel promittat. Detestabiles vero illas et homicidii reas exspectationes et successiones damnamus, nec quælibet persona tale donum vel promissum suscipere vel capitulum concedere audeat. Hæc quoque penitus admonemus ne quisquam laicus jus aliquod in eadem Ecclesia vel in aliqua ipsius Ecclesiæ præbenda præsumat expetere vel aliquid reddituum ejus expetere. Porro ecclesias et villas Chureii et Solonæ cum omnibus suis appendiculis, quemadmodum a nobili viro Roberto de Busenciaco tibi et Ecclesiæ tuæ sunt traditæ ac concessæ, apostolica auctoritate firmanus. Nulli ergo omnino hominum liceat prædictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris Jesu

A Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniunt.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Datum Remis per manum Haymirici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, iv Kal. Novembris, indictione x, Incarnationis Dominicæ anno 1131, pontificatus vero domini Innocentii papæ secundi anno secundo.

LX.

Monasterii Mullersdorfensis protectionem suscipit.

(Anno 1131, Oct. 29.)

[LANG, *Regesta*, I, 134.]

LXI.

Clero et populo Hildesheimensi significat Godehardum quondam episcopum in synodo Remensi sanctorum ordinibus ascriptum esse.

(Anno 1131, Oct. 29.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 463.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis clero et populo Hildesheimensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Veniens ad nos venerabilis frater noster Bernardus episcopus vester in plenaria synodo, quæ Remis per Dei gratiam fuerat congregata, attestatione fratrum nostrorum episcoporum, et abbatum, et aliorum qui secum venerant, **S.** memorie Godehardum episcopum vestrum laudabiliter vixisse in mundo, et tam in vita quam post mortem multis miraculis coruscasse asseruit. Unde nos cum fratribus nostris omnipotenti Deo gratias referentes, habito eorum consilio, et collaudatione, quia eundem in cælis cum sanctis credimus coronari, ipsum inter sanctos honorari præcipimus, mandantes vobis ut et eidem beato viro solemniter in vestra Ecclesia statuatis, et ad eam annualiter convenire curetis.

Data Remis iv Kal. Novemb.

LXII.

Petro Venerabili Cluniacensi abbati locum qui dicitur Prins asservit.

(Anno 1131, Oct. 31.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 416.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis, **PETRO** abbati et monachis Cluniacensibus in perpetuum.

Ex apostolicæ sedis administratione, quæ extraordinaria sunt, volumus corrigere; et quæ ordinata, ad meliorem statum deducere; et ut in suæ bonitatis firmitate permaneant, vigore ecclesiastico roborare. Eapropter, dilecte in Domino filii, donationem a Girino et fratribus, de loco qui dicitur Prins, cum suis pertinentiis, Remis in palatio venerabilis fratris nostri Rainaldi archiepiscopi nobis factam, vobis concedimus, donamus, et tradimus, ac per præsentis

scripti paginam confirmamus. Nulli ergo omnino a hominum fas sit præfatum locum tenere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia dominio et possessioni Cluniac. monasterii perpetuo integra conserventur. Si quis autem huic nostræ constitutioni temerario ausu contraire tentaverit, etc.

Datum Remis ii Kal. Novembris.

LXIII.

Ad Sugerium S. Dionysii abbatem.

(Anno 1131, Nov. 2.)

[DOUBLET, *Hist. de Saint-Denys*, p. 487.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio SUGERIO [*ad. SUGGERIO*], abbati Sancti Dionysii, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Ne illa quæ rationabiliter constituta, vel ordine judiciario decisa, vel per concordiam terminata sunt, recolendi desuetudine obumbrent, sollicita providentia persuadet charta et atramento firmare. Nolumus enim lites et controversias in infinitum extendi, sed paci et tranquillitati Ecclesiarum diligentiam adhibere. Controversia siquidem filii nostri Lanzonis abbatis et monasterii Sancti Michaelis super fluvium Mosæ in territorio Viridunensi, adversum te et monasterium Sancti Dionysii, cui auctore Deo præsidet, diutius agitata, per venerabiles fratres nostros Matthæum Albanensem episcopum, Rainaldum Remensem archiepiscopum, Goslenum episcopum Suessionensem et Alberonem Trevirensensem electum, et dilectos filios, Tytoinum, Gorgiensensem abbatem, magistrum Ottonem Metensem, et Simonem præpositum Ambianensem, hoc modo terminata est, et a nobis præsentis scripti pagina confirmata. Ut videlicet Larizo abbas et successores sui, ac monasterium Sancti Michaelis, de villa Salona singulis annis quinque marcas boni aurei mediana quadragesima Dominica, scilicet qua cantatur *Lætare, Jerusalem*, Remis in monasterio Sancti Remigii certo nuntio tuo, vel successorum tuorum, aut monasterii S. Dionysii, vel abbati, aut priori Sancti Remigii ad opus vestrum persolvant. Et quidquid fiat, quidquid eveniat de Salona villa, præfatum beati Michaelis monasterium, vel abbas ejusdem loci, nuntio monasterii sancti Dionysii, aut vestro nominatam quantitatem argenti statuto termino semper exsolvant. Ac per hoc, dilecte in Domino filii SUGGERI abbas, et monasterium tibi commissum quidquid adversus monasterium et abbatem Sancti Michaelis calumniaribus dimisisti, et penitus refutasti. Conductum est etiam ut et tu et monasterium Sancti Dionysii, et abbas Sancti Michaelis, cum monasterio tuo, tam concessione capituli vestri, quam impressione sigilli hoc pactum ad invicem firmaretis. Cæterum Lanzo abbas concessionem episcopi Viridunensis sigilli sui auctoritate firmatam debet quærere, et tibi conferre. Si quis autem huic nostri confirmationi sciens, temerario ausu contraire ten-

taverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit. Conservantes autem beatorum apostolorum Petri et Pauli, ac nostram benedictionem et gratiam consequantur. Amen.

Datum Remis iv Nonas Novembris.

LXIV.

Ad Stephanum Cisterciensem abbatem.

(Anno 1131, Nov. 4.)

[D. BOUQUET, t. XIV, p. 217.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio STEPHANO Cisterciensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam turbatus et inquietus animus non potest Deo dignum famulatum impendere, nostrum est paci et tranquillitati Ecclesiarum et servorum Dei, auxiliante Domino, propensius providere. Controversiam siquidem inter filios nostros Herbertum S. Stephani Divionensis, et Herbertum S. Sequani abbates accepimus agitari. Quia igitur te sapientem, discretum et religiosum virum esse cognovimus, dilectioni tuæ mandamus quatenus, statuto utrique parti termino, causam audias canonicæque definias, et auditus utriusque partis rationibus, quod inter vos discretio tua statuerit, inviolabiliter servetur.

Datum Remis ii Nonas Novembris.

LXV.

Bulla pro cænobio S. Satyri.

(Anno 1131, Nov. 5.)

[*Gall. Christ.*, nov., *Instr.*, t. II, *Instr.* p. 52.

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PÉTRO abbati et fratribus in ecclesia Beati Satyri divino famulatu mancipatis tam præsentibus quam futuris in P. P. M.

In apostolicæ sedis specula, disponente Domino, constituti, ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio religiosos viros debemus diligere et ad religionem propagandam libenter operam dare. Quocirca, dilecti in Domino filii, quieti et utilitati ecclesiæ Beati Satyri in qua divino vacatis servitio salubriter providentes, eam sanctæ Romanæ Ecclesiæ suffragio muniendam duximus. In primis si quidem statuentes ut ordo canonicus secundum beati Augustini Regulam ibidem perpetuis temporibus irrefragabiliter conservetur. Sane decedentibus canonicis sæcularibus qui ibi sunt, præbendis eorum in usum regularium fratrum relictis, nullus nisi canonicam vitam professus eis substituat. Quasunque præterea possessiones aut bona in præsentiarum juste et canonicè possidere videmini, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum ecclesiam tenere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus

fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, A pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt. usibus profutura. Sane obveniente te, dilecte in Domino filii Petre, nunc ejusdem loci abbate, nullus ibi per subreptionem aut violentiam præponatur, nisi quem fratres ipsius loci secundum Dei timorem et beati Augustini Regulam sibi præviderint eligendum. Statuimus etiam ut ipsius ecclesiæ bona nullus sibi audeat usurpare, sed in tua et eorum qui post te regulariter successerint, libera dispositione permanent, salva nimirum diocæsani episcopi justitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire, tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate B careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Remis per manum Americi S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, Nonis Novemb., indictione x, Incarn. Dom. ann. 1131, pontif. vero Domini Innocentii II PP. anno ii.

In folio verso privilegii legitur: « Privilegium Innocentii pape de confirmatione, et institutione ordinis S. Augustini in ecclesia S. Satyri et de canonicis sæcularibus subtrahendis. »

LXVI.

Monasterii Fusniacensis possessiones confirmat.

(Anno 1131, Nov. 5.)

[*Historia Fusniacensis cœnobii*, p. 23. teste BREQUIER, *Table chronologique*, II, 57.]

LXVII.

Ad Lotharium regem. — *Ejus erga se studium laudat. De muneribus missis gratias agit. Hortatur i quod in epistola significaverit, adimplere acceleret, ut imperialem coronam de manibus suis Romæ suscipiat.*

(Anno 1131.)

[SCULOSSE u. BERCHT, *Archiv.*, II, 370.]

LXVIII.

Ad Petrum Lugdunensem archiepiscopum, apostolicæ sedis legatum.

[PÉCARD, *Recueil de plusieurs pièces curieuses servant à l'hist. de Bourgogne*, p. 105.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri PETRO Lugdunensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitati tuæ novam facimus, quoniam fratri nostro Gaillenco Lingonensi episcopo per scripta nostra præscripsimus, quatenus dilecto filio nostro Herberto abbati Sancti Stephani Divionensis super ecclesiam Sancti Michaelis, neque ab Humberto

presbytero, neque ab alia submissa persona, aliquam molestiam inferri permittat. Ad ipsum quoque experientiæ tuæ injungimus, ut qualiter idem abbas præfatam ecclesiam quiete ac pacifice habeat, omnino provideas. Etenim veridica relatione didicimus quod præfatus Humbertus eandem ecclesiam juste amiserit.

Data Parisiis, iii Nonis Novembris.

LXIX.

Ad Gaillencum Lingonensem episcopum. — *Ne Herbertum S. Stephani Divionensis abbatem vexari ab Humberto presbytero sinat.*

(Anno 1131, Nov. 11 ?)

[PEROAR, *ibid.*, p. 105.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GAILENCO Lingonensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitati tuæ viva voce injungimus ut religiosos viros diligeres, eosque pro commisso tibi officio confoveres. Hoc profecto intuitu, per apostolica tibi scripta mandamus atque præcipimus, quatenus dilecto filio nostro Herberto abbati Sancti Stephani Divionensis, super ecclesiam Sancti Michaelis, neque ab Humberto presbytero, neque ab alia submissa persona, aliqua molestia vel injuria inferatur; sed ut idem abbas eandem ecclesiam de cætero quiete possideat, omnimodis cures efficere.

Data Parisiis, iu Nonas Novembris.

LXX.

Parthenonem S. Trinitatis (Paracletensem) Heloissæ priorissæ rogatu tuendum suscipit et bona ejus confirmat, ea lege ut a monialibus nummi sex quotannis Lateranensi palatio persolvantur.

(Anno 1131, Nov. 28.)

[*Gall. Christ.*, XII, instrum. 259.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus HELOISSÆ priorissæ, cæterisque sororibus in oratorio Sanctæ Trinitatis, quod in pago Trecenti, in parochia Quinceii supra fluvium Arduconem situm est, divino famulatu mancipatis tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi cognoscitur convenire, aulmo nos decet libenti concedere, et potentium desideriis congruum impertiri suffragium. Proinde, dilectæ in Domino filix, vestris justis postulationibus assensum præbentes, monasterium S. Trinitatis, in quo divino vacatis servitio, sub apostolicæ sedis protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona impræsentarium juste et legitime possidetis, aut in futurum concessionem pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poteritis adipsi, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Sane laborum vestrorum decimas quas propriis excolitis sumptibus, seu annualium absque contradictione aliqua vobis concedimus possidendas. Nulli ergo hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, mi-

nnere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed hæc omnia integra conserventur, vestris usibus perpetuo profutura. Ad iudicium autem perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis, sex nummos quotannis Lateranensi palatio persolvatis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioque communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Conservantes autem, intervenientibus BB. apostolorum Petri et Pauli meritis, gratiam Domini nostri Jesu Christi et æterna felicitatis præmia consequantur. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Antissiodori per manum Almerici S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, iv Kal. Decembr., indict. x, Incarnationis Dominicæ anno 1131; pontificatus vero domini Innocentii papæ II an. ii.

LXXI.

Ad Joannem Glasguensem episcopum. — Ut Thomæ [Thurstano] archiepiscopo Eboracensi pareat.

(Anno 1131, Nov. 29.)

[*Monastic. Anglic.*, III, 146.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri JOANNI Glasguensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Prædecessor noster felicitis memoriæ papa Paschalis, salvo siquidem Eboracensi Ecclesiæ jure, tibi manus consecrationis imposuit. Postmodum vero successores ejus sanctæ recordationis, Calixtus et Honorius Romani pontifices, tibi per scripta apostolica mandaverunt quatenus venerabili fratri nostro Thomæ archiepiscopo Eborum tanquam proprio metropolitano obedientiam et reverentiam exhibere; quamvis autem, prout ipse asserit, ei obedire promiseris, nondum tamen id effectu prosequi rite complesti. Quocirca per præsentia tibi scripta præcipimus ut, omni dilatiōne, seu tergiversatione remota, prædicto fratri nostro Thomæ archiepiscopo humiliter pareas; alioquin ei in sua deesse justitia non poterimus.

Data Antissiodori tertio Kalendarum Decembris.

LXXII.

Ad totius Scotiæ episcopos. — De obedientia metropolitano suo, Eboracensi archiepiscopo, præstanda.

(Anno 1131, Nov. 29.)

[*Monasticon Anglic.*, t. III, p. 147.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, universis per Scotiam episcopis, Eboracensis Ecclesiæ suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem.

Æquum est ut qui aliis præesse desiderat, suis (24) *Fontemay*.

A prælati subesse nullatenus erubescat: obedientia namque et humilitas sunt virtutum custodes, arrogans vero et inobediens indignationem Dei incurrit: et odiosus effectus a se proximi amorem repellit. Cæterum, sicut obedientes et humiles filii sunt et in sedis apostolicæ gremio confovendi, ita e converso rebelles et elati ex districtæ rigore justitiæ digni sunt. — Per apostolica scripta vobis præcipiendo mandamus, quatenus venerabili fratri nostro Thomæ archiepiscopo, tanquam proprio metropolitano vestro, absque refragatione aliqua, obedientiam et reverentiam humiliter deferatis. Et quemadmodum a prædecessoribus nostris felicitis memoriæ, Calixto et Honorio, Romanis pontificibus, vobis mandatum est, ei irrefragabiliter paretis.

B Data Antissiodori, iii Kalend. Decembris.

LXXIII.

Ad Stephanum Regniacensem abbatem. — Regniacenses abbates eximit ab obedientia quam Æduensi episcopo fecerant pro loco Fontumensi (24).

(Anno 1131, Dec. 13.)

[D. BOUQUET, *Recueil*, XV, 373.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio STEPHANO Regniacensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Æquitatis ratio postulat neminem alterius possessiones pervadere, sed unumquemque suo jure et dignitate propria contentum esse. Quamobrem, dilecte in Domino filii Stephane, abba, quoniam Regniacensis abbatia cui auctore Deo præses, in Altissiodorensi parochia procul dubio sita est, te a professione quam venerabili fratri nostro Stephano Æduensi feceras, et obedientiam quam promiseras, apostolica auctoritate absolvimus. Præcipimus autem ut venerabili fratri nostro Hugoni Antissiodorensi episcopo, ejusque successoribus, tam tu, quam tibi substituendi abbates, tanquam proprio episcopo obedientiam humiliter et reverentiam deferatis. Porro Fontumens locus cum bonis suis, licet in Æduensi parochia sit, integre tamen sub jure et dominio Regniacensis abbatæ consistat.

Data Antissiodori, Iidibus Decembris.

LXXIV.

D *Ad Hildebertum Turonensem archiepiscopum. — Privilegium Fontis Ebraldi.*

(Anno 1131, Dec. 17.)

[PAVILLON, *Vie de Robert d'Arbrissel*, Preuv., p. 626.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus HILDEBERTO Turonensi archiepiscopo ejusque suffraganeis, necnon venerabili Pictaviensi et venerabili Santouensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto muliebris sexus existit fragilior, tanto studiosius est ei paterna sollicitudine providendum. Cæterum, quam spectata et famosa sit religio monasterii Fontis-Ebraldi, quantumque ex ea Domino

lucrum ipsius gratia cooperante provenierit, vestra A paternitas non ignorat. Et quoniam sorores ibidem Deo famulantes aliorum auxilio et elemosynis valde indigent, fraternitati vestræ mandamus quatenus populum vobis a Deo commissum in peccatorum remissionem commoneatis, ut de bonis sibi a Deo præstitis, eas foveant, et sustentent. Præterea, si quis fidelium devotionis intuitu eis aliqua loca contulerit in quo eadem sanctimonialia femine oratorum velint construere, ad ipsarum postulationem eis æquam benedictam, et alia sacramenta ecclesiastica pro debito episcopalis officii, absque molestia præbeatis. Quemadmodum autem ipsas ab omni exactione liberare esse statuimus, etiam earum servientes absque inquietatione presbyterorum ad quorum parochiam spectare noscuntur, ipsarum B obsequiis libere vacare censemus.

Datum Altissiodori XVI Kal. Jan.

LXXV.

Ad Herbertum S. Stephani Divionensi. abbatem.

(Anno 1131, Dec. 18.)

[PÉCARD, *Recueil de pièces*, etc., p. 104.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HERBERTO Sancti Stephani abbati Divionensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex administratione officii nobis a Deo injuncti, est imposita nobis necessitas ut religionem sagamus statuere, et stabilitam summa diligentia propagare. Et sicut sacramenta ecclesiastica magis divino numini sunt accepta, ita per discretas C et idoneas personas debent ad salutem animarum cum devotione et humilitate attentius ministrari; ideoque per apostolica scripta tibi concedimus, atque mandamus ut, si ecclesias tuas vacare contigerit, in eis libere et absque contradictione aliqua, sapientes et discretos canonicos regulares substituas, qui et coram animarum suscipiant et earum saluti providere cognoscant, salva nimirum diœcesani episcopi justitia et reverentia.

Datum Altissiodori, xv Kalendas Januarii.

LXXVI.

Ad abbatem Fontinellensem.—Ut a prælato suo benedictionem suscipiat, ipsique obediat.

(Anno 1131, Dec. 30.)

[MANSI, *Concil.*, XXI., 425.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, abbati S. Wandregisili, salutem et apostolicam benedictionem.

Tyrannorum socium se esse manifestis probationibus indicat, qui, tenacitatis et ambitionis reus, subditis præesse desiderat, et rectoris officium negligit adimplere. Perlatum siquidem est ad aures nostras, unde valde miramur quoniam, cum locum abbatis teneas, et fratribus præsis, atque bona ecclesie B. Wandregisili tanquam prælatus tuo arbitrio administres, sub prætextu cujusdam pravæ consuetudinis, quæ sacris oraculis et rationi resistit, archiepiscopo tuo professionem facere contemnis; et quod spectat ad abbatem, divinum non suscipis

sacramentum. Sacramento ergo contempto, profecto vas vacuum es, et nomen abbatis cassum geris et inane. Quod si homines decipere niteris, Deum utique fallere non poteris. Itaque per apostolica tibi scripta mandando præcipimus quatenus et benedictionem suscipere, et quod stricti juris ratio postulat, prælato tuo irrefragabiliter obedire non differas: quod si hoc adimplere subterfugiendo distuleris, sententiam quam in te et obediens tibi monachos prædictus frater noster Hugo archiepiscopus, vir siquidem sapiens et discretus, dictante justitia protulerit, aut etiam promulgaverit, nos, auctore Domino, ratam habebimus.

Datum Antiasiodori XIII Kal. Januarii.

LXXVII.

Ad Guillencum Lingonensem episcopum.

(Anno 1131, Dec. 30.)

[D. BOUQUET, tom. XIV, p. 247.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GUILLENCO Lingonensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Controversiam quæ inter filios nostros Herbertum S. Stephani Divionensis et Herbertum S. Sequani abbates agitur, dilectis filiis nostris Stephano Cisterciensi, Bernardo Claravallensi abbatibus, et aliis quos sibi adhærere voluerint, commisimus terminandam. Quocirca fraternitati tuæ mandamus atque præcipimus ut quod ab ipsis per justitiam vel concordiam super hoc statutum fuerit irrefragabiliter facias observari. Quod si aliqua partium earum iudicio parere contempserit, tam in contemptorem, quam etiam in res ejus debitam sententiam proferas.

Datum Altissiodori, III Kal. Januarii.

LXXVIII.

Ad archiepiscopos et episcopos Franciæ, etc.—Fontis-Ebraldi sanctimonialia, nolentes res suas defendere per ferrum ignitum vel campestre bellum, jubet in suis possessionibus defendi per duos vel tres idoneos testes.

(Anno 1132, Jan. 18.)

[D. BOUQUET, t. XV, p. 373.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, in quorum parochiis possessiones et bona sanctimonialium Fontis-Ebraldi sita sunt, salutem et apostolicam benedictionem.

Hac intentione, hoc desiderio amatores religionis veri prædia et possessiones sacrosanctis ecclesiis conferunt, ut religiosarum personarum quæ in eisdem Domino famulantur, orationibus ad Deum profusis, tam ipsi quam prædecessores sui peccatorum nexibus absolvantur, pro temporalibus æterna, atque cœlestia pro terrenis percipiant. Cœterum, quia mundus ad matum pronus est, et frigescente charitate excrevit aviditas; quemadmodum ad aures nostras perlatum est, quidam tam animarum suarum quam parentum salutis inmemores, bona quæ sanctimonialibus Fontis-Ebraldi a Dei fidelibus

devotionis intuitu collata sunt, nituntur auferre, et hanc sibi subtilem rapacitatis capacitatem assumunt, quia personæ earum indefensæ sunt, et neque per ferrum ignium vel bellum (quoniam canonicum non est, et a magistro suo bonæ memoriæ Roberto, ipsius loci fundatore, prohibitum) res suas defendere nolunt. Verum quam iniquum et detestabile sit, quod divini juris effectum est aliquem in proprios usus redigere, et fidelium vota in irritum revocare, vestra universitas recognoscit. Quamobrem, venerabiles fratres, mandamus quatenus easdem mulieres attentius manuteneatis et defendatis, et de possessionibus quas per duos vel tres idoneos testes sibi legitime donatas et ab ipsis possessas probare poterunt, nullam eis inferre injuriam vel molestiam permittatis. Quod si quis hoc attentare præsumperit, pro episcopalis officii debito plenam de eo justitiam faciatis.

Datum Æduæ, xv Kal. Februarii.

LXXIX.

Ad Ludovicum VI Francorum regem. — Scribit se sospitem Cluniacum pervenisse.

(Anno 1132, Febr. 2.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 401.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Ludovico illustri et glorioso Francorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Sani, Deo gratias, et incolumes Kalendis Februarii Cluniacum pervenimus, ubi cum fratribus nostris, episcopis, abbatibus et aliis sapientibus et religiosis viris, Purificationis beatæ Mariæ festivitatem solemniter et honorifice celebrantes, a fratribus nostris Guillelmo patriarcha Jerosolymitano, et A. [Asquittillo] Bethlehemiticæ civitatis episcopo, litteras obedientiæ et subjectionis suscepimus. Quia igitur causam Ecclesiæ cum omni constantia et fortitudine certis experimentis te nobiscum portare, et nostris prosperitatibus congaudere jamdudum agnovimus, earumdem litterarum transcripta serenitati tuæ duximus transmittenda, ut quos nimirum tuæ charitatis sinceritas sociabili fœdere copulat, de prosperis quoque successibus nihilominus gratulentur. Noverit sane strenuitatis tuæ nobilitas, quoniam A. de Monforte nec absolvimus nec absolvi præcipimus. Dilectæ filiæ nostræ Adelaidi reginæ, uxori tuæ, pro xeniis nobis transmissis multimodas gratias referimus, et tam ipsam quam amantissimum filium nostrum Ludovicum regem et alios filios tuos per te in Domino salutamus.

Datum Cluniaci iv Nonas Februarii.

LXXX.

Privilegium pro ecclesia Sancti Stephani Diessensis.

(Anno 1132, Febr. 6.)

[*Monumenta Boica*, t. VIII, p. 161.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nostro Hartwico præposito ecclesiæ Sancti Stephani in Diessen, ejusque successoribus cano-

nice substituendis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi et honestati noseitur convenire, animo nos decet libenter concedere et petentium desideris congruum impertiri suffragium. Proinde, dilecte in Domino filii Hartwice præposite, tuis justis et rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et venerabilium fratrum nostrorum Chunradi Saltzburgensis archiepiscopi et Hermannii Augustensis episcopi precibus inclinati, ecclesiam Sancti Stephani, a Bertrulfo et Ottone comitibus, et Sophia et Laurita eorum uxoribus, et filiis, per manum illustris viri Degenhardi beato Petro oblatam, cui Deo auctore præesse dinosceris, sub beati Petri tutelam et apostolicæ sedis protectionem suscipimus et præsentis scripti patrocinio communimus; statuimusque ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant. Quod autem præfati fratris nostri Hermannii Augustensis episcopi, annuente studio, de Ecclesia beati Georgii in qua prius divinis eratis mancipati, vos ad ecclesiam Sancti Stephani transtulistis, quoniam locus ipse eam ad conservandam religionem, quam etiam fratrum usibus aptior visus est, laudamus et nostra auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus etiam ut capella quæ sita est in loco Werde ecclesiæ beati Stephani de cæteris cum omni jure subiaceat. Et quidquid juris, quidquid dignitatis ipsa hactenus noscitur habuisse totum in ecclesiam Sancti Stephani transfundatur: hoc tamen rationis tenore, ut predictæ ecclesiæ Sancti Georgii attenta sollicitudine providere curetis, quatenus divinum ibi officium assidue Domino impendatur. Porro decimæ quas prænominata ecclesia Sancti Stephani, concessione pontificum juste hactenus habuit, eidem loco in perpetuum concedimus. Sane si quis fratrum vel sororum post factam ibidem professionem, persuadente diabolo, sine licentia præpositi ejusdem loci, ad alia loca confugerit, prohibemus et interdicimus ut nullus eos suscipere præsumat, sed tanquam voti proprii temeratores ad eandem ecclesiam redire compellantur. Ad hæc adjicientes statuimus ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam in eadem ecclesia futuris temporibus conservetur. Obeunte vero te nunc ejusdem loci præposito, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum pars consilii sanioris, secundum timorem Dei et beati Augustini regulam providerint eligendum. Ad indicium autem hujusmodi perceptæ a Romana Ecclesia tuitionis et libertatis, aureum unum annis singulis Lateranenai palatio persolveris. Nulli ergo hominum omnino liceat prænominatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas

retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum qui se illic sepeliri delibaverint devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati fuerint, nullus obsistat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat. Conservantes autem, intervenientibus apostolorum Petri et Pauli meritis, gratiam Domini nostri Jesu Christi et æternæ beatitudinis præmia consequantur. Amen.

Datum Cluniaci per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, viii Idus Februarii, Indictione x, Incarnationis Dominicæ anno 1132, pontificatus autem domini Innocentii II papæ anno secundo.

LXXXI.

Ad Briccium Nannetensem episcopum. — Ne monasterium Trenorensis injuriis afficiat.

(Anno 1132, Febr. 6.)

[JUVEN, *Hist. de l'abbaye et de la ville de Tournus*, C preuves, p. 151.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri B. [BRICCIO] Nannetensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilecti filii nostri P[etri] Trenorensis abbatis adversum te querelam accepimus: quod monasterium suum novis exactionibus et consuetudinibus inquietes. Et quoniam locus ipse ad beati Petri jus specialiter pertinet, fraternitati tuæ præcipimus, quatenus in ejus possessiones novas exactiones vel consuetudines non inducas; etsi quas induxisti omnimodis removens definitionem de causa ecclesiæ S. Vitalis, quemadmodum in Romana curia facta est, similiter facias observari.

Datum Cluniaci viii Idus Februarii.

LXXXII.

Ad Petrum abbatem et monachos S. Benigni Divionensis. — Redditus telonei Divionensis villæ, de quibus erat controversia, eisdem auctoritate apostolica confirmat.

(Anno 1132, Febr. 8.)

[D. BOUQUET, t. XV, p. 574.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO abbati, et fratribus S. Benigni Divionensis, tam præsentibus quam futuris.

Inter vos et Hugonem, Robertum atque Carolum, homines utique vestros, de portione telonei, id est redditibus venditionum Divionensis villæ, et qui ad jus monasterii vestri pertinent, controversia est

A diutius agitata. Cæterum, nos ad locum ipsum cum quibusdam ex nostris fratribus accedentes, eandem causam, utraque parte præsentem, investigavimus, et quod iidem redditus vestro fuissent monasterio adjudicati, Josberti Divionensis vice comitis et Wirrici militis testimonio et juramento suscepimus. Quia ergo ea quæ legitime statuta esse cognoscimus, debemus apostolica auctoritate roborare, justis desideriis vestris accommodantes assensum, eosdem redditus B. Benigni monasterio in perpetuum confirmamus, et præsentis scripti pagina communimus; statuentes ut nulli hominum liceat super hoc de cætero idem monasterium infestare, aut ei exinde aliquam molestiam vel inminutionem inferre. Si quis autem ausu temerario hoc attentare presumpserit, a sacratissimo corpore ac sanguine Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat; conservantes vero omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli gratiam consequantur. Amen.

Datum Cluniaci, vi Idus Februarii, iudictione x, Incarnationis Dominicæ anno 1132; pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno II.

LXXXIII.

Monasterii Cisterciensis possessiones confirmat.

(Anno 1132, Febr. 18.)

[MARIQUE, *Annal. Cisterc.*, I, 234.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio STEPHANO Cisterciensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Habitanter in domo Dei in sinceritate charitatis, unanimes conservant unitatem spiritus in vinculo pacis. Puræ namque mentis religio indissolubili divini amoris glutino confirmata, vultum clementissimi Creatoris, ut terrena cælestibus jungantur, et ima superis socientur, mundis orationibus incessanter profusus, inclinatur. Quia igitur fratres Cisterciensis monasterii a cura sæculari liberis et divinis servitiis mancipatos, pie vivere, ac religiose cognovimus: idcirco, in Domino dilecte filii STEPHANA abbas, tuis justis petitionibus duximus annuendum. Statuimus enim ut quæcumque bona, aut possessiones, quæ ad eundem locum in præsentiarum D. juste et canonice pertinere noscuntur, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, auxiliante Domino, ei conferri contigerit, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Et quoniam ubi Spiritus Domini, ibi libertas, ut liberius divinis famulatus valeatis insistere, et purgata mentis acie contemplationi vacare, prohibemus ac aliquis archiepiscopus, aut episcopus te vel successores tuos, seu aliquem abbatem Cisterciensis ordinis, nisi pro fide ad concilium vel synodum venire compellat. Quia vero Cisterciense monasterium hujus religionis origo est atque principium, nostra concessione hac prærogativa non immerito gaudeat, ut si quando fuerit pastore proprio vidua-

tum, quemlibet abbatem de omnibus abbatibus vestri ordinis vel monachum sibi libere præficiendum eligat, et absque aliqua contradictione obtineat; cæteris vero vestri ordinis abbatis, quæ unam vel plures abbatias habent sibi subditas, et de sui corporis fructifera copia derivatas, abbate suo rebus humanis exempto, eligendi quemcunque mauerint de sibi subjectis abbatibus, vel quemlibet monachorum de omnibus congregationibus Cisterciensibus liberam concedimus facultatem. Illa autem abbatia quæ nullam habet subditam, quemlibet monachum de omnibus præfatæ religionis congregationibus libere sibi in abbatem eligat et habeat.

Porro conversos vestros, qui monachi non sunt, post factam in vestris cœnobiis professionem nullus archiepiscoporum, episcoporum, vel abbatum, sine vestra grata licentia suscipere, aut susceptum retinere præsumat. Verum quoniam, sicut beato Gregorio Augustinum Anglorum episcopum instruente didicimus, in communi vita viventibus; jam de faciendis portionibus, vel exhibenda hospitalitate, et adimplenda misericordia nobis quid erit dicendum? Cum omne quod superest, in causis piis ac religionis erogandum est, Domino magistro omnium dicente: *Quod superest, date eleemosynam, et ecce omnia vobis munda sunt* (Luc. xi), statuimus ut de laboribus quos vos, et totius vestræ congregationis fratres propriis manibus et sumptibus colitis, et de animalibus vestris a vobis decimas expetere vel recipere nemo præsumat. Nulli ergo, etc. Conservantibus vero eidem loco quæ sua sunt sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præniæ æternæ pacis inveniant. Amen

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Joannes tit. Sancti Chrysogoni presbyter cardinalis.

Ego Romanus diaconus cardinalis S. Mariæ in Porticu.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Datum Cluniaci per manum Aimerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, iv Idus Februarii, indict. x, Incarnationis Dominicæ anno 1131; pontificatus vero domini Innocentii secundi papæ anno secundo.

LXXXIV.

Henrico episcopo Tullensi addicit Berchem curtem, Mediano monasterio adjudicatam.

(Anno 1132, Febr. 11.)

[Dom CALMET, *Histoire de Lorraine*, II, pr., p. 296.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HENRICO Tullensi episcopo, ejusque successoribus in perpetuum.

Desiderium nostrum est Ecclesiæ Dei pacem statuere, et ne lites in infinitum extendantur, sed potius quiescant, si quæ adversus eam querela everserit, ex apostolicæ dispensationis arbitrio,

sine debito terminare. Et quoniam ea quæ non semper subjacent oculis, si non sæpe recolantur, obumbrandi desuetudine ab humana memoria solent excidere, litem et controversiam quæ inter te, frater Henrice Tullensis episcopo, et Milonem abbatem Mediani monasterii de curte, quæ dicitur Berchem, agitabatur, in nostra et fratrum nostrorum præsentia terminatam, ad perpetuam posterorumque memoriam scripturæ duximus committendam.

Te igitur et præfate abbate nostro conspectui Cluniaci statuto a nobis termino præsentatis, Berchem curtem pertinere ad jus et proprietatem Tullensis Ecclesiæ allegasti, asserens a glorioso illustris memoriæ imperatore Ottone eidem Ecclesiæ fuisse collatam; præcepta vero regalia tam alterius Ottonis imperatoris, qui sicut in scripto suo continebatur, eandem curtem Ecclesiæ tuæ restituit, quoniam Lotharius excommunicatus eam injuste abstulerat; quam Henrici imperatoris qui mercatum, bannum et monetam in eadem curtem Udou Tullensi episcopo concessit, et privilegium prædecessoris nostri beatæ recordationis Leonis papæ, qui curtem ipsam cum mercato, banno et moneta, auctoritate apostolica Tullensi Ecclesiæ confirmabat, ut legeretur in medium protulisti; quod et factum est. Abbas autem Milo, post multorum interpositionem verborum pœnitentia ductus, quoniam super eadem curte molestias et inquietudines tibi multas inflixerat, jus Tullensis Ecclesiæ coram omnibus qui aderant recognoscens, prænominatam curtem Berchem per quamdam chartam in nostra manu coram fratribus nostris episcopis, et cardinalibus, ac laicorum et clericorum qui aderant multitudine, libere restituit.

Nos igitur, communicato fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium, et aliorum religiosorum virorum consilio, per eandem chartam, tibi, frater Henrice episcopo, et per te Tullensi Ecclesiæ, cui Deo auctore præses, curtem ipsam Berchem reddidimus, et præsentis scripti privilegio confirmamus, statuentes ut neque prænominato Miloni abbati, neque alicui omniuo hominum liceat super hoc Tullensem Ecclesiam de cætero inquietare, nec aliquam molestiam vel imminutionem inferre. Si quis autem huic nostræ redditioni sive confirmationi, sciens temerario ausu contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, et extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Conservantes autem, intervenientibus beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis, gratiam Domini nostri Jesu Christi et beatitudinis præmia consequantur.

Data Cluniaci, per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, iii Idus Februarii, Incarnationis Dominicæ anno 1132;

pontificatus vero domini Innocenti papæ II anno A
secundo, indictione decima.

LXXXV.

Ecclesie Tullensis bona, petente Henrico episcopo, confirmat.

(Anno 1132, Febr. 41.)

[*Défense de l'Eglise de Toul, preuves, p. 14.*]

LXXXVI.

Ad Herbertum abbatem S. Stephani Divionensis.

(Anno 1132, Febr. 42.)

[*PÉARD, Recueil, p. 101.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HERBERTO abbati ecclesie Sancti Stephani Divionensis, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Quemadmodum ea quæ a nobis statuuntur firma volumus et illibata persistere, ita ea quæ a fratribus nostris rationabili providentia, sive per contriciam [f. controversiam], seu per concordiam stabilita sunt, illibata volumus permanere. Controversia siquidem inter vos et Herbertum abbatem Sancti Sequani, de duabus ecclesiis, Stabulis scilicet et Dalreis, est olim diu agitata. Tandem in præsentia venerabilis Guilenci episcopi vestri, sicut ex ejus scriptis accepimus, indicantibus Gaudio Cabilonensi episcopo, et Gerardo Besuensi abbate, et Ayrardo Lingonensi decano, et duobus archidiaconis, Jocelino, et Garnerio, earundem ecclesiarum vobis est cum decimis adjudicata possessio. Sed quoniam animus abbatis Sancti Sequani de repetendis ecclesiis non pausabat, nos utriusque ecclesie paci et quieti providere curantes, causam ipsam dilecto filio nostro Stephano Cisterciensi abbati, ita commisimus terminandam, ut quod ab eo per justitiam vel concordiam stateretur, ratum auctoritate apostolica permaneret. Ipse vero tanquam vir religiosus, et pacis amator, auditis tam tuis quam alterius partis rationibus, et diligenter inspectis, consilio charissimi filii nostri Bernardi Clarevallis abbatis, et aliorum religiosorum virorum, prænominatam de duobus ecclesiis controversiam hoc modo per concordiam terminavit, ut videlicet ipsarum ecclesiarum, tam tu quam fratres tui dimidiam portionem et ecclesia Sancti Stephani reliquam medietatem obtineat. Quia igitur quæ ad pacem sunt in Ecclesia Dei debemus statuere, et præfato filio nostro Stephano abbate, concordiam stabilitam auctoritate apostolica roboramus, et ut nulli super hoc vestram ecclesiam liceat infestare, præsentis decreto sancimus. Si quis igitur huic nostræ constitutioni scienter contraire tentaverit, anathematis sententia percussatur.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesie episcopus.

Data Cluniaci per manus Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, nonis Februarii, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno II.

LXXXVII.

Monasterii S. Mariæ Clarevallis possessiones et privilegia, petente Bernardo abbate, confirmat.

(Anno 1132, Febr. 17.)

[*D'ACHERY, Spicil. II, 577.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BERNARDO Clarevallis abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum....

Cæterum quam firma perseverantique constantia causam beati Patri et sanctæ matris tuæ Romanæ Ecclesie, dilecte fili in Domino, Bernarde abbas, incandescente Petri Leonis schismate fervor tuæ religionis et discretionis suscepit defensandam, et se murum inexpugnabilem pro domo Dei opponens, animos regum ac principum, et aliarum, tam ecclesiasticarum quam sæcularium, personarum ad Catholicæ Ecclesie unitatem, et beati Petri ac nostram obedientiam frequentibus argumentis et ratione munitus inducere laboraverit, magna quæ Ecclesie Dei et nobis provenit utilitas manifestat. Quamobrem tuis justis desideriis accommodantes assensum, Beatæ Mariæ Dei Genitricis monasterium, cui Deo auctore præsides, cum omnibus ad ipsum pertinentibus apostolicæ sedis patrocinio communivimus, statuantes ut quæcunque possessiones aut bona ad eundem locum, etc., ut supra.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesie episcopus.

Ego Matthæus Albanensis episcopus.

Ego Romanus diaconus cardinalis S. Mariæ in Porticu.

Ego Joannes tit. S. Chrysogonis presbyter card.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Datum Lugduni per manus Aimerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii xiii Kal. Martii. Indict. x Incarnationis Dominicæ anno 1132, pontificatus domini Innocentii papæ secundi anno tertio.

LXXXVIII.

Bulla pro institutione canonicorum regularium in cænobio Sancti Laudi Constantiensis.

(Anno 1132, Mart. 2.)

[*Call. Christ. t. XI, Instr. 238.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALGARO Constantiensis episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Tunc Ecclesia Dei suo ordine regitur, cum ejus regimen sapienti et religiosæ personæ committitur. Gaudemus admodum, charissime frater Algare episcope, quoniam te ad administrationem Constantiensis Ecclesie divina dispensatio evocavit; ideoque tibi et Ecclesie tuæ in posterum providentes, bona et possessiones, libertates et immunitates quæ usque ad hæc tempora quiete et legitime Constantiensis Ecclesia noscitur possedisse, tibi et tuis successoribus privilegii nostri munimine roboramus. Præterea Sancti Laudi quæ in civitate Rothoma-

gensi sita est ecclesiam, et Sancti Laudi in Constantiensi episcopatu cum pertinentiis et libertatibus suis, vobis ut ad canonicum ordinem redigatis assensu principis, concedimus. Audivimus enim ibi sæculares irregulariter vivere, ita tamen ut decedentibus sæcularibus præbendæ et eleemosynæ eorum in usum regularium cedant; obeunte vero prælato, nullus ibi qualibet violentia præponatur, nisi quem canonici communi assensu secundum Dei timorem et statuta sedis apostolicæ providerint eligendum. Si quis igitur hanc nostræ constitutionis paginam ausu temerario, etc....

Datum Viennæ sexto Nonas Martii, anno Domini 1152.

LXXXIX.

Monasterium Cluniacense qui die dedicationis altaris majoris adierint, iis penitentia suscepta dies XL remittit.

(Anno 1152, Mart. 2.)

[*Biblioth. Cluniac.*, p. 1580.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, discreto filio PETRO Cluniacensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Liberalitatis laudabile genus est ut qui se beato Petro, et sanctæ Romanæ Ecclesiæ humili devotione exponunt, majorem familiaritatis prærogativam et digniora beneficia sortiantur. Quam gratum Deo Cluniacense monasterium famulatum impendat, et quantum apud homines nitore religionis fulgeat, Ecclesia Dei novit, et vehementer exultat. Æquitatis igitur postulat ratio ut idem locus apostolicæ dilectionis privilegio gaudeat, et tam in capite quam in membris libertatem obtineat. Nos siquidem monasterium ipsum, quod specialiter ad jus beati Petri et sanctæ Romanæ spectat Ecclesiæ, per nos ipsos visitavimus, et eodem die, quo revolutis multorum annorum spatiis prædecessor noster felicitis memoriæ papa Urbanus ibidem majus altare consecraverat, cum archiepiscopis et episcopis qui nobiscum convenerant, cooperante Spiritus sancti gratia idem monasterium solemniter dedicavimus. Devotioni quoque et humilitati fidelium, qui pro amore Dei, et ipsius loci reverentia in anniversario dedicationis illuc conveniunt, prospicientes, ipsis quadraginta dies penitentia sibi injectæ, de gratia Dei confisi, beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate remisimus. Statuimus etiam ut immunitas ejusdem cœnobii inviolata et integra futuris temporibus conservetur. Et si quis infra terminos banni, qui ab eodem prædecessore nostro circa Cluniacum constituti sunt, scienter homines capere, vulnerare, vel res dicti cœnobii violenter auferre præsumperit, excommunicationis sententia sit innodatus, et tandiu excommunicatus maneat quousque ablata restituat, et Cluniacensibus monachis de illata injuria congrue satisfaciat. Ad hoc adjicientes decrevimus ut quicumque Cluniacenses monachos, vel eorum socios ceperint, aut ea quæ portaverint, vel con-

A duxerint, excommunicationi etiam subjaceant. Si vero aliqui absque ipsorum monachorum præsentia, ea quæ ad victum vel vestitum fratrum Cluniacensium cœnobio Deo servantium pertinent, alicubi deprædati fuerint, nisi infra decem dies ablata restituerint, eos anathemati ipso facto subjacere præcipimus, et in terra eorum divina prohibemus officia celebrari. Loca quoque in quibus se receperint, quandiu præsentibus fuerint, a divinis obsequiis, præter infantium baptismum et morientium penitentias, cessare jubemus, et nullus eorundem præsumptorum nisi a solo Romano pontifice absolvatur. Porro quisquis præfatis fratribus ubicunque manentibus, qualibet alia, præter ea quæ superius enumeravimus, violenter abstulerit, nisi infra decem dies ablata restituerit, excommunicationi subiaceat, nec absolvatur donec capitale reddat et congrue satisfaciat. Sane archiepiscopis et episcopis, in quorum parochiis hoc perpetratum fuerit, auctoritate beati Petri et nostræ præcipimus ut, postquam clamor ad aures eorum pervenerit, vel malefactum innoverit, præscriptam excommunicationis sententiam, tepiditate seposita, faciant observari.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Viennæ per manum Aymerici S Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, indict. XI, pontificatus nostri anno II, vi Nonas Martii.

XC.

Ad Petrum Venerabilem Cluniacensem abbatem. — Controversia inter Cluniacum et abbat. S. Ægidii composita.

(Anno 1152, Mart. 8.)

[*Mansi, Concil.*, XXI, 409.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio PETRO Clun. abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Quæ ad pacem spectant Ecclesiæ, libenti animo statuere volumus, et ut futuris temporibus inviolabiliter observentur, attenta diligentia providere. Litem siquidem et controversiam, tu charissime in Domino filii Petre abbas, et Cluniacense monasterium, adversus dilectum filium nostrum Petrum abbatem S. Ægidii et monasterium suum diutius agitasti. Tu enim de subjectione tibi et prædecessoribus tuis per apostolicam sedem concessa eos impetebas. Ille vero antiquam libertatem sui monasterii intendebat. Quæ tandem in nostra et fratrum nostrorum et episcoporum cardinalium præsentia, apud Beljocum est hoc ordine terminata. Ut videlicet si, quod absit! religionis ordo in monasterio S. Ægidii imminutus fuerit, ibidem tuo et successorum tuorum præcepto et consilio reformetur. Si quando vero te vel successores tuos ad idem monasterium ire contigerit, reverenter suscipiamini, et quandiu ibi fueritis, cum vestris omnibus honeste procuremini. Residentibus quoque in sede ejusdem abbatis, et capitulum regendi, prædicto abbate vel successoribus suis presentibus, et quæ ibidem corrigenda fuerint, corri-

gendi habeatis liberam facultatem. Veruntamen eodem abbate decedente, vel ad locum alium ipso vel ejus successoribus transmigrantibus, fratres monasterii S. Ægidii eligendi de congregatione sua abbatem absque impedimento habeant libertatem. Ita tamen ut ipsis pro abbate, qui ad aliud transierit monasterium, de nullo alio, præterquam de Cluniacensi monasterio pastorem assumere liceat. Quo nimirum defuncto, vel etiam remoto de congregatione sua, eligendi abbatem, cum prædicto tamen tenore, eandem habeant facultatem. Pro recompensatione quoque fatigationum expensarumque quas nimirum tu vel prædecessores tui pro monasterio S. Ægidii pertulisti, idem abbas consensu fratrum suorum, obedientiam quoque Limantium nuncupaturam pertinentis suis, tibi et per te Cluniacensi monasterio donavit, et in jus ejus ac in proprietatem in perpetuum transtulit. Quod si quis vos super eadem obedientia molestaverit, præfatus Petrus abbas se ac successores suos secundum justitiam auctores et defensores constituit. Tu vero, dilecte filii Petre abbas, præter ea quæ dicta sunt querimoniam, quam adversus monasterium S. Ægidii habebas, habito fratrum tuorum consilio, in perpetuum renuntiasti. Statutum etiam est at si Cluniacense monasterium super monasterio S. Ægidii haberet aliqua privilegia, vel cœnobium S. Ægidii super Limantio, utrinque reddantur. Si qua vero exstant generalia, nullum in hoc vigorem obtineant. Auctoritate igitur Dei et nostra præcipimus ut prædicta conventio absque illius contradictione irrefragabiliter perperim observetur. Si quis vero prædictæ concordie in hunc nostræ confirmationis [jussum] contraire præsumperit, indignationem beatorum Petri et Pauli ac nostram incurrat, et ab incepto frustretur.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episc. subsc.

Ego Mattheus Albanensis episc. subscripsi.

Ego Romanus diaconus card. S. Mariæ in Porticu Noles subscripsi.

Ego Joannes tit. S. Chrysogoni presb. card. subscripsi.

Ego Gregorius diaconus card. SS. Sergii et Bacchi, subscripsi.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli, subscripsi.

Ego Otto diaconus card. S. Georgii, subscripsi.

Ego Guido diaconus card. SS. Cosmæ et Damiani, subscripsi.

Datum Valentie per manum Aimerici S. R. E. diaconi card. et cancell., viii Kal. [leg. Idus] Martii, Incarnat. Dominicæ anno 1132, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno III.

XCI.

Ad archiepiscopos et episcopos omnes. — Privilegia Cluniacensis.

(Anno 1132, Mart. §8.)

[Mansi, Concil., XXI, 406.]

Иноксѣтїусъ епископъ, слуга слугъ Божїихъ, вѣнѣраемымъ братїямъ архїепископѣмъ и епископѣмъ, ад

quos litteræ istæ pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Liberalitatis laudabile genus est, ut qui se B. Petro et sanctæ Romanæ Ecclesiæ humili devotione exponunt, majorem familiaritatis prærogativam et digniora beneficia sortiantur. Quam gratum Deo Cluniacense monasterium famulatum impendat, et quantum apud homines nitore religionis fulgeat, Ecclesia Dei novit, et vehementer exultat. Æquitatis igitur postulat ratio ut idem locus apostolicæ dilectionis privilegio gaudeat, et tam in capite quam in membris libertatem obtineat. Nos siquidem monasterium ipsum, quod specialiter ad jus B. Petri et S. Romanæ spectat Ecclesiæ, per nos ipsos visitavimus. Et eodem die quo revolutis multorum annorum spatii prædecessor noster felicitis memoriæ papa Urbanus ibidem majus altare consecraverat, cum archiepiscopis et episcopis qui nobiscum conveniant, cooperante Spiritus sancti gratia, idem monasterium solemniter dedicavimus. Devotioni quoque et humilitati fidelium, qui pro amore Dei, et ipsius loci reverentia in anniversario dedicationis illuc convenerint, prospicientes, ipsis quadraginta dies pœnitentiæ sibi injunctæ, de gratia Dei confisi, B. apostolorum Petri et Pauli auctoritate remisimus. Statuimus etiam ut immunitas ejusdem cœnobia inviolata et integra futuris temporibus conservetur, ut, si quis infra terminos banni qui ab eodem prædecessore nostro circa Cluniacum constituti sunt, scienter hominem capere, vulnerare, vel res ejus auferre præsumperit, excommunicationis sententia percussatur, quousque ablata restituat, et abbati ac monachis de illata injuria congrue satisfaciatur. Ad hæc adjicientes decrevimus ut quicumque Cluniacenses monachos vel eorum socios ceperint, aut ea quæ portaverint vel conduxerint, excommunicationi subjaceant. Si vero aliqui absque ipsorum monachorum præsentia, ea quæ ad victum vel vestitum fratrum in Cluniacensi cœnobia Domino servientium pertinent, alicubi deprædati fuerint, nisi infra quadraginta dies communiti ablata restituerint, eos anathemati subjacere præcipimus, et in terra eorum divina prohibemus officia celebrari. Loca quoque in quibus se receperint, donec præsentibus fuerint, a divinis obsequiis, præter infantium baptismum et morientium pœnitentias, cessare præcipimus: et nullus eorumdem præsumptorum, præter timorem mortis, nisi a Romano pontifice absolvatur. Porro quisquis præfatis fratribus ubicunque manentibus, quælibet alia, præter ea quæ superius enumeravimus, abstulerit, nisi infra quadraginta dies post nostram commotionem ablata restituerit, excommunicationi subjaceat, nec absolvatur donec capitale reddat, et congrue satisfaciatur. Quod si hæc perpetrata esse noveritis, aut clamor super hoc ad aures vestras pervenerit, vobis præcipientes mandamus quatenus præfatam animadversionis sententiam per vestras faciatis parochias firmiter observari.

Datum Valentie viii Idus Martii.

XCII.

Abbatibus, clero, principibus et populo Trevirensi significat, quem elegissent, Alberonem a sece consecratum esse pallioque donatum. Cui ut obediant monte.

(Anno 1132, Mart. 11.)

[JAFFÉ, *Regesta pontif. Rom.*, p. 568. « In tabulario regio Berolino. Ex Schedis Pertzii. » Incipit: « Charissimum fratrem nostrum. »]

XCIII.

Privilegium pro monasterio Trenorciensi.

(Anno 1132, Mart. 16.)

[COCQUELINES, t. II, p. 206.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio PETRO Trenorciensis monasterii abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Quotiescunque illud a nobis petitur, quod rationi cognoscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Proinde, dilecte in Domino fili Petre abbas, tuis rationabilibus postulationibus assensum præbentes, Trenorciense monasterium, cui Deo auctore præsidet, ad exemplar prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum, apostolicæ sedis patrocinio communimus. Per præsentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quæcunque bona, quascunque possessiones Catholicorum imperatorum, seu cæterorum principum largitione, episcoporum concessione, seu cæterorum fidelium oblatione ad idem cœnobium legitime in præsentiarum pertinent, sive in futurum juste poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Sane definitionem quam inter vestrum et beati Florentii monasterium de ecclesiis Sanctæ Crucis, et Sancti Nicolai, a dominis prædecessoribus nostris, sanctæ memoriæ Urbano, atque Calixto ex eorum scriptis factam cognovimus, auctoritate sedis apostolicæ confirmamus. Ad hæc adjicientes ut idem locus in quo beati Valeriani martyris, et sancti Philiberti confessoris corpora requiescunt, ab omni jugo sæcularis potestatis liber in perpetuum conservetur. Nec episcopo liceat cujuscunque diocesis, eundem excommunicationis, absolutionis perturbare, aut cruces, seu quaslibet exactiones novas burgo et cæteris monasterii possessionibus irrogare. Missas quoque in eodem monasterio publicas celebrari, vel stationes ab episcopo præter abbatis vel fratrum voluntatem fieri prohibemus. Præterea pro reverentia beatæ Mariæ matris Domini, cujus nomine locus vester insignitus est, in Annuntiatione Dominica hymnum angelicum inter missarum solemnia abbati vel fratribus pronuntiare concedimus. Obeunte autem ejusdem loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Deum et B. Benedicti Regulam providerint eligendum; ab apostolicæ sedis episcopo, vel ejus legato, consecrandum. Nulli ergo omnino hominum fas sit, prænomiatum cœnobium temere

A perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, postestatis honorisque dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hæc fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniunt. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Lucas, presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani subscripsi.

C Datum Valentia, per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xvii Kalend Aprilis, indictione x, Incarnationis Dominicæ anno 1132, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno III.

XCIV.

Bulla pro monasterio Tyronensi.

(Anno 1132, Mart. 16.)

[MABILLON, *Annal. Bened.*, VI, 636.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GUILLELMO Tyronensi abbati ejusque successoribus regulariter instituendis in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas ecclesiarum omnium curam gerere, et earum quieti et utilitati, auxiliante Domino, providere. Quam ob rem, dilecte in Domino filii Guillelme abbas, charissimi fratris nostri Gaufridi Carnotensis episcopi precibus inclinati, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et Tyronense S. Trinitatis monasterium, cui Deo auctore præsidet, apostolicæ sedis patrocinio duximus muniendum. Statuimus enim ut quæcunque possessiones aut bona in præsentiarum ad idem monasterium juste et canonice pertinere noscuntur, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, eidem loco offerri contigerit, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjungimus. In regno Angliæ in episcopatu S. David,

ecclesia S. Mariæ de Cathmeis cum appendiciis suis. In episcopatu S. Andree de Scotia, abbatia Sanctæ Mariæ Rochaburgensis cum appenditiis suis; ecclesiam SS. martyrum Joannis et Pauli de Ogra cum appenditiis suis; ecclesiam S. Ægidi de Castenariis; ecclesiam S. Leonardi de Ferreriis; ecclesiam S. Mariæ de Asneriis; ecclesiam S. Mariæ de Telio; ecclesiam S. Laurentii de Brigia; ecclesiam S. Petri de Audita; ecclesiam S. Martini de Hildrevilla; ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ de Jarzia; ecclesiam S. Mariæ de Aguillo; ecclesiam S. Joannis Baptistæ de Murgeriis; ecclesiam S. Andree de Anglia cum appenditiis suis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat vestrum monasterium perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura, salva nimirum diocesanorum episcoporum reverentia. Decimas sane laborum quos propriis manibus aut sumptibus colitis seu etiam vestrorum animalium absque alicujus contradictione vobis concessimus possidendas. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non factum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat. Conservantes autem eidem loco quæ justa sunt, omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli gratiam consequantur. Amen, amen, Amen.

Ego Innocentius Catholice Ecclesie episcopus.

Ego Lucas presbyter cardinalis Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Datum Valentie per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, decimo septimo Kal. Aprilis, indictione x, Incarnationis Dominicæ anno 1132, pontificatus autem domini Innocentii papæ II anno tertio.

XCIV.

Ad Guillelmum Montispezzulani dominum. — Personam ejus et bona omnia ad eum pertinentia, sub tutela et protectione Romanæ suscipit Ecclesie, ne quis ea auferre, minuere, aut aliquibus molestiis fatigare audeat.

(Anno 1132, Martii 24.)

[D. BOUQUET, *Recueil*, t. XV, p. 375.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio GUILLELMO, domino Montispezzulani, salutem et apostolicam benedictionem.

Æquitas et justitiæ ratio persuadet ut quos erga B. Petrum et nos ipsos devotiores esse cognoscimus,

A eos arctioris charitatis brachiis amplectamur, et sub ipso sanctæ Romanæ Ecclesie gremio familiarius fovere curemus. Dignum etenim est ut pia mater erga humiles filios ampliore exhibeat benignitatem, et eos a pravorum hominum incursione defendat. Quocirca, dilecte in Domino filii Guillelme, te sicut hominem et fidelem nostrum, ac specialem B. Petri militem, et hæreditatem tuam, montem scilicet Pessulanum cum palude, et bona tua quæ in præsentiarum legitime possides, sub B. Petri tutelam protectionemque suscipimus, et per præsentis scripti paginam communitimus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat personam tuam, seu præfatam hæreditatem, aut bona deinceps perturbare, auferre, minuere, vel aliquibus molestiis fatigare. Si quis hoc attentare præsumperit, indignationem beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostram se incursum non ambigat.

Datum Avenioni, ix Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno i [111].

XCVI.

Ad Petrum Venerabilem. — Privilegium de monasterio Beatæ Mariæ de Charitate supra Ligerim, quod sit semper prioratus ordinis Cluniacensis, et nunquam abbas ibidem instituitur.

(Anno 1132, Mart. 30.)

[*Bullar. Cluniac.*, p. 48.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio PETRO Cluniacensi abbati ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Dispensatrix et provida sancta mater apostolica Romana Ecclesia, suscepta ab ipso Salvatore nostro Domino Jesu Christo auctoritate et privilegio, singulis Ecclesiis suas dignitates moderante ratione distribuit. Cum enim beato Petro a Domino dictum sit: *Tu aliquando conversus confirma fratres tuos, et: Tibi dabo claves regni cælorum; et: Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis; et post resurrectionem dictum sit ei tertio gregem Dominicam pascere. Secundum antiquorum consuetudinem in civitatibus, in quibus a prudentibus jura dabantur populis, beatus Petrus et ejus successores episcopos, archiepiscopos, et primates, qui de lege divina populum instruerent, statuerunt. In novis vero et religiosis quibusdam locis abbates, qui fratrum congregationi scirent præesse et prodesse, sunt a sede apostolica constituti. De aliis autem ad veræ humilitatis custodiam, quæ omnium virtutum condimentum est; et, superbiæ atque invidiam, quæ semper eam comitantur, propellit, ut essent semper obedientiæ et prioratus, est nihilominus institutum. Prædecessorum ergo nostro vestigiis inhærentes decernimus, ut ecclesie Sanctæ Mariæ de charitate quæ a bonæ memoriæ Gaufrido Antissiodorensi episcopo, Guillelmo Nivernensium comite, et Bernardo de Cailan, et aliis fidelibus, ad quorum jus, locus ipse, tam in temporalibus, quam in spiritualibus pertinebat, Clu-*

niacensi monasterio a prima fundatione oblata est, A semper obedientia et prioratus vester futuris temporibus maneat. Interdicimus igitur ex parte beati Petri et nostra, ut nulli omnino hominum liceat abbatem in eodem loco statuere, sed fratres ibidem Domino famulantes, Cluniacensis abbatis, et proprii prioris contenti regimine, quod professi sunt expleant, et grata Deo vota persolvant. Si quis autem hujus nostræ constitutionis transgressor extiterit, iram Dei et indignationes beatorum apostolorum Petri et Pauli noverit incursum. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Signum manus meæ: ADJUVA NOS, DEUS SALUTARIS NOSTER.

Datum apud Vapiungum per manum Aymerici B sanctæ Ecclesiæ Romanæ diaconi cardinalis et cancellarii, III Kal. Aprilis, indict. x, Incarnationis Dominicæ anno 1132.

¶ XCVII.

Ad Petrum Venerabilem abbatem Cluniacensem. — Illud inveniit de novo de abbacia S. Bertini, mandans monachis ejusdem ut ei parent.

(Anno 1132, Mart. 30.)

[*Bullarium Cluniac.*, p. 47.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO Cluniacensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Canonum præcepta nos instruunt, ut in exsequendis negotiis nihil præpropere, nihil extraordinarie committamus. Tua siquidem dilectio nuper Remis C in præsentia fratrum nostrorum archiepiscoporum, episcoporum et aliorum religiosorum viroꝝ, qui nobiscum eo convenerant, ut abbatiâ Sancti Bertini a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus monasterio Cluniacensi commissam, et eorum privilegiis roboratam, tibi restitueremus, instantius postulavit. Cæterum nos ex deliberato eorumdem fratrum nostrorum consilio, ipsius loci monachis præteritam Epiphaniæ solemnitatem inducias concessimus, ut videlicet tunc ad nostram venirent præsentiam tibi de tuis querimoniis respondere parati. Ipsi vero elapso eo termino, nec venerunt, nec miserunt responsales: sed duos monachos ex parte fratrum nostrorum R. archiepiscopo, et N. Moricensi episcopo, ac dilecti filii nostri T. illustris Flandrensium comitis, longiores pacis postulantes inducias direxerunt. Nos autem omnem eis occasionem auferre volentes, ipsos usque ad præteritam mediam quadragesimam sustinimus, qui nimirum nec etiam tunc venerunt, nec aliquos qui causam suam agerent destinarunt. Quia igitur, neque nos jus strictum urget, neque postulat æquitas, ut eis in sua contumacia perdurantibus prolixiorem terminum concedamus, te de præfata Beati Bertini abbacia ad reformationem religionis prædecessorum nostrorum inhærentes vestigiis iavestivimus, mona-

(23) 10 April.

(26) Epistola hæc, Calisto II perperam tri-

chisque ejusdem cœnobii, ut tibi, dilecte in Domino filii Petre abbas, humiliter parent, et ut abbatem juxta dispositionem tuam et consilium eligant, per apostolica scripta mandamus.

Datum apud Vapingum, III Kalendas Aprilis.

XCVIII.

Ad Guillelmum Montispessulani dominum. — Devotionem ejus erga se et Romanam Ecclesiam commendat, utque in bono proposito perseveret hortatur.

(Anno 1132, April. 13.)

[D. BOUQUET, *Recueil*, t. XV, p. 377.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo illustri viro GUILLELMO de Montepessulano, salutem et apostolicam benedictionem.

Amorem et servitium, quod B. Petro et nobis exhibere non cessas, frequenter recolimus, et super his devotioni tuæ corde et ore multimodas gratias exhibemus; et quoniam gratum famulantis obsequium veræ dilectionis præmium promeretur, nos personam tuam, sicut multoties tibi significavimus, sinceræ charitatis brachiis amplexamur; ut omnipotentis Dei clementiam eam conservare dignetur incolumem, supplicii prece deposcimus. Tua igitur interest, filii in Christo charissime, in bono quod cœpisti proposito firmiter perdurare, et quæ ad honorem et utilitatem sanctæ matris tuæ Romanæ Ecclesiæ et nostram spectare cognoveris, diligentia vigilantia operari.

Datum apud Ast, Idibus Aprilis.

XCIX.

Ecclesiæ S. Frigidiani Lucensis possessiones juraque confirmat.

(Anno 1132, April. 16.)

[*Bullarium Lateranense*, 40.]

C.

[*Gualterio archiepiscopo Ravennati*] hæc significat: « Transalpinati sumus; Astæ Resurrectionem Domini (25) celebravimus; inde rogatu Novariensium ad eorum urbem perreximus et illorum majorem ecclesiam consecravimus. » Monet ut sibi Papiam obviam veniat (26).

(Anno 1132, April. 17.)

[AMADESI in *antist. Raven. Chronot.*, III, 121.]

CI.

Ecclesiæ B. Alexandri Bergomatis possessiones et privilegia confirmat.

(Anno 1132, Maii 31.)

[LURUS, *Codex diplom. Bergomatis*, II, p. 963.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO præposito, et fratribus in ecclesia B. Alexandri Pergamiensis Domino servientibus tam præsentibus quam futuris, in perpetuam memoriam.

Officii nostri nos hortatur auctoritas ecclesiarum omnium curam gerere et earum quieti et utilitati, auxiliante Domino, salubriter providere. Quamobrem, dilecti in Domino filii, vestras postulationes benignius admittentes, Beati Alexandri ecclesiam huta, sine dubio est ad Innocentium II referenda. JAFFÉ.

in qua divino vacatis servitio ad exemplum prædecessoris nostri fidelis memoriæ papæ Paschalis apostolicæ sedis privilegio duximus muniendam, stantes ut quæcunque possessiones seu bona ad eandem in præsentiarum iuste et canonice pertinent, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium seu vestra iusta acquisitione, vel aliis modis rationabiliter præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata servantur; in quibus hæc nominatim duximus exprimenda: Concessionem videlicet decimarum a bonæ memoriæ Aderio Pergamensi episcopo, ecclesiæ vestræ præposito, factam, quemadmodum in scriptis ejusdem episcopi et canonicorum beatorum martyrum Alexandri et Vincentii continetur, ut eadem decimæ perpetuis fratrum usibus cedant; ecclesias quoque de Licina et de Lemene, et de villa, salva siquidem in eis diocessani episcopi iustitia et reverentia. Porro bonos usus et rationabiles consuetudines a prædecessore nostro piæ recordationis papa Honorio vobis firmatas, nos quoque auctoritate apostolica roboramus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit vestram ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuire, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur vestris usibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua serventibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Ubertus presbyter card. tit. Sancti Clementis subscripsi.

Ego Goselmus presb. card. tit. Sanctæ Cæciliæ subscripsi.

Ego Lucas presbyt. card. tit. SS. Joannis et Pauli subscripsi.

Ego Romanus diac. card. S. Mariæ in Porticu subscripsi.

Ego Gregorius diac. card. S. Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Otto diaconus card. Sancti Georgii subscripsi.

Datum Placentiæ per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diac. card. et cancell., ii Kalend. Junii, indictione x, Incarnationis Dominicæ anno 1133, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno iii.

CII.

Monasterium S. Salvatoris Papiensis sub protectione sanctæ Romanæ Ecclesiæ suscipit, ejusque bona confirmat.

(Anno 1132, Junii 3.)

[MARGARINI, Bullar. Casin., tom. II, p. 142.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio JOANNI abbati venerabilis monasterii, quod dicitur D. Salvatoris, secus Papiam siti, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc nobis a Deo pastoralis officii cura commissa est, ut quieti et utilitati omnium Ecclesiarum particulari debeamus sollicitudine providere, et ne pravorum hominum fatigetur molestiis, eas auctoritate sedis apostolicæ communitur. Quapropter, dilecte in Domino filii Joannes abbas, tuis rationalibus postulationibus assensum præbentes, Domini Salvatoris monasterium cui Deo auctore præses, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ Joannis, Benedicti, Paschalis, Calixti, Romanorum pontificum, sub beati Petri tutela et apostolicæ sedis protectione suscipimus. Quod nimirum cœnobium ab Adelaide imperatrice augusta renovatum, et ejus liberalitate, et donationibus ditatum, superscripti nostri privilegii pagina communimus, statuentes ut quæcunque bona, quæcunque prædia urbana, sive rustica, culta vel inculta, quæcunque possessiones, utensilia vel ornamenta a præfata Augusta, vel ab aliis fidelibus de suo jure eidem monasterio collata, in præsentiarum iuste et legitime possident, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis nominibus, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Sane obeunte te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres, communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti Regulam, providerint eligendum; electus autem a Romano pontifice consecratur. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes monachorum, seu canonicorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quo malueritis, suscipiatis episcopo, siquidem Catholicus fuerit, et gratiam sedis apostolicæ habuerit. Porro in ecclesiis ad ipsum monasterium pertinentibus baptismum celebrare permittimus, in quibus videlicet usque ad hæc tempora constat esse celebratum. Missas quoque publicas in eodem monasterio celebrare, aut stationes, sive ordinationes aliquas, præter abbatis voluntatem, ab episcopo quolibet fieri prohibemus. Decimas præterea reddituum præfati cœnobii, absque alicujus episcopi vel ministrorum ejus contradictione, vobis habendas concedimus. Nulli ergo omnino hominum liceat

prænominatum monasterium temere perturbare, A aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad hæc præsentî capitulo adjungentes, statuimus ut supradictum cœnobium sub nullius personæ jurisdictione, seu potestate permaneat, sed ab omni jugo liberum, soli sanctæ Romanæ et apostolicæ sedi subjectum esse. Sanctientes, dalmaticæ, sandaliorum, nec non chirotecarum usum tibi, tuisque successoribus juxta prædecessorum nostrorum statuta concedimus. Si qua ergo in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commo- B nita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem, præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Ubertus presbyter cardinalis tituli Sancti Clementis subscripsi.

Ego Anselmus presbyter tit. S. Laurentii in Lu- C cina ss.

Ego Cosmas presbyter cardinal. tituli S. Cæci- liæ ss.

Ego Lucas presbyter cardinal. tituli SS. Joannis et Pauli ss.

Ego Dominicus diacon. card. tit. S. Mariæ in Porticu ss.

Ego Gregorius diacon. card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diaconus cardin. S. Georgii ss.

Ego Guido diacon. card. Sanctorum Cosmæ et Damiani ss.

Datum Placentiæ, per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, D tertio Nonas Junii, indictione xx, Incarnationis Dominicæ anno 1133, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno III.

CIII.

Ecclesiam Novariensem tuendam suscipit et Liti- fredj episcopi ac ejus successorum possessiones confirmat.

(Anno 1152, Jun. 25.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, IV, 704.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ve- nerabili fratri LITIFREDO Novariensi episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis in- perpetuum.

In eminenti apostolicæ sedis specula disponente

Domino constituti, ex injuncto nobis officio fratres nostros episcopos diligere, et Ecclesiis sibi a Deo commissis suam debemus justitiam conservare. Proinde, charissime in Christo frater Litifredo episcopo Novariensis Ecclesiæ, cujus a Deo tibi cura commissa est salubriter providentes, statuimus ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidet firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus exprimenda subjungimus: abbatiam videlicet S. Laurentii, abbatiam S. Bartholomæi in suburbio Novariensi, abbatiam S. Salvatoris de Casale, abbatiam S. Silani de Romagnano, capellam S. Nazarii, capellam Omnium Sanctorum et S. Salvatoris, capellam S. Matthæi, capellam S. Andræ, capellam S. Stephani. Extra civitatem, plebem S. Albini de Mortario cum parochia sua, et septem capellis, videlicet S. Laurentii, S. Julii, S. Gaudentii, S. Victoris, S. Quirici, S. Michaelis, S. Petri, in quibus Novariensis episcopus episcopale jus habere dignoscitur. In campo Lato plebem S. Petri, ecclesiam S. Gaudentii, eccles. S. Majoli, eccles. Alexandri, ecclesiam de Berredo, et capellam S. Nazarii, plebem Vegevenensem cum capellis suis, plebem de Cassiolo, ecclesiam de Ceredano, et de Gravalona, ecclesiam Camari, ecclesiam Romentini et Galiati. Plebem Olegii cum capellis suis, plebem de Dulciagi, cum capellis suis, ecclesiam S. Julii novam et antiquam, plebem Varali cum capellis suis, plebem de Gattico cum capellis suis, plebem Gaudiani cum capellis suis, plebem S. Julii cum capellis suis, plebem Vemeniæ cum capellis suis, plebem Baveni cum capellis suis, capellam S. Angeli et S. Remigii, plebem de Intro cum capellis suis, plebem Mergotii cum capellis suis, plebem Oxulæ cum suis pertinentiis. Ecclesias omnes, quæ sunt in valle Sicidæ. Plebem Grinasci, et capellas Romaniani, plebem Aganii cum suis pertinentiis, et Seciani cum suis pertinentiis, plebem Xuni cum capellis suis, plebem Quirégii, plebem Petrori, cum monasterio et suis capellis, plebem de Casali, et castro, et villam ejusdem Casalis, plebem Arcamariani cum capellis suis, ecclesiam Monticelli, plebem Vespolati cum capellis suis. Quascunque præterea ecclesias intra vel extra civitatem Novariensis Ecclesia possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis in perpetuum, et intemerata manere decernimus. Prohibemus etiam ut nullus absque tua vel successorum tuorum assensu vel libera voluntate in Novariensi episcopatu, salva sedis apostolicæ reverentia, ecclesiam fundare præsumat.

Nulli ergo omnino hominum fas sit præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia cum integritate serventur eorum, pro quorum gubernatione et su-

stantiatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica seu sæcularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire temere tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi; quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtam judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subsc.

Ego Ubertas presb. card. tit. S. Clementis subscrispsi.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina subsc.

Ego Jomelus presb. card. tit. S. Cæciliæ subsc.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli subsc.

Ego Romanus diac. card. S. Mariæ in Porticu subsc.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi subsc.

Ego Stephanus diac. card. S. Lucæ in Orfeu subsc.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii subsc.

Datum Placentiæ per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, vii Kal. Julii, indict. xi, Incarnationis Dominicæ 1153, pontificatus vero dom. Innocentii papæ II anno III

CIV

Ecclesiæ Novariensis canonicorum bonæ confirmat.

(Anno 1152, Jun. 25.)

[UGHELLI, *ibid.*, p. 706.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Novariensis Ecclesiæ canonicis, tam presentibus quam futuris in perpetuum.

In eminentia apostolicæ sedis specula divina disponente clementia constituti, honestas personas paterna debemus charitate diligere, et ne ipsi, vel eorum bona pravorum hominum agitentur molestiis, sollicitè volumus providere. Quamobrem, dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Litifredi episcopi vestri precibus inclinati vestris rationabilibus petitionibus duximus annuendum. Statuimus igitur ut quascunque possessiones, vel bona in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et

illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus exprimenda subjunximus: In civitate Novariæ ecclesiam S. Ambrosii: in Tercado ecclesias S. Cassiani, et S. Michaelis, et S. Ambrosii, in Veura ecclesiam S. Gaudentii cum omnibus decimis suis et manso uno, in Matheo ecclesiam S. Martini cum omnibus decimis suis et manso uno, in Insarno ecclesiam S. Damiani cum omnibus decimis suis et manso uno, in Matheo ecclesiam S. Martini cum omnibus decimis suis et manso octo, et districto totius villæ, in curte nova ecclesiam Sancti Michaelis cum omnibus decimis suis, et sex mansis et totius villæ districto, in Quartaria ecclesiam S. Majoli, cum omnibus decimis suis, et sex mansis et totius villæ districto, in Quartaria ecclesiam S. Majoli: cum omnibus decimis suis, et terris et districto villæ totius, in Baceno ecclesiam S. Gaudentii cum possessionibus domus Tertianæ, decimam Tredaci cum decem mansis, decimam Romentini, decimam Galiati, decimam Cameri, decimam Pernati, decimam Berzini, decimam Camillani et Aguniati, decimam Oblati, decimam Novasse cum omnibus terris ad eandem curtem pertinentibus, decimam Gondianæ cum possessionibus quas tenet in eadem villa, decimam Granotii, decimam Monticelli et viginti modios Acti, decimam Guilengi, cum possessionibus quas ibidem tenetis, decimam Sociaci et mansos quos ibi habetis. Castrum Nomenonii cum omni districto totius villæ, et decimis et viginti mansis, decimam Paliati cum duodecim mansis, duos mansos in Terdobiato, unum mansum in Vespolato, in Nibihola mansum unum, in Garbagna mansos duos, in Stodegarda duos mansos, in Casulino mansum unum, et ficti soldos quindecim veteris monetæ Mediolanensis, et quindecim modios veteris annonæ, duas partes castri Mositii cum capella S. Stephani, et districto, et teloneo, et honore, et duodecim mansis, in Gargarengo mansum unum, in Landiola mansum unum, in Silavengo mansum unum et molendinum, in Carpiniano mansum unum cum districto ejusdem mansi, in Agaimo mansum unum, in Siciano mansum unum cum servis, et ancillis et ficto sex soldorum, in Fara mansum unum quarta parte districti Cisti cum tribus mansis et dimidio, in Caltiniaca tres mansos et molendinum unum, in Dulciago tres mansos cum districto eorum manerum, in Mommo sex mansos et molendinum, in Albo mansum unum cum districto, in Pramoxello piscariam unam, aliam piscariam juxta castrum Domini, in Maxeria fictum quadraginta denariorum veteris monetæ Mediolanensis, Canatum, et Oglon cum piscariis, olivetis suis, et ancillis suis. Ad hæc adjicientes decimas et alias possessiones, quas in Novariensi civitate habetis, et diffinitionem controversiæ, quæ de obedientia, et reverentia clericorum S. Gaudentii, et obsequiis mortuorum inter eos et clericos ejusdem Ecclesiæ agitabatur a bonæ memoriæ Ricardo Novariensi episcopo recte factam, et a prædicto fratre nostro Litifredo episcopo vestro

firmatam, atque a prædecessore nostro sanctæ re-
cordationis papa Hun. roboratam vobis nihilominus
confirmamus. Decernimus ergo ut nulli hominum
liceat vos super his, quæ universitati vestræ præ-
sentis scripti pagina roboravimus, infestare, aut
aliquam vobis temerariam imminutionem inferre,
sed omnia cum integritate serventur vestris usibus
profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica
sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis pa-
ginam sciens, contra eam temere venire tentaverit et
secundo tertiove commonita satisfactione congrua
non emendaverit, a sacratissimo corpore ac san-
guine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu
Christi aliena fiat, atque in extremo examine dis-
trictæ ultioni subiaceat. Cunctis autem vobis justa
servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi,
quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant,
et apud districtum Judicem præmia æternæ retribu-
tionis inveniant.

Signata, et subscripta hoc modo, videlicet :

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus
subsc.

Ego Ubertus presb. card. tit. S. Clementis
subsc.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in
Lucina subsc.

Ego presb. card. S. Cæcilie sub-
scripsi.

Ego

Ego Romnus diac. card. S. Mariæ in Porticu
subsc.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi
subscripsi.

Ego Stephanus diac. card. S. Lucie in Orfea
subsc.

Ego Otho diac. card. Sancti Georgii subsc.

Ego Guido diac. card. SS. Cosmæ et Damiani
subsc.

Datum Placentiæ per manum Aymerici diaconi
card. et cancellarii S. R. E., vii Kalend. Julii,
indict. xi, Incarn. Dom. anno 1153, pontificatus
autem D. Innocentii papæ II anno iii.

CV.

*Canonice S. Alexandri Bergomatis quasdam eccle-
sias ad sedem apostolicam spectantes concedit.*

(Anno 1152, Jun. 28.)

[Lupus, *Cod. diplom. Bergom.*, II, 966.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
lectis in filio P[ETRO] præposito et canonicis ecclesiæ
Beati Alexandri Pergamensis, salutem et apostoli-
cam benedictionem.

Qui fideiorem et devotiores B. Petri filiis esse pro-
bantur, debent a sede apostolica diligi et in suis
opportunitatibus propensius adjuvari. Eapropter,
dilecti in Domino filii, devotionis vestræ studium
attendentes, ecclesias Sanctæ Trinitatis, Sancti Sal-
vatoris, Sancti Michaelis quæ sunt in Virgis, et eccle-
siam S. Eusebii, quæ ad jus beati Petri specialiter
pertinere noscuntur, charitati vestræ commisimus.

A Vestra igitur interest sic in obedientia sedis aposto-
licæ et ejus amore persistere quatenus ejus gratiam
mercaminum fideliter retinere, ut eadem ecclesiæ
nequaquam sub vestra custodia deteriorentur,
sed in meliorem statum, auxiliante Domino, red-
cantur.

Dat. Placentiæ, xv Kalendas Julii.

CVI.

*Ecclesiam Aquileiensem sedecim episcopatum metropoli-
tolum confirmat, Peregrinoque patriarchæ usum
pallii, rationalis, nacci, crucis concedit*

(Anno 1152, Jun. 29.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, t. V, col. 62.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ve-
nerabili fratri P[EREGRINO] Aquileiensi patriarchæ,
ejusque successoribus canonice substituendis in per-
petuum.

Domus Domini decora, circumamicta varietate,
columnas habet, alias in summo splendore positas,
alias in medio, alias in ultimo collocatas. Sanctæ
namque Romana Ecclesia, quæ ab ipso Salvatore
per beatum Petrum principatum obtinuit, opifices
suos alios episcopos instituit, qui clero præsent,
et populorum curam animarum gerent, alios ar-
chiepiscopos, qui episcopis manum consecrationis
imponerent, et jura dantes potestate metropolitana
concilia celebrarent, alios primates, qui soli Ro-
mano subessent pontifici. et super archiepiscopos et
provincias primatum haberent. Eapropter, dilecte
frater in Christo, Peregrine Aquileiensi patriarcha,
tibi, et per te sanctæ Aquileiensi Ecclesiæ, cui
auctore Deo præesse dignosceris, potestatem super
sedecim episcopatus, videlicet Polensem, Tergesti-
num, Parentinum, Petenensem, Emonensem, Con-
cordiensem, Tarvisiensem, Cenetensem, Belonen-
sem, Feltrensem, Paduanum, Vicentinum, Triden-
tinum, Mantuanum, Veronensem, Cumanum, me-
tropolitico jure concedimus, abbatias quoque scilicet
Osciacensem, Moticensem, Rosaciensem, Belinien-
sem, Sextensem, Pirensem, Sanctam Mariam ad
Organum tibi et tuis successoribus duximus robo-
randas. Pallii vero usum, rationalis, atque nacci,
qui prædecessoribus tuis pro ipsius Ecclesiæ digni-
tate a nostris antecessoribus est concessus, nos
tam tibi quam tuis successoribus confirmamus, his
videlicet diebus qui in Ecclesiæ tuæ privilegiis con-
tinentur. Sane quocumque perrexeris crucem te et
tuos successores deferendi licentiam auctoritate
beati Petri et nostra largimur. Porro comitatus,
marchiam et ducatum regalibus, seu imperialibus
privilegiis Ecclesiæ tuæ concessa, nos quoque præ-
sentis decreti sanctione nihilominus roboramus.
Statuimus etiam ut quascunque possessiones, quæ-
cumque bona Aquileiensi Ecclesiæ in præsentiarum
juste et legitime possidet, aut in futurum, præstante
Domino, poterit adipisci, firma vobis et illibata
permaneant, salvo nimirum in omnibus sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ jure ac reverentia. Decernimus
ergo ut nulli hominum liceat præfatam Ecclesiam

temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Ubertus presbyter cardinalis tit. S. Clementis subscripsi.

Ego Anse'mus presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Sozilius presbyter cardinalis tit. S. Cæcilie subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Stephanus diaconus cardinalis S. Lucie in Orphea subscripsi.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Datum Placentiæ per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, in Kal. Julii, ind. x, Incarnationis Dominicæ anno 1132, pontificatus vero D. Innocentii papæ II, anno III.

S. N. Ego Petrus not. ut vidi in privilegio ita scripsi, nec dictionem, vel syllabam addidi, nec prætermisi.

CVII.

Ad A[ntonem] priorem ecclesiæ S. Fridiani Lucensis.
(Anno 1132, Jun. 30.)

[BALUZ. Miscell. IV, 589.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio A. priori S. Fridiani, salutem et apostolicam benedictionem.

Imis superna, terrenis cœlestia, temporalibus æterna, et mortalibus sunt immortalia præponenda. Discreta siquidem omnipotentis Domini providentia non nos pecudum pastores constituit, sed animarum custodes elegit. Ne igitur animæ fidelium omnino depereant, si qui publice criminosi vel incestuosi in parochia tua fuerint, Lucanum episcopum

vel archiepiscopum ad eas, ut secundum censuram ecclesiasticam pœnitentiam eis injungat. Quod si a tua dilectione super hoc tertio invitati adimplere contempserint, tibi pœnitentiam eis tribuendi licentiam apostolicæ auctoritate concedimus.

Dat. Placentiæ II Kal. Julii.

CVIII.

Bona omnia et privilegia monasterii Sancti Xisti Placentinæ diocesis confirmat.

(Anno 1132, Jul. 14.)

[COCQUELINES, t. II, p. 214.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei-
ODDŌ abbati venerabilis monasterii S. Xisti quod Placentiæ situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ad hoc univ[er]salis Ecclesiæ cura nobis a provi-
sore omnium honorum Deo commissa est, ut religio-
sas diligamus personas, et beneplacentem Deo
religionem studeamus modis omnibus propagare.
Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impen-
ditur, nisi, ex charitatis radice procedens, a puri-
tate religionis fuerit conservatus. Hoc nimirum
charitatis intuitu prædecessores nostri felicitis me-
morie Paschalis et Calixtus Romani pontifices,
in monasterio Sancti Xisti, quod Placentiæ situm
est, religionem, quæ tibi ex tempore jam longo de-
fecerat, reformare volentes, sapientium ac religio-
sorum virorum, et præcipue egregiæ memoriæ
comitissæ Mathildis, precibus et consilio, pro femi-
nis ibidem irreligiose viventibus, monastici ordinis
viros constituerunt, et te, dilecte in Christo filii
Oddo, ad restaurandum in eodem loco secundum
B. Benedicti Regulam disciplinæ monasticæ ordi-
nem, in abbatem illis auctoritate apostolica præpo-
suerunt.

Nos itaque eorundem antecessorum nostrorum
inhærendo vestigiis, provisionem seu dispositio-
nem ab eis factam, et privilegio munitam, præsen-
tis scripti robore confirmamus, et inviolabiliter fu-
turis temporibus observari decernimus; et scriptum
illud quod a prædecessore nostro felicitis memoriæ papa
Calixto, dum in Galliarum partibus esset, ab illius
loci monialibus subreptum esse dignoscitur, in
irritum revocamus. Ipsum vero locum et universa
ad eum pertinentia sub apostolicæ sedis tutela et
protectione servanda censemus, a quorumlibet in-
festantium molestiis libera, sicut ab antecessoribus
nostris Romanis pontificibus noscitur institutum.
Statuimus etiam ut universa prædia, vel posses-
siones quas Angelberga imperatrix, ejusdem mon-
asterii fundatrix, illuc contulisse cognoscitur,
seu quæcunque alia bona, quascunque villas, fami-
lias, cellas, ecclesias idem cœnobium in præsen-
tiarum juste et legitime, sive in posterum conces-
sione pontificum, largitione principum, oblatione
fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino,
poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus
et illibata permaneant. In quibus hæc propriis no-
minibus ad notanda subiungimus: In Placentia in

zenodochio ecclesiam Sancti Petri, ecclesiam S. Martini in Burtæ, ecclesiam Sanctæ Brigidæ, ecclesiam Sancti Andree, extra portam Mediolanensem, ecclesiam S. Mariæ in capite Trebiæ, ecclesiam Sancti Petri, in Centoria ecclesiam S. Bartholomæi, in Scopora duas capellas; in Castronovo, ecclesiam S. Michaelis, et ecclesiam Sancti Bartholomæi, in Wardastalla ecclesiam Sancti Petri, ecclesiam S. Georgii, ecclesiam S. Martini, et ecclesiam S. Bartholomæi; in Luciaria ecclesiam S. Georgii cum capellis suis; in curte Nova ecclesiam S. Laurentii: in campo Miliario ecclesiam S. Petri.

Nulli ergo hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus tibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris de suo, si potuerit idoneus inveniri, collegio secundum Dei timorem, et B. Benedicti Regulam, præviderint eligendum. Quod si persona in eodem monasterio ad abbatiam administrationem talis non fuerit, de Casæ Dei cœnobio eligatur, quandiu videlicet illic monastici ordinis disciplina, Domino præstante, vigerit: Electus autem a Romano benedicatur pontifice. Quidquid præterea libertatis, seu dignitatis prædecessores nostri prænominato monasterio, per authentica privilegiorum scripta concesserunt, nos quoque præsentis privilegii auctoritate concedimus, et ratum haberi per tempora futura censemus. Sane cum ad bene regendam idem tibi commissum sit cœnobium, possessiones et bona ipsius ecclesie tibi nihilominus sint subjecti. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino

Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo exanime strictæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Datum Cremonæ per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, idus Julii, indictione x [leg. xii], lacarna-

tionis Dominicæ anno 1133, pontificatus vero omni Innocentii papæ secundi anno iii [leg. iv].

CIX.

S. Antonii martyris in urbe Placentina bona, juræ et privilegia omnia confirmat.

(Anno 1132, Jul. 15.)

[COCQUELINES, H, p. 215.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Azoni præposito ecclesiæ Sancti Antonini martyris, quæ in civitate Placentina posita est, ejusque successoribus canonice substituenda in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu satagere, et earum quieti et utilitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas pravorum hominum nequitia defensare curemus. Proinde, dilecte in Domino filii Azon præposite, tuis justis postulationibus assensum præbentes, ecclesiam Beati Antonini martyris, cui Deo auctore præsides, apostolicæ sedis privilegio communimus. Statuimus enim ut quæcunque prædia, quæcunque possessiones aut bona tam in ecclesiis quam in aliis rebus, ab episcopis Placentinæ ecclesiæ, seu aliis Dei fidelibus eidem ecclesiæ sunt concessa, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: ecclesiam scilicet B. Mariæ in Curtina, quæ prope ecclesiam Sanctorum Antonini et Victoris martyrum sita est, cum usibus et consuetudinibus, quas in eadem ecclesia in præsentiarum justas habere videmini, ut videlicet in omnibus Mariæ festivitibus tertiam partem candelarum habeatis, atque secundum Deum ibidem sacerdotem et clericos ordinetis: vos autem in ecclesia vestra canonici ob reverentiam B. Antonini martyris, cujus sacratissimo corpore ipse locus prius exstitit decoratus, in B. Mariæ purificatione ipsam capellam annis singulis visitabilis. In territorio Plectula ecclesiam S. Antonini martyris cum sorte integra, et dote, et cum oblationibus totius anni, quemadmodum a bonæ recordationis Dionysio episcopo Placentino pro ecclesia Sancti Syri vobis in contracambium concessa esse dignoscitur: in qua nimirum secundum Deum ordinandi ministros libera sit vobis facultas. In Gragnaço capellam Sancti Michaelis cum omni sua dote, et totius anni oblationibus a venerabili fratre nostro Arduino Placentino episcopo Ecclesiæ vestræ hoc modo concessam, ut in eadem capella ponendi clericos, et removendi, sit libera vobis potestas, et ad sacros ordines promovendos suo tempore Placentino episcopo præsentandi; a plebe vero Tunensi ipsius loci presbyter chrisma et oleum sanctum suscipiat; et vocatus ad litanias, et ad baptismum illuc, absque contradictione aliqua vadat, salva ecclesiæ vestræ in omnibus aliis justitia et reverentia.

Præterea omnes alias libertates, seu rationabiles A consuetudines, a Placentinis episcopis ecclesiæ vestræ concessas, quietas vobis et integras futuris temporibus manere decernimus. Porro si te, vel clericos tuos gravari præsenſeris, sedem apostolicam quæ subvenire solet oppressis, vobis libere liceat appellare. Bona igitur et possessiones quas in posterum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, auxiliante Deo, poteritis adipisci, firma vobis et integra manere sancimus: salva minirum diœcesani episcopi justitia et reverentia. Nulli ergo omnino hominum fas sit prænominatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Joannes Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Petrus Papiensis episcopus subscripsi.

Ego Joselmus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Cæciliæ subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis tituli Sanctæ D Mariæ in Porticu, subscripsi.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani subscripsi.

Datum Cremonæ per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et similiter cancellarii, Idibus Julii, indictione decima [*leg. undecima*], Incarnationis Dominicæ anno 1133, pontificatus vero Innocentii papæ II anno IV.

CX.

Henrico Anglorum regi significat de Hugoni archiepiscopo Rothomagensi præcepisse ut ejus de abbatibus quibusdam voluntati satisfaceret. Sed hortatur ne abbates sinat acephalos esse. Hugonem archiepiscopum commendat

(Anno 1132, Jul. 15.)

[MANSI, Concil., XXI, 424.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio HENRICO illustri et glorioso regi Anglorum, salutem et apostolicam benedictionem

Quemadmodum personam tuam sincera charitate diligimus, ita iis quæ ad honorem tuum spectare cognoscimus et secundum Deum possumus, dare operam parati sumus. Venerabli siquidem fratri nostro Hugoni Rothomagensi archiepiscopo per scripta nostra mandavimus, et consilium dedimus, quatenus de abbatibus illis de quibus tua nobis significavit serenitas, assensum tuæ præbeat voluntati. Verumtamen quanto altius divinæ pietatis providentia, personam tuam honore, sapientia et divitiis decoravit, tanto amplius eam obnoxiam sibi constituit, et ad suum obsequium arctius alligavit. Expedi igitur ut regno, sive ducatu, a divina dispositione tibi commisso, tuo tempore pravæ consuetudines amputentur, et vitiorum radicibus resecatis, bona queque per tuæ nobilitatis studium, Domino cooperante, plantentur. Aliiter enim abbates et reliqui clerici nec gratum Deo famulatum impendere, nec animarum suarum saluti poterunt providere; imo acephali, id est sine capite, reputabuntur, nisi episcopis suis et prælati debita fuerint humilitate subjecti.... Unde providendum est a tua prudentia ne ipsi omnino libere et sine jugo vivendo, in superbiam elati, animarum suarum detrimentum incurrant, et tibi, quod absit! ante conspectum superni judicis imputetur. Ad excellentiam vero tuam et prudentiam pertinet, ut prædictum fratrem nostrum Hugonem archiepiscopum, tantum siquidem virum, tam discretum, de cujus religione et sapientia sancta Dei Ecclesia lætatur, diligas et honores, et nullis molestiis inquietari permittas.

Datum Cremonæ Id. Julii.

CXI.

Ad Hugonem archiepiscopum Rothomagensem.—Ut non nihil juris ecclesiastici regi deserat exhortatur.

(Anno 1132, Jul.)

[MANSI, Concil., XXI, 426.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, charissimo fratri HUGONI Rothomagensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum sit concedendum regibus et terrarum principibus, quorum potestate ac justitia Dei Ecclesia, et Christianus populus protegentur, prout credimus, tua fraternitas non ignorat. Cæterum charissimus filius noster rex Anglorum Henricus, prout accepimus, est adversum te graviter indignatus quod contra consuetudinem suam, et aliorum ducum Northmanniæ, a quibusdam abbatibus

hunc professionem et obedientiam suscepisti. Quod profecto quamvis justum fuerit, et nobis in concilio Remensi mandatum, pro ejus charitate a rigore justitiæ aliquando condesoendere debemus, et pro tempore ipsius voluntati assensum præbere. Credimus enim, sicut nostris auribus intimatum est, et nos ei præscripta nostra mandavimus, quoniam si ei detuleris quod ad honorem et jus Rothomagensis ecclesiæ pertinet, cum plenitudine gratiæ suæ in posterum obtinebis. Unde fraternitatem tuam rogamus atque mandamus, quatenus de abbatibus illis ejus voluntati consentias, et si quem de abbatibus ligasti, absolvas.

CXII.

Privilegium pro monasterio de Tilieto.

(Anno 1132, Jul. 26.)

[MORONDI, *Monumenta Aquensia*, tom. I, col. 48.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio OPIZZONI abbati monasterii B. Mariæ virginis, et S. Crucis de Civitacula, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provi-
sore omnium bonorum Deo commissa est, ut religio-
sas diligamus personas et placentes Deo religio-
nem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim
Deo gratior aliquis famulus impenditur, nisi ex
radice charitatis procedens a pravitate religionis
fuerit conservatus. Hoc nimirum charitatis intuitu,
dilecte in Domino filii Opizzo abbas, venerabilis fratris
nostri Azonis Aquensis episcopi, et fratris ejus illu-
stris viri Ansermi marchionis precibus inclinatus, ejus
justis postulacionibus clementer annuimus, et mo-
nasterium B. Mariæ matris Domini, et S. Crucis,
quod nimirum ab eodem marchione, et matre sua,
nec non fratribus, filiis et uxoribus suis in Aquensi
episcopatu constat esse fundatum, cui Deo auctore
præsides, apostolicæ sedis patrocinio communimus;
in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus
secundum B. Benedicti Regulam, et formam religionis
fratrum Cisterciensis monasterii futuris temporibus,
ibidem inviolabiliter perseveret. Bona igitur et
possessiones, quæ ad eundem locum in præsentia-
rum juste et canonice pertinere noscuntur, aut in
futurum concessione pontificum, largitione regum,
vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis
modis procurante Domino poterit adipisci, firma
sibi, suisque successoribus, et illibata permaneant,
quidquid videlicet in loco qui Boschus dicitur,
vel ubicunque a præfato marchione, seu ab aliis
Dei fidelibus eidem monasterio constat esse collatum.
Sancimus etiam ut nec marchiones, nec aliquis
eidem loco adjacentium regionum occasione pacis aut
guerræ, seu regalis fodri monachos, vel conversos
in eodem loco commorantes in personis, vel eorum
substantiis, opprimere, inquietare, vel ab eis aliquid
exigere, aut violentiam aliquam inferre præsumat.
De vineis quoque, quæ apud castrum Varagii sunt,
id ipsum auctoritate apostolica constituimus. Deci-

mas sane laborum, quos propriis manibus, aut
sumptibus colitis, et de animalibus vestris nullus a
vobis expetere, vel recipere audeat. Interdicimus
autem ne monachos, vel conversos vestros post fa-
ctam in vestro monasterio professionem, aliquis epi-
scoporum, abbatum ipsorum, vel aliqua persona abs-
que libera vestra licentia recipere, vel retinere per-
tentet. Sed tanquam suæ professionis prævaricatores
redire ad locum ipsorum compellantur. Decernimus
ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum
monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones
auferre, vel ablatas retigere, minuere, aut aliquibus
vexationibus fatigare, sed omnia integre conserven-
tur eorum, pro quorum gubernatione et sustenta-
tione concessa sunt, usibus omnimodis profutura,
salva nimirum Aquensis episcopi justitia ac debita
reverentia. Si quis igitur ecclesiastica sæcularisque
persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens,
contra eam temere venire tentaverit, secundo ter-
tione commonita, si non satisfactione congrua emen-
daverit, potestatis honorisque sui dignitate careat,
reamque se divino judicio existere de perpetrata
iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac
sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu
Christi aliena fiat, atque in extremo examine dis-
trictæ ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem loco
justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi,
quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant,
et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis
inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestiinus episcopus

Ego Ubertus presbyter cardinalis tituli S. Lau-
rentii in Lucina.

Ego Lucas presbyter card. tituli SS. Joannis
et Pauli.

Ego Romanus diaconus card. S. Mariæ in Por-
ticu.

Ego Gregorius diaconus card. SS. Sergii et
Bacchi.

Ego W. diac. card. S. Mariæ in Via Lata.

Ego Otto diacon. card. S. Georgii ad Velum Au-
reum.

Ego Guido diaconus card. SS. Cosmæ et Da-
miani.

Datum Brixie per manum Aymerici, diacon. card.
sanctæ Romanæ Ecclesiæ et cancellarii, vii Kal. Au-
gusti, indictione x, incarnationis Domini anno 1132,
pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno
tertio.

CXIII.

*Monasterii Lenensis tutelam suscipit, privilegiaque
et possessiones confirmat.*

(Anno 1132, Jul. 26.)

[ZACCARIA, *Della badia di Leno* 114.]

CXIV.

Privilegium pro canonicis ecclesiæ S. Mariæ Placentinæ.

(Anno 1132, Jul. 29.)

[COCQUELINES t. II, p. 216.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis JOANNI præposito, et canonicis Beatæ Mariæ Placentinæ matricis Ecclesiæ, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti et utilitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et beati Petri, atque apostolicæ sedis patrocinio muniamus.

Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et B. Mariæ Placentinam Ecclesiam, in qua divino servitio vacatis, præsentis privilegii pagina roboramus; statuentes, ut quascunque possessiones, et quæcunque bona in præsentiarum eadem ecclesia juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjunximus: plebem videlicet Carmiani cum capellis suis, plebem Septimæ cum capellis suis, plebem Pomariæ cum capellis suis, plebem Verdeti cum capellis suis, plebem Montisalti cum capellis suis, plebem Cassiani cum capellis suis, plebem Sancti Georgii cum quinque capellis, duabus in Paderna, et una in Judæa, alia in Castroziano, atque alia in Glariola; capellas sane in civitate, scilicet Sanctæ Euphemie, Sancti Gervasii, Sancti Protasii, Sancti Petri de Foro, Sancti Juliani, Sancti Martini de Foro, Sancti Domini, Sancti Alexandri, Sancti Martini de Burgo, Sancti Vincentii, Sancti Stephani, Sanctorum Joannis et Pauli, Sancti Zenonis, Sancti Faustini, Sancti Michaelis, Sanctæ Agathæ, Sanctæ Mariæ de Sperone, quarum ubique presbyteri, in Sabbato sancto baptizare et catechizare in vestra majori ecclesia de consuetudine debent; vobis nihilominus confirmamus decimas totius civitatis, et prædictorum plebium, exceptis decimationibus plebis de Verdeto; castrum præterea montis Regii, castrum Cassini, medietatem castri Gosolenghi, medietatem castri Viculli, castrum Carmiani.

Ad hæc præsentis decreto sancimus ut nulli episcoporum liceat in ecclesia vestra, personis, vel bonis, contra antiquam consuetudinem et libertatem, aliquam exactionem imponere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prænominatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut præteritis vexationibus fatigare, sed omnia integritate conserventur eorum, pro quorum governa-

tionem et sustentationem concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Ubertus presbyter cardinalis tituli Sancti Clementis subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis tituli Sanctæ Mariæ in Porticu, subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata subscripsi.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum, subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani subscripsi.

Datum Brixie per manum Aymerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, iv Kalend. Augusti, indictione x, Incarnationis Dominicæ anno 1133; pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno iv.

CXV.

Privilegium pro monasterio SS. Faustini et Jovitæ Brixienensis diocesis, ordinis Casinensis.

(Anno 1132, Ang. 10.)

[COCQUELINES, t. II, p. 217.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ALBERTO abbati monasterii Sanctorum Faustini et Jovitæ, quod in Brixienensi suburbio situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisorum omnium honorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et earum quieti et utilitati salubriter auxiliante Domino providentes, Ecclesias in quibus famulantur apostolicæ sedis munimine foveamus. Monasterium igitur beatorum martyrum Faustini et Jovitæ, a fratre nostro bonæ memoriæ Ramberto, quondam Brixienensi episcopo fundatum,

et ipsius bonis et possessionibus ditatum esse cognoscitur, ob eorundem martyrum præsentiam corporalem, tam apud ecclesiasticas quam sæculares personas, maximo honore ac reverentia dignum habetur. Unde prædecessores nostri felicitis memoriæ, Stephanus et Calixtus, Romani pontifices, locum ipsum specialius dilexerunt, et suis scriptis apostolicis roborarunt. Proinde, dilecte in Domino filii Alberte abbas, tuis rationabilibus postulacionibus præbentes assensum, præfatum Sanctorum martyrum Faustini et Jovitæ monasterium, cui, Deo auctore, præesse dignosceris, apostolicæ sedis privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum, juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et inlibata permaneant.

In quibus hæc propriis nominibus exprimenda subjungimus: Ecclesiam Omnium Sanctorum, in castro prædictæ civitatis constructam, ecclesiam Sanctæ Mariæ in Vergnano cum pertinentiis suis; in curticella ecclesiam Sancti Michaelis, Sancti Zenonis, cum omnibus, quæ in Flumicello vestro cœnobio pertinent, ecclesiam Sanctæ Mariæ in Mezzane, Ecclesiam Sancti Stephani cum omnibus quæ apud Sale rationabiliter possidetis, hospitem domum de Denuo cum rebus ad ipsam pertinentibus, quidquid etiam idem monasterium in circuitu suo cum hospitali domo et iis quæ ad ipsam pertinent, iuste possidet; braidam, quæ Sancti Faustini dicitur, cum molendinis et aliis in ea ædificiis constitutis, et capella Sancti Domini, braidam quæ Campus-Maxus vocatur, castrum Turbolæ cum ecclesia Sancti Andreæ, quæ est infra castrum, et extra cum duobus aliis ecclesiis, videlicet Sancti Martini et Sancti Cassiani, curtem Buenni cum castro et capella Sancti Faustini, medietatem castri Vulpini cum ecclesia Sancti Stephani infra castrum, et extra ecclesiam Sancti Gervasii; in Cimino ecclesiam Sancti Faustini, et quæcunque alia quiete ibidem tenere videmini, redditus vel fectum quod habitatores Asulæ omnes et singuli persolvendum vestro cœnobio concesserunt, quæcunque præterea in Calcinado, Curticelle, Yse, Pisonge, Batisno, loco Sancti Vigillii, Monticello, Provenze, Gussago, Rivatica, Carpenedo, Remedello, et Ponte Carolo, in præsentii indictione decima vestro monasterio pertinere noscuntur. Illud etiam quod a prænominato fratre nostro Ramberto episcopo usibus fratrum ejusdem monasterii concessum est, et scripto roboratum, ut videlicet potestatem et licentiam habeatis, quantum vestris sufficiat necessitatibus, de monte Denuo ligna accipere, nos quoque vobis auctoritate apostolica confirmamus. Decimas sanè possessionum vestrarum quas usque ad hæc tempora juste et pacifice videmini possedisse, vobis habendas possidendasque.

Nulli ergo omnino hominum fas sit, sæpeditum

A cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernacione et sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salvo unius libræ argenti censu, annis singulis Brixienti Ecclesiæ persolvendq. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine, districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Rodulphus Orbanus episcopus ss.

Ego Ubertus presbyter cardinalis tituli S. Clementis ss.

C Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli ss.

Ego Gregorius, diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido diaconus card. Sanctorum Cosmæ et Damiani ss.

Datum Brixie per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinal. et cancellarii, iv Idus Augusti, indictione xi, Incarnationis Dominicæ anno 1133, pontificatus autem domini Innocentii II papæ anno iv.

CXVI.

D *Privilegium pro parthenone S. Julię, Brixienſis diœcesis, ordinis Casinensis.*

(Anno 1132, Aug. 30.)

[COCQUELINES, II, p. 218.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ in Christo filiæ CONSTANTIÆ abbatissæ monasterii Domini Salvatoris nostri, et sanctæ Julię virginis et martyris quod Novum dicitur, et in civitate Brixie fundatum est, ejusque sororibus tam presentibus quam futuris in perpetuum.

Ex apostolicæ sedis auctoritate, in qua, disponente Domino, constituti sumus, omnibus Ecclesiis, et præcipue illis quæ ad jus et dominium beati Petri pertinere noscuntur, debitores existimus, ut eas et a pravorum hominum incurſibus defendemus, et sub

pio sanctæ Romanæ Ecclesiæ gremio confovere curamus. Ideoque, charissima in Christo filia Constantia abbatissa, tuis rationabilibus postulationibus benignitate debita præbentes assensum, Beatæ Julię virginis ac martyris monasterium, cujus utique cura tibi, largiente Domino, commissæ est, quod videlicet infra civitatem Brixianam a nobilis memoriæ Ansa regina constat esse constructum, apostolicæ sedis privilegio communimus. Statuimus enim ut quæcunque prædia, quascunque possessiones, quæcunque bonæ ex munificentia præfatæ reginæ, seu etiam ex largitione illustris memoriæ imperatorum, qui post eam regni gubernacula susceperunt, vel ab aliis fidelibus collata, idem monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque sororibus, et his quæ vobis in eadem religione successerint, et illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjunximus: Sermonem scilicet, cum duabus ecclesiis, Domini videlicet nostri Salvatoris et Sancti Viti martyris, Cervanicam cum ecclesia Sanctæ Julię martyris, Nubelariam cum ecclesia Sancti Laurentii, Berciam cum duabus ecclesiis, Sancti Zenonis et Sancti Stephani, Maghonem vicum cum ecclesia Sancti Alexandri, Timolinam cum ecclesia Sanctæ Julię, Barbadam cum ecclesia Sanctæ Mariæ, Alfianum cum ecclesia Sanctæ Julię, Monticellum cum ecclesia Sanctæ Mariæ, Vocem cum ecclesiis Sancti Petri et Sancti Laurentii, Calvatonem cum ecclesiis Sanctæ Mariæ et Sanctæ Julię, Scandoloriam cum ecclesia Sancti Michaelis, Ciconiarum cum ecclesia Sanctæ Mariæ, Gosenagum cum ecclesia Sancti Martini confessoris, Milliarinam, cum ecclesia Sanctæ Julię et Sermidam.

Præterea quascunque alias curtes, villas, castella, ecclesias et omnia ad idem monasterium pertinentia, vobis nihilominus confirmamus. Præsenti quoque decreto sancimus ut prædictum monasterium, apostolicæ sedis protectione et regia defensione munitum, sub nullius unquam alterius potestate, vel jurisdictionibus redigatur, adeo ut quisquam sacerdotum, nisi ab ipsius loci abbatissa fuerit invitatus, nec missarum solemniam ibi celebrare præsumat. Nulli ergo omnino hominum fas sit, prænominatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integrâ conservatione earum, pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obvenciente vero te ipsius loci abbatissa, vel aliqua illarum, quæ tibi in eodem regimine successerint, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, præviderit eligendam. Sane ipsius loci abbatissæ licen-

tiam indulgemus, ecclesias ad honorem Dei construere, mercatum et castella in terris præfati monasterii, ubicunque voluerit, pro utilitate ejusdem monasterii construere. Nullus etiam episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, seu aliqua magna, parvaque persona ullum districtum in aliquibus locis ipsius monasterii tenere, vel judicare, aut aliquod placitum absque licentia abbatissæ habere præsumat, aut res ipsius spirituales, sæcularesve, quovis modo alienare, vel molestiam ei inferre, aut fodrum vel mansionaticum, seu ripaticum, aut paratas, sive aliquas audeant functiones exigere. Decimas præterea fructuum laborum vestrorum, quos propriis excolitis sumptibus, et districtum servorum et liberorum, ad vestrum cœnobium pertinentium, vobis habenda firmamus. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes abbatissæ vel monacharum, seu clericorum vestrorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, seu quidquid ad sacrum mysterium pertinent, a quibuscunque malueritis Catholicis suscipiatis episcopis, qui nimirum absque pravitate et reprehensione aliqua, ea vobis concedant, quemadmodum a prædecessoribus nostris felicis memoriæ Paulo et Calixto Romanis pontificibus, vestro monasterio, pro fragilitate feminel sexus, constat esse concessum. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioque communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus ss.

Ego Ulbertus presbyter cardin. tituli S. Clementis ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Sanctorum Joannis et Pauli ss.

Ego Romanus diaconus card. Sanctæ Mariæ in Porticu ss.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido diaconus card. Sanctorum Cosmæ et Damiani ss.

Ego Guido diaconus card. S. Mariæ in Via Lata ss.

Ego Oddo diaconus card. Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Datum Brixie per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, in Kalendas Septembris, iudictione xi, Incarnationis

Dominicæ anno 1133, pontificatus vero domini Innocentii II anno IV.

CXVII

Privilegium pro ecclesia S. Petri de Guastalla.

(Anno 1132, Sept. 7.)

[AFFO, *Storia di Guastalla*, I, 333.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis JOANNI archipresbytero et fratribus Ecclesie D. Petri quæ in Guastallensi pago sita est, tam presentibus quam futuris in perpetuum.

Justitiæ et rationis æquitas persuadet ut qui a successoribus suis sua desiderat mandata servari, prædecessoris sui voluntate statuta custodiat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis desideriis accommodantes assensum, Ecclesiam vestram a prædecessore nostro felicitis memoriæ papa Gregorio quinto in plebem de Capella promotam et a successore ejus sanctæ recordationis papa Paschali privilegii sui munimine roboratam, sub apostolicæ sedis tutelam protectionemque nostram suscipiamus, et D. Petri patrocinio commendamus, statuentes ut quascunque possessiones seu decimas, quæcunque etiam bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant. De chrismate et oleo sancto atque ordinatione clericorum, sive consecrationibus ecclesiarum, a quocunque velitis episcopo Catholico accipiendi licentiam vobis liberam indulgemus. Ad hæc adjacentes decernimus ut nullus ecclesiam infra terminos vestræ parochiæ, nisi quæ vobis debeat esse subiecta, absque vestra licentia ædificare præsumat, salva tamen in omnibus apostolicæ sedis auctoritate et reverenda dignitate superscriptæ plebis. Capellas quoque Sancti Bartholomæi, Sancti Georgii et Sancti Martini ad jus vestræ ecclesiæ pertinentes, et a præfatis decessoribus nostris vobis firmatas in vestra subjectione perpetuo manere sancimus. Nulli ergo archiepiscopo, episcopo vel abbati, duci aut marchioni, comiti seu capitano, judici aut gastaldioni, nec omnino alicui hominum fas sit præfatam Ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa fuerunt, usibus omnimodis profutura. Si quæ igitur ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum

bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Wilhelmus Prænestinus episcopus ss.

Ego Romanus card. S. Mariæ in Porticu ss.

Ego Ubertus presbyter Card. tit. S. Clementis ss.

Ego Oddo diaconus card. Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Dat. apud S. Benedictum per manum Aimerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinal. et cancellarii, VII Idus Septembris, indictione X, pontificatus vero Innocentii papæ II anno III, Incarnationis Dominicæ anno 1133.

CXVIII.

Ecclesie S. Frigidiani Lucensi asserit ecclesiam S. Salvatoris, a Landulfo episcopo Ferrariensi concessam.

(Anno 1132, Oct. 5.)

[*Bullar. Lateran.*, 41.]

CXIX.

Decernit ut monachi monasterii Sancti Georgii Majoris sub apostolicæ sedis protectione recepti de cætero sibi eligant, quem ipsi duxerint in abbatem.

(Anno 1132, Octobr. 7.)

[CORNELIUS, *Ecclesiæ Venetæ*, t. VIII, p. 218.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio TRIBUNO abbati monasterii S. Georgii, quod in Venetæ partibus situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Officii nostri hortatur auctoritas pro nos Ecclesiarum statu satagere et earum quieti et utilitati salubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque et honestum et conveniens esse dignoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et apostolicæ sedis patrocinio tueamur vel muniamus. Illoque, dilecte in Domino fili Tribune abba, tuis rationabilibus postulationibus benignitate debita duximus annuendum, et beati Georgii monasterium, cui Deo auctore præesse dignosceris, sanctæ Romanæ Ecclesiæ privilegio roboramus. Per præsentis enim scripti paginam apostolica auctoritate statuimus, ut locus ille sub beati Petri tutela et protectione liber in perpetuum conservetur: nec patriarcha, nec episcopus, neque persona ecclesiastica sæcularisve præsumat te vel successores tuos invitos ad concilium cogere, aut in vos vel in monachos vestros excommunicatos, seu ejectos aut fugitivos absolvere vel suscipere, aut sine tuo tuorumque successorum consensu ad ordines promovere. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona ubilibet idem monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum largiente Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes monachorum qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a diocesano accipietis episcopo, siquidem gratiam et communionem apostolicæ sedis habuerit, et si ea

gratis ac sine pravitare voluerit exhibere. Alioquin pro eorumdem sacramentorum susceptione Catholicum, quem volueritis episcopum adcalis, qui apostolicæ sedis fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prænominatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Ad judicium autem perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis aureos duos quotannis Lateranensi palatio persolvatis. Si quis igitur patriarcha, archiepiscopus, episcopus, aut ecclesiastica sæcularisve persona; in futurum hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Galterius S. Ravennatis archiepiscopus ss.

Ego Guillelmus Prænестinus episcopus ss.

Ego Romanus diac. card. S. Mariæ in Porticu ss.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad Vellum Aureum ss.

Datum Nonantulæ per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diac. card. et cancell., Nonas Octobris, indictione decima, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo trigesimo tertio, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno III.

CXX.

Monasterii Nonantulani possessiones et privilegia confirmat.

(Anno 1132, Oct. 12.)

[MURATORI, *Antiq. Ital.*, t. V, p. 429.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio HDEPRANDO Nonantulani monasterii abbati, ejusque successoribus regulariter ibi viventibus in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum omnibus Ecclesiis et ecclesiasticis personis debitores ex apostolicæ sedis auctoritate ac benevolentia existamus, illis tamen ardentius providere nos convenit, ut eas a pravorum hominum incur-

bus defendendo arctiori debeamus charitate diligere, quas beato Petro et sanctæ Romanæ Ecclesiæ non est dubium specialius adhærere. Dignum namque et honeste conveniens esse cognoscitur ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, earum quieti et utilitati salubriter, auxiliante Domino, providere curemus. Proinde, dilecte in Domino filii Hdeprande abba, tuis rationalibus postulationibus benignitate debita duximus annuendum et Nonantulanum beati Silvestri monasterium, cui Domino auctore præesse dignosceris, quod utique ab Astulfo Longobardorum rege, ejusdem loci fundatore, beato Petro oblatum est, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ Leonis, Alexandri, Paschalis et Calixti, Romanorum pontificum, apostolicæ sedis privilegio communimus. Statuimus enim ut quæcunque prædia, quascunque possessiones seu bona idem monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, firma tibi, tuisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjungimus: ipsum videlicet castellum Nonantulanum, castellum Vetus, Galianum, Cathinianum, Fananum, Lixanum, Sclopinum, Samonum, Campilium, Maranum, Pratum Albinum, monasterium Sanctæ Luciæ cum ecclesiis et pertinentiis suis, ecclesiam Sanctissimæ Trinitatis de Savino, Manzolinum, Ravallium, Rastellinum, Sanctam Mariam de Grumolo, Spinalberti, Solariam, Roncaglia, Camoranam, Curtile Siccum, castellum Pollacci, Trecentula, Bondenum, Nogariam, castellum Cellum, et Marzariam cum pertinentiis eorum. Præterea castellum Cellulæ, curtem Ragusa, castellum Theodaldi cum omnibus alodiis, quæ in ipso comitatu Ferrariensi Bonifacius marchio acquisita possedit, vestro in perpetuum monasterio confirmamus, quæ comitissa Mathildis de oblatione, quam Sancto Petro et Romanæ Ecclesiæ dederat, vobis nuper dedisse cognoscitur, sub censu scilicet unius aurei annuo, in civitate Papiensi ecclesiam Sancti Quirici, in Placentina ecclesiam Sancti Silvestri, in Monticello ecclesiam Sancti Georgii, in Cremona ecclesiam Sancti Silvestri, ecclesiam Sanctæ Crucis, et ecclesiam Sancti Benedicti, in Parmensi ecclesiam Sancti Silvestri, in suburbio Vicentiæ ecclesiam Sancti Silvestri, in Libertino ecclesiam Sancti Silvestri, in Montesilicæ ecclesiam Sancti Danielis cum omnibus ad ipsam pertinentibus, in Tarvisina civitate ecclesiam Sanctæ Mariæ, et Sanctæ Fuschæ cum libertate, capellis, et omnibus ad eam pertinentibus. Sane nec Mutinensi omnino, nec alicui cuiquam episcoporum, vel principum, aut alicui ecclesiasticæ, sæcularisve personæ liceat supradicto monasterio, aut ejus cellis vel ecclesiis, aliisque possessionibus gravamen inferre, exactiones imponere, placitum, sive colloquium, præter abbatis ac fratrum voluntatem, indicare vel tenere. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia proponatur, nisi quæ fratres communi consensu, vel fra-

trum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, A et beati Benedicti Regulam, præviderint eligendum, qui nimirum ad apostolicæ sedis præsulem consecrandus accedat. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, sive clericorum eidem monasterio, cellis vel ecclesiis pertinentium, a quo malueritis, Catholico accipietis episcopo, si quidem gratiam et communionem apostolicæ sedis habuerit, et si ea gratis et sine pravitate voluerit exhibere. Non enim episcoporum cuiquam permittimus invito abbate in monasterio vel monasterii cellis seu ecclesiis, ordinationes facere, missas publicas celebrare, vel earum decimas vindicare, nec de ipso monasterio, vel ejus rebus rescriptum subripere, aut quolibet modo impetrare cuique personæ facultas sit. Quod si forte præsumptum fuerit, irritum penitus hæbeat. Nec episcopis facultas sit, monasterii vestri clericos sine tui consensus deliberatione, interdictionis aut excommunicationis sententia coercere; quæcunque præterea in posterum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis prænominatum monasterium auxiliante Domino poterit adipisci, vobis præsentis scripto firmamus. Porro illa dignitatis insignia, quibus antecessores tui inter missarum solemnitas uti noscitur, nos personæ tuæ ex apostolicæ sedis benignitate concedimus, ut scilicet in diebus solemnibus ad missarum officia celebranda dalmatica, mitra, chirothecis et sandalis induaris. Ad hæc adjicientes decernimus ut nulli omnino hominum fas sit præfatum cœnobium temere perturbare, etc., ut in omnibus semper apostolicæ sedis, cujus est proprium, munimine ac protectione congaudeat. Si quis igitur in futurum archiepiscopus, vel episcopus, imperator sive rex, princeps, aut dux, comes, viccomes, iudex, castaldio, aut ecclesiastica sæcularive persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere, etc.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli subscripsi.

(27) Chronicon cellæ hujus Burglensis scripsit Conradus S. Blasii monachus, quod edidit noster P. Rustenus Heer in anonymo Murensi ubi plurima hæc bullam illustrantia habentur.

(28) Ecclesia S. Joannis in villa Eggenheim ad pedem montis Burglensis parochialis fuit, ac mutata religione adhuc est.

(29) Ex charta Hermanni episc. Constantiensis anni 1155 liquet quod Udalricus I episcopus Constantiensis de Dillingen, qui obiit anno 1127, transtulerit ecclesiam Burglun in potestatem monachorum auctoritate papæ Honorii atque Moguntini archiepiscopi Adalberti. Negotium ergo hoc jam incœperat

Ego Georgius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Oddo diaconus cardinalis Sancti Georgii ac Velum Aureum subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu subscripsi.

Datum Nonantulæ per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, quarto Idus Octobris, indictione x, Incarnationis Dominicæ anno 1133, pontificatus vero Innocentii papæ II anno tertio.

CXXI.

Ad Bertholdum abbatem S. Blasii. — *Approbat se parationem ecclesiæ Burglensis ab ecclesia Eggenheim.*

(Anno 1132, Nov. 4.)

[D. GERBERT, *Hist. Nigræ Silvæ*, III, p. 66.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BERTHOLDO abbati monasterii S. Blasii ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Quemadmodum ea quæ a nobis statuuntur, firmum volumus et illibata consistere, ita quæ a fratribus nostris rationabili studio gesta sunt, intemerata custodiri sancimus. Proinde, dilecte in Domino filii Bertholde abbas, quod de Burgala (27) cella et capella S. Joannis, quæ in loco qui Ekkeneim (28) dicitur sita est, a venerabilibus fratribus nostri bonæ memoriæ Odelrico (29) Constantiensi episcopo et successore ejus itidem Odelrico, consensu archiepiscoporum, ac cæterorum presbyterorum illius parochiæ statutum est, auctoritate sedis apostolicæ confirmamus, ut videlicet prædicta Burgala cella et Ecclesia B. Joannis, quæ nimirum præfatis episcopis consentientibus in allodio constructæ sunt, quod Quarnerius et Aguiptus (30) ad conversionem venientes monasterio B. Blasii, cui Deo auctore præsidet, obtulerunt, cum suis pertinentiis perpetuum jam dicti cœnobii juris existant, ita tamen, ut in prænominata Burgala cella fratres monasterii Sancti Blasii libere et absque alicujus contradictione Domino famulentur, et in ecclesia B. Joannis in pedemontis ædificata plebs divina percipiat sacramenta et unaquæque suis contenta sit terminis, quemadmodum a supradictis episcopis noscitur institutum. Nulli ergo hominum fas sit hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel mutare, sed omnia sicut superius est expositum, perpetuis futuris ten-

Udalricus I; perfecit vero successor ejus Udalricus II, Constantiensis episcopus, cujus confirmatio transactionis super loco Burgulum abbati S. Blasii asserta habetur apud P. Hergott, *Cod. Probat.* t. II, p. 154, « data Basileæ an. 1130, 8 Febr. » qui die convenit cum feria vii, seu Sabbato.

(30) Sunt hi Wernherus de Kattenbach, ejusque frater Wipertus, qui sub Rusteno abbate circa ann. 1120 monachi in S. Blasio effecti bona sua in Burglen, Ekinheim, Kallinbach aliisque eidem monasterio contulerunt, ut ex citato Burglensi Chronico liquet.

quibus in sua stabilitate serventur. Si quis autem hujus nostræ constitutionis temerator exstiterit, indignationem beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Data Placentiæ II Nonas Novembris.

CXXII.

Ad Gausfredum Carnotensem et Stephanum Parisiensem, episcopos. — Ut Aurelianensi subdecano ac vicis honores et bona ablata restitui satagant.

(Anno 1132, Nov. 5.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 401.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus GAUSFRIDO Carnotensi, apostolicæ sedis legato, et STEPHANO Parisiensi, episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Prout novit vestra fraternitas, damna et injurias dilectis filiis nostris Archembaldo Aurelianensi subdecano, magistro G. et eorum sociis irrogatas, et honores sibi ablatos, restituendos, in vestro arbitrio et estimatione posuimus. Quod quia minime impletum esse accepimus, dilectioni vestræ mandamus atque precipimus, ut quemadmodum bene inchoastis, in nomine Domini procedatis, et eandem causam effectui mancipetis.

Datum Placentiæ Nonis Novembris.

CXXIII.

Privilegium pro Ecclesia S. Ursi Augustensis (prov. Tarentas.).

(Anno 1132, Nov. 19.)

[*Historia Patriæ Monumenta*, Chartæ, I, p. 769, ex archiv. collegiat. S. Ursi d'Aosta (L. C.).]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HERBERTO Augustensi episcopo etque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Apostolicæ sedis moderamini congruit religiosorum virorum desideriis clementer annuere, et ut gratum Deo suscipiant incrementum suum eis suffragium impertiri. Tuis igitur, frater venerabilis Herberte episcope, postulationibus annuentes, ecclesiam Sancti Ursi quæ in Augustensis civitatis suburbio sita est, scripti nostri pagina communitimus. Scimus enim ut, juxta votum tuum et collaudationem et assensum fratrum tuorum, videlicet Bononis præpositi, Stephani archidiaconi, ac totius capituli, ordo canonicus in eadem Ecclesia futuris temporibus inviolabiliter conservetur, atque decedentibus canonicis, qui ibidem in præsentiarum opere noscuntur, nullus eis nisi vitam professus canonicus subregetur. Quæcunque præterea bona, seu possessiones prænominata Ecclesia in præsentia indictione decima juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci firma fratribus in ea regulariter viventibus, et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, mi-

nuere, aut temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur regularium canonicorum usibus in perpetuum profutura. Si quis autem huic nostræ constitutioni temerario ausu contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, atque sententiæ excommunicationis subiaceat. Conservantes autem omnipotentis Dei gratiam et æternæ vitæ præmia consequantur.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Datum Placentiæ XIII Kalendas Decembris, indictione X, Incarnationis dominicæ anno 1133, pontificatus Domini Innocentii papæ II anno III.

B

CXXIV.

Ad Petrum Venerabilem Cluniacensem abbatem. — SS. Facundi et Primitivi in Hispania cœnobium conceditur.

(Anno 1132, Dec. 13.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 410.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto PETRO Cluniacensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ignem venit Dominus mittere in terram, et vult ut ardeat. Quia ergo gratuita Dei beneficia sacrum Cluniacense collegium suæ visitationis gratia illustravit, ignem in eo charitatis accendit, et discreta religionis humilitate perfudit: æquissimi juris est, ut quod gratis accipit, fratribus indigentibus devote

C

impendat, lapsos relevet, tepidos excitet, et piæ religionis radios, et bene Deo placentis conversationis odorem, diversas mundi illustrando provincias, longe lateque transfundat: et sic amor et gloria divini cultus, quæ copiose, Deo gratias, vigent in vite, per vestram administrationem Deo grata et secunda

ubertate multiplicentur in propagine Monasterium ergo SS. martyrum Facundi et Primitivi, quod in Hispaniarum partibus situm est, et ad jus B. Petri constat specialiter pertinere, qui a religionis nitore, et temporalium rerum opulentia, quibus pristinis temporibus effloruerat, unde valde dolemus, peccatis exigentibus excidit: nos, quorum præcipue interest

D

in antiquum revocare, illustris filii nostri Aldefonsi Hispaniarum regis vota clementius admittentes, vestris postulationibus impertimur assensum. Igitur locum ipsi cum suis omnibus pertinentiis tibi, dilecte in Domino fili Petre abbas, tuisque successoribus, salvo nimirum B. Petri censu annuo, et S. R. E. in omnibus debita justitia et reverentia, ad reformationem religionis, et rerum temporalium incrementum, ex apostolicæ sedis benignitate committimus. Vestra itaque, charissimi filii, interest ut ope, et consilio, vestraque instantia, religio in eodem monasterio reformetur, et tam in interioribus quam in exterioribus locus ipse ad statum et dignitatem pristinam auxiliante Domino reducatur.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episc. subscripsi.

Ego Urbanus presb. card. tit. S. Clementis subscripsi.

Ego Anselmus presb. card. subscripsi.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli, subscripsi.

Ego Guido diac. card. S. Mariæ in Via Lata subscripsi.

Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum, subscripsi.

Datum Bononiæ per manum Aymerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, Id. Decemb., indict. x, Incarnationis Dominicæ anno 1132, pontificatus domini Innocentii papæ II anno III.

CXXV.

Norberto ejusque successoribus archiepiscopis Magdeburgensibus, possessiones et bona sua, cum universim, tum nominatim, confirmat.

(Anno 1131-1133.)

[LUDWIG, *Reliquiæ manuscript.*, XII, p. 388.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri NORBERTO Magdeburgensi episcopo ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Tunc apostolicæ sedi et Romanis pontificibus honor integre conservatur, si unicuique Ecclesiæ suæ dignitas custoditur, fratrum etenim nostrorum gloriam nostram propriam indicamus. Romanæ siquidem Ecclesiæ consueta benignitas et discreta humilitas quos devotos et mansuetos filios reperit, alios dignitatibus et honoribus sibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis et dilectionis prærogativa sublimat. Equidem et rationabile est, ut, quorum beneficia et obsequia nos suscepisse recolimus, eorum devotioni in mensura pari, nec quantitate æquali, sed ex abundantiore benevolentia libenti animo, respondere curemus. Cæterum quam strama perseverantique constantia causam juris tuæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, venerabilis frater Norberte Magdeburgensis archiepiscopo, incandescente Petri Leonis schismate, fervor tuæ religionis et discretio prudentiæ suscepit defensandam et se invicem inexprimabilem, pro domo Dei opponens, animos regis et principum et aliarum tam ecclesiasticarum, quam sæcularium personarum, ad catholicæ Ecclesiæ unitatem et beati Petri ac nostram obedientiam, frequentibus argumentis et ratione munitis inducere laboraverit, magnaque inde Ecclesiæ Dei et nobis pervenerit utilitas, manifestum est. Ideoque, charissimè frater, quem plena in Domino charitate diligimus et familiari sedis apostolicæ gremio detinemus, charissimi filii nostri, illustris et gloriosi regis Lotharii et tuis rationabilibus postulationibus assensum præbentes, possessiones et bona quæ juste et legitime possides, tibi et successoribus tuis; et per eos Magdeburgensi Ecclesiæ, auctoritate apostolica confirmamus et præsentis privilegii pagina communiamus, in quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda. In Magdeburgensi diocesi, ab-

batiam Beati Joannis Baptistæ; ecclesiam Beatæ Mariæ; ecclesiam Beati Joannis evangelistæ; ecclesiam Sancti Nicolai; ecclesiam quæ dicitur Gratia Dei; abbatiam Haldesleve; præposituram Sanctæ Mariæ Gallæ in episcopatu Ossenburgensi; ecclesiam Eugerii in Monasteriensi episcopatu; abbatiam de Borchorst in Moguntinensi diocesi, etc. Ad hoc prædecessorum nostrorum sanctorum virorum, Joannis, Benedicti et Leonis, Romanorum pontificum, vestigiis inhærentes, crucis et pallii prærogativam et dignitatem metropolitanam, quemadmodum in eorum continetur privilegiis, vobis concedimus et super civitates et cum episcopali dignitate vobis nihilominus roboramus. Quæque præterea in futurum liberalitate regis, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præfata ecclesia, largiente Domino, poterit adipisci, firma vobis de cætero et illibata permaneant. Decernimus ut nulli omnino hominum liceat præfatum Magdeburgensem Ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus exactio-nibus conturbare, sed omnia integra conserventur, tibi inique successoribus in perpetuum profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo ter-tiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Prælecta et diligenter subauscultata est præsens copia per me Ottonem Cæpes, notarium publicum, et non discedit principalibus suis litteris verbo aliquo, quod protestor manu propria.

CXXVI.

Privilegium pro monasterio S. Mariæ de Morrone.

(Anno 1133, Jan. 23.)

[*Annales Camaldul.*, t. III, p. 341, ex authentico episcopatus Volaterrarum.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GERARDO abbati monasterii Sanctæ Mariæ de Morrone, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Religiosi viri quanto familiariter omnipotenti Deo adhærere noscuntur, tanto studiosius paternæ sunt affectionis intuitu fovendi. Eapropter, dilecte in Domino filii, Gerarde abbas tuis, rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et Beatæ Mariæ monasterium cui Deo auctore præesse dignosceris cum suis omnibus pertinentiis sub apostolicæ sedis tutelam et protectionem suscipimus, et beati Petri ad quem specialiter pertinet, patrocinio duximus

annuendum. Statuimus enim ut quæcunquæ prædia, A quæcunquæ possessiones seu bona a nobilis memoriæ Uvicione comite et filiis ejus Uvolino, Rainerio, Lotberio, et Bolgarino, aut aliis Catholicis viris vestro monasterio sunt juste concessa, tibi tuisque successoribus in perpetuum firma et illibata manere sancimus. In quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjunximus: castellum videlicet de Vivario cum paritario et aliis pertinentiis ejus; possessiones de Morrora, possessiones de Castello de Sojana, de Negoriana, de Rivoalto, de Massa, de Montegemule. Quæcunquæ præterea bona præfatum cœnobium in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante, Domino poterit adipisci, vobis præsentis scripti pagina confirmamus. Decernimus ergo ut nulli episcopo, nulli omnino hominum liceat præfatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra serventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate agnoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus SS.

ADJVA NOS, DEUS, SALUTARIS NOSTER.

Ego Guilielmus Prænestinus episcopus SS.

Ego Joannes Ostiensis episcopus SS.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina SS.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli SS.

Ego Martinus presbyter cardinalis tituli Sancti Stephani in Cælio monte SS.

Ego Oddo diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani SS.

Datum Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, x Kalend. Februarii, indictione xi, Incarnationis Dominicæ anno 1134, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno iv.

Ego Marchesius sacri Lateranensis palatii, publicus iudex authenticum vidi et legi et SS.

Ego Albertus notarius apostolicæ sedis authenticum illud vidi et legi et SS.

Ego Albertus notarius apostolicæ sedis authenticum illud vidi et legi et SS.]

PATR. CLXXIX.

A Ego Hugo notarius apostolicæ sedis authenticum illud vidi et legi et ss.

CXXVII.

Privilegium pro parthenone S. Mariæ de Fontanis.

(Anno 1133, Febr. 9.)

[DUPLESSIS, *Hist. de l'Eglise de Meaux*, II, p. 26.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ in Christo filiæ mulieri priorissæ monasterii B. Mariæ de Fontanis, ejusque sororibus tam præsentibus quam futuris inibi regulariter substituentibus in perpetuum, etc.

.... Statuentes ut quascunquæ possessiones, quæcunquæ bona in præsentiarum juste et legitime possidet.... firma vobis in perpetuum et illibata permanent; in quibus hæc adnotanda subjunximus: possessiones de prope Fontanis cum appendiciis earum, prata, colonantias, cum omnibus ad eas pertinentiis, etc.... Apud Jambri domos et terras ab illustri viro Teobaldo Blesensium comite monasterio vestro donationis titulo concessas, etc....

Datum Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, quinto Idus Februarii, indictione xi, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno iv.

CXXVIII.

Ecclesiæ Cellensis superioris disciplinam Præmonstratensem bonaque confirmat.

(Anno 1133, Febr. 20.)

[HUGO, *Annal. S. ord. Præmonstrat.*, t. I, p. 384.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio JOANNI Cellensis ecclesiæ præposito, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Apostolicæ sedis moderamini congruit religiosos viros debita benignitate diligere, et eorum loca protectionis suæ patrocinio communire. Quapropter, dilecte in Domino filii Joannes præposite, tuis rationabilibus postulationibus accommodantes assensum, Cellensem Beati archangeli Michaelis ecclesiam, quæ juxta Wirtzburgensem civitatem a te et Henrico fratre tuo, devotionis intuitu, fundata esse dignoscitur, præsentis privilegio duximus roborandam. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum B. Augustini Regulam, venerabilis fratris nostri Norberti Magdeburgensis archiepiscopi, religiosi utique et prudentis viri, antiquo studio, est inibi institutus, perpetuis temporibus in eadem ecclesia inviolabiliter conservetur. Fratres quoque qui, divina inspirante clementia, ibidem ad conversionem venerint, post factam in eodem loco professionem, ad alia loca convolandi non habeant facultatem; nullus archiepiscopus, episcopus, abbas, vel quilibet alius sine præpositi sui licentia, eos suscipere aut susceptos retinere præsumat; hoc enim et sacris regulis inhibetur, et ab ecclesiasticis personis convenit esse alienum. Porro permutationem illam, quæ inter te et venerabilem fratrem nostrum Embricum Wirtzburgensem episcopum, consensu canonicorum suorum, super eodem loco rationabiliter facta est et ver scripti sui paginam

confirmata, nos autem auctoritate apostolica roboramus. Quæcunque præterea per vos ab eodem episcopo vel redempta, vel aliorum fidelium oblatione eidem ecclesiæ canonice collata sunt, aut deinceps justis modis, auxiliante Domino, conferri contigerit, tibi tuisque successoribus firma in perpetuum et illibata permaneant, salva nimirum diœcesani episcopi iustitia et reverentia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere infestare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra serventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Si qua ergo in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui periculum patiat, atque a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat. Cunctis autem eidem ecclesiæ, quæ sunt justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Pisis per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, x Kalend. Martii, indict. xi, Incarnat. Dominicæ anno 1133, pontificatus D. Innocentii II papæ anno iii.

CXXIX.

Ad Didacum archiepiscopum Compostellanum, Ariam Legionensem et P[etrum] Lucensem.

(Anno 1133, Mart. 1.)

[FLOREZ, *España sagrada*, XX, 529.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus DIDACO Compostellano archiepiscopo, ARIÆ Legionensi, et P. Lucensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Inspectis fraternitatis vestræ litteris vesaniam atque inobedientiam illius Ovetensis manifeste cognovimus, qui nimirum quoniam peccatum peccato adjicere minime formidavit, et contra interdicti sententiam primum per legatos nostros in eum datam, et postmodum nostra auctoritate firmatam, episcopale officium celebrare tentavit, nos eum auctoritate Spiritus sancti excommunicationi subjicimus, et ut ab eo tanquam ab excommunicato abstinatis, sollicitudini vestræ mandando præcipimus. De cætero super amore et reverentia quam erga S. R. E. et nos ipsos geritis, multimodas vobis gratias referentes vestram experientiam præsentibus litteris commonemus, quatenus ad ea quæ B. Petro expedire noveritis, propensius intendatis, et pro ipsius servitio tanquam boni et devoti filii efficaciter laboratis.

Dat. Pisis Kal. Martii (31).

(31) Innocentius, Gallia peragrata in Italiam rediit anno 1132.

CXXX.

Archiepiscopis, episcopis et abbatibus per Toletanam, Bracarensem, Compostellanam provincias constitutis significat A. Ecclesiæ Ovetensis invasorem a sese excommunicatum esse.

(Anno 1135, Mart. 1.)

[FLOREZ, *ibid.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et abbatibus per Toletanam, Bracarensem, Compostellanam provincias constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

† Dilectionem vestram nolumus ignorare quoniam in A. Ovetensis Ecclesiæ occupatorem pro eo quod contra prohibitionem legati nostri consecrationem suscepit, et post suspensionem per nuntium sedis apostolicæ in eum factam, et a nobis postmodum confirmatam, celebrare officium episcopale tentavit, communicato fratrum nostrorum consilio excommunicationis sententiam promulgavimus: ideoque vestram præsentibus litteris duximus commonendam fraternitatem, quatenus vos ab ipso tanquam ab excommunicato sollicitè custodiatis, et subjectos vestros, ut ab eodem pariter se observent, nihilominus moneatis.

Dat. Pisis Kal. Martii.

CXXXI.

Ecclesiæ Ferrariensis possessiones, petente Landulfo episcopo, confirmat.

(Anno 1135, Mart. 11.)

[COCQUELINES, II, p. 209.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri LANDULFO episcopo, consulibus et populo Ferrariensi in perpetuum.

Ad hoc in apostolica sedis cathedra, disponente Domino, constituti esse conspicimus, ut justis postulationibus liberiori animo præbeamus assensum, et quos devotiores ad nostrum obsequium, et sanctæ Romanæ Ecclesiæ specialius adhærere cognoscimus, scilicet ejusdem piæ matris gremio familiarius confovere curemus. Quia igitur vos, dilecti in Domino filii, beato Petro et nobis qui, licet indigni, ipsius vice fungimur, nostrisque successoribus omnem obedientiam et gratum obsequium exhibituros promissistis, prædecessorum nostrorum sanctæ recordationis Adriani, Benedicti et Paschalis Romanorum pontificum, inhærentes vestigiis, Ferrariensem Ecclesiam tanquam specialem apostolicæ sedis filiam, sanctæ Romanæ Ecclesiæ patrocínio communimus, et ei fundos suos præsentis privilegii pagina roboramus. In quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjunximus: massam videlicet Babylonicam, quæ vocatur Ferraria, cum duodecim fundis suis, cui duodecim alias massas nostras minores cum omni obedientia ac servitute subjungamus, id est massam et ripam Palatiolus cum duodecim fundis suis, simulque massam Quartisianam cum duodecim fundis

suis, et similiter massam Popularem cum duodecim fundis suis, nec non massam Corulum, et massam Saletum cum viginti quatuor fundis suis, et massam Sencticam, et Tastilionem, cum fundis suis, massam quoque quæ vocatur Firmignana cum omnibus fundis suis; quas massas cum omnibus suis pertinentiis, de dominio et jure atque potestate sanctæ sedis apostolicæ, a præfatis prædecessoribus nostris Ecclesiæ Ferrariæ concessas, nos quoque eidem præsentis decreti auctoritate firmas statuantes, ut tam tibi, frater Landulphus episcopo, quam tuis etiam successoribus in singulis massis ecclesias cum clericis diaconibus, et presbyteris ordinandi et consecrandi licentia permittatur. Termini autem Ferrariensis comitatus his finibus distinguuntur: ab oriente ab una parte fluminis Padi, ab altera nostra massa Phiscalia, et Veteraria; transeunt flumen Sandali usque Bucciletum, per Bucciletum transeunt flumen Gabianam per Ludurium, circumdant villam magnam Madrariam, pervenientes usque Malletum, a Malleto pergunt juxta arginem Anxianum, per paludes piscarias usque Vitricam, et transeunt Vitricam perveniunt usque fossam Buranam, et inde exeunt in Padum, et descendunt usque ad occidentem usque Ulmum formosam quæ certa finis inter Romaniam et Longobardiam. Ab altera autem fluminis parte fines sunt similiter: ab oriente callis de fine, quæ terminus est inter nostrum comitatum Comaciensem, et extendunt se per paludes et piscarias usque ad fossatum Silvulæ, et circumdant massam Corneti et Lacinanum, quæ de nostro comitatu Ferrariæ sunt. Descendentes inde ad occidentem per paludes et piscarias usque flumen Tartari, exeunt usque in flumen Padi. Porro habitatoribus ipsius massæ majoris Ferrariæ pravas et malas consuetudines amovemus, nisi tamen, sicuti soliti sunt, ad suffragium sanctæ Romanæ Ecclesiæ per eorum nuntium unaquæque libera persona de moneta Venetiarum denarios singulos, juxta antiquam consuetudinem, dabit. Census vero, et tributum, atque telonei ripa et flumine, unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem et meliorationem, seu restaurationem jam dictæ majoris massæ concedimus; alteram vero medietatem ad nostras manus reservamus. Similiter telonei de mercato unam medietatem nobis retinemus, alteram vero præfato nostro Ferrariæ episcopo condonamus. Placitum sane generale similiter in dominio ac potestate sanctæ Romanæ Ecclesiæ reservamus, ut videlicet coram nostro nuntio, semel in anno faciente justitiam, ab omnibus per tres dies custodiat. Collectam vero vel fodrum, aut pravam vel injustam functionem, aut dationem, seu consuetudinem nequaquam exigimus, scilicet omnia pro Dei timore atque amore præfate nostræ sanctæ ecclesiæ Beati Georgii, omnibus habitatoribus ipsius majoris massæ peperimus, aliasque minores massas ei, sicut supra dictum est, cum omnibus suis servitutibus subjugamus. Præterea vestræ devotionis desiderio an-

nuentes, præfatos comitatus Ferrariæ, et generale civitatis placitum, ac Comacini riparum cum omni jure, quod infra civitatem et comitatum ad dominium sanctæ Romanæ Ecclesiæ pertinet, alicui minime tribuemus, nisi aut communi civitatis vestræ, aut Ferrariensi episcopatu, ita tamen, ut quantum exinde ab illis habere poterimus, vos beato Petro justa compensatione honorum ac sapientum consilio, persolvatis. Ad hæc de vestra fidelitate atque servitio plurimum confidentes, offensas illas, quas nobis et prædecessoribus nostris intulistis, vobis ex benignitate sedis apostolicæ condonamus. Pro tantis itaque perceptis a sede apostolica beneficiis, vestra universitas nobis nostrisque successoribus per proprium nuntium in commune... juvabitque in civitate, et toto comitatu Ferrariæ justitiam beati Petri et sanctæ Romanæ Ecclesiæ nos et successores nostros recuperare, retinere ac defendere bona fide juvabit. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisque persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, aut Ferrariensem Ecclesiam super his quæ dicta sunt, minuere, aut sanctæ sedi apostolicæ sua in ei jura, quæ superius significata sunt, auferre præsumperit, pænæ et compositionis nomine reddat eidem sanctæ sedi apostolicæ auri optimi libras centum; et nisi quæ male præsumpta sunt, satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem præfatis ecclesiis juxta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum in territorio Vulterrano per manum Americi sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, v Idus Martii, indictione xii, Incarnationis Dominicæ anno 1133, pontificatus domini Innocentii papæ II anno iv.

CXXII.

Syrum Januensem ex episcopo archiepiscopum factum pallio decorat eique Marianensem, Nebiensem, Acciensem episcopos suffraganeos subjicit.

(Anno 1133, Mart. 19.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, IV, 859.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri SYRO Januensi archiepiscopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Justus Dominus, et justitiam dilexit, æquitatem vidit vultus ejus. Si pro homine perditio humanatus est Dei Filius, et pro ejus redemptione atque salute mortem ignominiosam pertulit, Catholica igitur et sancta Dei mater Ecclesia, ne filii sui damnetur, perpetuo bona sua hilari vultu et mente jucunda,

quoniam id ipsum æquilitatis et justitiæ ratio postulat, debet impendere. Quocirca sacrosancta sedes apostolica, animarum saluti providens, quoniam pro discordia, et guerra, quæ inter dictam Januensem civitatem et Pisas olim argutissimo id favente inimico humani generis orta est, incomparabiles hominum clades, Christianorum captivitates, et ecclesiarum destructiones innumeræ provenerunt, ut de cætero tam detestabilis lis et dissensio conquiescat, personam tuam, et per te Januensem Ecclesiam a præfata civitate, quæ beato Petro ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidelis, et ad serviendum prompta exstitit, et de cætero se id facturam propensius pollicetur, decorem et exaltationem prærogativa gloriosa sublinuat. Te igitur, frater charissime Syre archiepiscopo, pallii genio decorantes, et gratia ampliori donantes, in archiepiscopum promovemus, et tres episcopatus in Corsica, Maranen. videlicet, Nebolensem, et tertium, cujus sedem constituimus Ecclesiam Sancti Petri de Acci, qui habeat unam plebem de Maraua, et aliam de Meria, atque Vobzensem, et illum de Brunate, quem modo novum statuimus tibi, tuisque successoribus metropolitico jure subjicimus. Verumtamen episcopatum Januensem, et te videlicet, ac posteros tuos ab omni emancipatos subjectione in manu propria libere retinemus, statuentes ut Januensis archiepiscopus eo ordine, quo et Pisanus solo Romano pontifico consecratur. Quod si forte Pisanus archiepiscopus a suis suffraganeis fuerit consecratus, Januensis quoque a suis nihilominus similiter consecratur. Deinde vero infra Ecclesiam præferens, videlicet diebus Cæna Domini, et Pascha, Ascensione Domini, Pentecoste, in festivitate apostolorum Petri et Pauli, S. Laurentii, tribus festivitibus S. Mariæ, Natali Domini, Epiphania, et in die anniversarii consecrationis tuæ, in consecrationibus quoque episcoporum, basilicarum, et ordinationibus clericorum. Abbatiam quoque de Tyro ad meliorationem, salva sanctæ Romanæ Ecclesiæ proprietate ac consensu, tibi, venerabilis frater archiepiscopo Syre, committimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissime corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem hæc nostra statuta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestinus episc.

Ego Joannes Ostiensis episcopus.

(52) Anno 1133, quo Innocentius a Romanis in Lateranensi palatio receptus fuit.

A Ego Rudolphus Ortanus episc.

Ego Joannes tit. S. Chrysogoni presbyter card.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucin.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli.

Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani in Cælio Monte.

Ego Rainerius Senensis episc.

Ego Rolandus Rossellanus episc.

Ego Ildizo Saonensis episc.

Ego Romanus diac. card. S. Mariæ in Porticu.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi.

Ego Guido diac. cardin. S. Mariæ in Via Lata.

Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

B Ego Guido diac. card. SS. Cosmæ et Damiani.

Datum Grosseti per manum Aymerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, xiv Kal. Aprilis, indict. x, Incarnationis Dominicæ anno 1133, pontif. vero D. Innocentii PP. II anno iv.

CXXXIII.

Ad Hugonem Burgundiæ ducem. — Monet ut Herbertum abbatem Divionensem teneatur contra monachos S. Sequani, quos excommunicatos nuntiat.

(Anno 1133, Maii 19.)

[D. BOUQUET, XIV, p. 248.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio HUGONI illustri Burgundiæ duci, salutem et apostolicam benedictionem.

Controversia quæ inter filios nostros Herbertum C Divionensem abbatem et monachos S. Sequani jam dudum agitata est, dilecti fratris nostri Stephani Cisterciensis abbatis, sapientis siquidem viri, cui eam per justitiam vel concordiam terminandam commisimus, exstat provida discretione decisa. Verum præfati monachi spiritu superbiæ inebriati, non solum concordiam ab eodem fratre nostro statutam minime servarunt, quin potius quendam villam ecclesiæ S. Stephani pervadentes, vasa fratrum ipsius loci fuderunt, vasa vinaria confrugerunt, et eandem villam tam animalibus quam rebus aliis spoliarunt; quod nimirum tante gravius ferimus, quanto hæc ipsa tuo favore perpetrata esse accepimus. Nos igitur, quorum præcipue interest malefactores debita sententia coercere, in eosdem monachos D jamdudum prolatam excommunicationem innovamus, et omnes qui opem et consilium in eodem maleficio præbuerunt, donec supradicta damna restituantur, pari sententiæ subjacere præcipimus. Nobilitati ergo tuæ mandamus ut jam dictam concordiam quæ per tam sapientem virum et industrium facta est, facias observari, et ne prædictus abbas propter hoc ulterius molestetur, studeas providere; alioquin timendum est ne tibi imputetur, si, cum possis malum prohibere, non prohibes. Dilectam filiam nostram ducissam uxorem tuam, in Domine salutamus ac benedicimus.

Data Laterani, xiv Kal. Junii (32).

CXXXIV.

Ecclesiam S. Stephani Pratensem tuendam suscitavit et ejus jura confirmavit.

(Anno 1133, Maii 21.)

[UGRELLI, *Italia sacra*, III, 331.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ILDEPRANDO præposito ecclesiæ S. Stephani de Prato, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Justitiæ et rationis ordo nos admonet ut qui ad Ecclesiarum regimen divina sumus providentia assumpti, eas et a pravorum hominum incursibus tueamur, et sub pio S. Rom. Ecclesiæ gremio confovere curemus. Hoc nimirum charitatis intuitu, dilecte in Domino filii Ildeprande præposite, tuis precibus duximus annuendum, et B. Stephani protomartyris ecclesiam, cui Deo auctore præsidet, sub tutela B. Petri protectioneque suscipimus. Statuimus itaque ut in parochia ejusdem ecclesiæ te invito, tuisque successoribus aut fratribus contradicentibus, nulli omnino hominum liceat ecclesiam construere, aut aliquam super hoc injuriam irrogare, salva sedis apostolicæ reverentia. Decimas quoque eorum qui ad vestram ecclesiam jure parochiali pertinent, absque alicujus contradictione vobis habendas concedimus. Sepulturam ejusdem loci ad opus eorum qui parochiam vestri censentur, vobis et ecclesiæ vestræ nihilominus confirmamus. Decernimus etiam ut nullus interdicti seu excommunicationis sententiam absque justa et rationabili causa in vos audeat promulgare. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocæsano suscipietis episcopo, siquidem Catholicus fuerit, et gratiam sedis apostolicæ habuerit, et si ea gratis et absque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin Catholicum, quem malueritis, ad ealis antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Quæcumque præterea bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum fas sit eandem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut aliquibus vexationibus fatigare, et omnia integra serventur tuis et successorum tuorum usibus profutura, salva diocæsani episcopi reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisque persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a sanctissimo corpore ac sanguine Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, et in extremo examine districtæ ultioi

A subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

C. Ego Innocentis Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Dat. Laterani per man. Almerici S. Rom. Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii xii Kal. Junii, indict. xii, Incarn. Dominicæ anno 1133, pontificatus, vero Innocentii PP. II anno iv.

CXXXV.

Ad Petrum Venerabilem Cluniacensem abbatem. — Ex variis periculis ereptus, votivas orationes exposcit.

(Anno 1133, Maii 23.)

[MANI, *Concil.*, XXI, 416.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, Petro abbati, et fratribus Cluniacensibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Protegit nos Deus a conventu malignantium, et a multitudine operantium iniquitatem (Psal. LXXII). Olim namque debacchante Judaica rabie, divinæ virtutis dextera de profunditate sui consilii nos et fratres nostros ad sua servatos obsequia, de Urbe sub protectione suæ miserationis eduxit. Modo vero in faciem suæ respexit ecclesiæ, atque nos sanos et incolumes ad sedem propriam revocavit. Dignum est igitur, quatenus pro tantis nobis collatis a superno numine beneficiis, nobiscum pariter gratulemini, et divinæ majestati grates debitas referatis: illud omnimodis exorantes, ut causam ecclesiæ, nunc usque in suo patrocinio sustentatam, magis ac magis attollat, et bonis principiis exitus meliores adhibeat. Credimus enim quod preces vestræ majorem efficaciam apud Deum obtineant, quam sæcularis potentia quorumlibet amatorum. Nos autem in urbe cum charissimo filio nostro Romanorum rege Lothario constituti, super sollicitudine ac studio quod super sanctam Romanam Ecclesiam geritis, devotioni vestræ multimodas gratias exhibemus, et quæ ad liberationem Ecclesiæ pertinent, Deo gratias, salubriter operamur.

Data Laterani x. Kal. Junii.

CXXXVI.

Monasterium Brugnatense sedem episcopalem instituit, Januensis Ecclesiæ suffraganeam.

(Anno 1133, Maii 27.)

[UGRELLI, *Italia sacra*, IV, 384.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ILDEPRANDO Brugnatensi electo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Quemadmodum sedes apostolica universis per orbem Ecclesiis prælata consistit, dicente Domino ad Petrum: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam et tibi dabo claves regni cælorum (Matth. XVI)*; ita nimirum semper ei licuit duos episcopatus in unum redigere, opportunitate temporis in duo dividere, novos creare, et abbatias,

et alia venerabilia loca episcopalis prærogativæ culmine decorare. Hoc nimirum dispensationis intuitu pro bono pacis, et Ecclesiæ Catholicæ salute, atque suffragio Bruguiatense monasterium, quod in honorem beati Petri apostoli, sanctorumque Laurentii et Columbanii constructum esse cognoscitur, præsentis scripti pagina communimus, ipsumque episcopalem sedem de cætero fore decernimus, statuentes ut ecclesiæ, quæ citra ipsum sunt, castella quoque, et villæ, quæ sui juris existunt, eidem cœnobio parochiali jure subjaceant, et pontifex qui ibidem pro tempore fuerit, decimas, oblationes et alia, tam in temporalibus quam spiritualibus, tanquam proprius episcopus habeat et disponat, atque Januensi Ecclesiæ tanquam metropolitanæ suæ obediens, et subiectus existat. Illud etiam huic nostræ constitutioni addendum esse censuimus, ut universa quæ vel concessione pontificum, oblatione fidelium eidem Ecclesiæ collata sunt, vel deinceps auxiliante Domino juste et canonice conferentur, sibi suisque successoribus firma semper et illibata permaneant, salva nimirum in omnibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ justitia et reverentia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnino profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem hæc nostra statuta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus SS.

Ego Churrardus Sabinensis episcopus SS.

Ego Rodulphus Hortanus episcopus SS.

Ego Joannes tit. S. Chrisogoni presb. card. SS.

Ego Gerardus tit. S. Crucis presb. card. SS.

Ego Anselmus presb. card. SS.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Jo. et Pauli SS.

Ego Romanus diac. card. S. Mariæ in Porticu SS.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi SS.

Ego G. diac. S. Mariæ in Via Lata SS.

Ego Oddo diac. card. S. Georgii SS.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diac. card. et cancellarii, vi Kalend. Junii, indictione xi, ann. 1133, pontificatus vero D. papæ Innocentii secundi anno iv.

CXXXVII.

Ad Adalberonem Hamburgensem archiepiscopum. — Ut omnes episcopi Daniæ, Suediæ, Norvegiæ, etc., illi subjecti sint.

(Anno 1133, Maii 27.)

[LAPPENBERG, *Hamburgisches Urkundenbuch*, p. 132.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilis ADALBERONI Hammenburgensi archiepiscopo, ejusque successoribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad hoc in B. Petri cathedra, disponente Domino, constituti esse conspicimur, quatenus singulis Ecclesiis et ecclesiasticis personis suam conservemus justitiam; et qualiter, tam temporaliter quam spiritualiter ejus status integer perseveret, salubriter providere curemus. Dignum enim et rationabile est ut sicut sacrosancta Dei Ecclesia unitatis ac fidei perpetua mater existit, ita ejus privilegia custodiantur intacta, et nullis molestiis, nullis oppressionibus parvorum hominum fatigetur. Sæpe utique venerabilis frater noster Adalbero Hammenburgensis archiepiscopus, in præsentia prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ Calixti et Honorii, ac nostræ, questus est, Ascetum Lundensem et episcopos alios Daniæ, tibi debitam, sicut metropolitano suo, quemadmodum in antiquis privilegiis Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai et Adriani, Romanorum pontificum continetur, obedientiam denegare. Frequenter autem et a prædictis prædecessoribus nostris Calixte et Honorio, atque a nobis, eis mandatum est ut aut ad tuam et Hammenburgensis Ecclesiæ redirent obedientiam, aut si quam super hoc justam se considerent rationem habere, ad sedem apostolicam venirent ostendere præparati. Ipsi vero apostolicis contententes obedire mandatis, nec venerunt, nec responsales miserunt. Quia igitur lucrum nemo de sua contumacia debet obtinere, ex deliberato fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium consilio, tam Lundensem quam alios episcopos Daniæ tibi restitimus. Ad formam itaque privilegiorum Gregorii, Sergii, Leonis, Nicolai, Benedicti et Adriani, episcopatus Daniæ, Suediæ, Norvegiæ, Fariæ, Cronlandiæ, Halsingaldiæ, Islandiæ, Scridevingiæ, et Sclavorum, charissimi filii nostri Lotharii regis precibus inclinati, tibi et per te Hammenburgensi Ecclesiæ, suæ scilicet metropoli, præsentis scripti pagina confirmamus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem hæc statuta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Romæ apud montem Aventinum, per manum Almerici S. R. E. diacon. card. et cancellarii, vi Kal. Junii, indictione xi, Incarnationis Dominicæ anno 1135, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno iv

CXXXVIII.

Ad Nicolaum Danorum regem. — Ejusdem argumenti.

(Anno 1133, Maii 27.)

[LAPPENBERG *ibid.* p. 135.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio NICOLAO illustri Danorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Prædecessores nostri felicitis memoriæ, Gregorius, Sergius, Nicolaus, Benedictus et Adrianus, Romani pontifices, Hammenburgensem Ecclesiam metropolim statuerunt, et ei tam Lundensem quam alios episcopatus Daciæ subdiderunt. Cæterum frater noster Adalbero Hammenburgensis archiepiscopus, tam prædecessorum nostrorum tempore, quam nostro, questus est quod earundem Ecclesiarum episcopi debitam sibi reverentiam exhibere contempnant. Pro quo nimirum cum a prædictis prædecessoribus nostris Calixto et Honorio, atque a nobis, sit eis per scripta mandatum, ut ad sedem apostolicam venirent responsuri super hac causa, nec venerunt, nec responsales miserunt. Nos itaque unicuique suam justitiam volentes conservare, communicato fratrum nostrorum consilio, præfato fratri nostro Adalberoni archiepiscopo, quemadmodum in antiquis privilegiis prænominatorum Sergii, Gregorii, Leonis, Benedicti, Nicolai et Adriani Romanorum pontificum continetur, tam Lundensem quam alios episcopatus Daciæ restitimus. Tuæ itaque prudentiæ per apostolica scripta rogando mandamus, quatenus eidem fratri nostro Adalberoni archiepiscopo, tanquam metropolitano tuo, humiliter pareas, et, ut episcopi tui regni ad obedientiam redeant, diligenter satagas adiungere.

Datum apud montem Aventinum, vi Kal. Junii.

CXXXIX.

Ad Suedorum regem. — Ejusdem argumenti.

(Anno 1133, Maii 27.)

[LAPPENBERG, *ibid.*, p. 134.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Suedorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Venerabilis frater noster Hammenburgensis archiepiscopus ad apostolicam sedem veniens, in nostra præsentia questus est, quod cum episcopi regni tui, sicut antiqua prædecessorum nostrorum Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai et Adriani, Romanorum pontificum, privilegia indicare noscuntur, metropolitano jure præsideat, debitam ei obedientiam denegare præsumant. Quia igitur nostri officii est male gesta corrigere et ad viam rectitudinis revocare, mobilitati tuæ rogando mandamus, quatenus præfato

A fratri nostro Adalberoni Hammenburgensi archiepiscopo, tanquam metropolitano tuo, humiliter pareas; et ut episcopi terræ tuæ ad ipsius obedientiam redeant, pro facultate tibi a Deo collata diligenter efficias.

Datum apud montem Aventinum vi Kal. Junii.

CXL.

Ascerum episcopum Lundensem jubet metropolitæ A[dalberoni] parere.

(Anno 1133, Maii 27.)

[LAPPENBERG, *ubi supra*, p. 135.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ASCERO, episcopo Lundinensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum juris naturalis est alterum non lædere, ita nimirum nostri officii læsum adjuvare. Cæterum venerabilis frater noster A. Hammenburgensis archiepiscopus conquestus est coram beatæ memoriæ Calixto et Honorio, et jam etiam nobis, quod ei debitam obedientiam et reverentiam tanquam metropolitano tuo negligas exhibere. Quæ de re cum et ab ipsis et a nobis sæpe per litteras et nuntios evocatus sis, nec per te, nec per tuos tamen sedem apostolicam visitasti. Quia igitur nostri officii est singulis sua conservare, fraternitati tuæ per præsentia scripta serio mandamus, ut ad ejus subjectionem et reverentiam redeas et ei tanquam metropolitano tuo in omnibus pareas.

Datum apud montem Aventinum vi Kalendas Junii.

CXLI.

Suediæ episcopis præcipit ut metropolitæ A[dalberoni], archiepiscopo Hamburgensi, obtemperent.

(Anno 1133, Maii 27.)

[*Ibid.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, universis episcopis Suediæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Æquum est ut qui aliis præesse desiderat, suis prælatis revereri humiliter non erubescat. Cæterum venerabilis frater noster A. Hammenburgensis (*sic*) archiepiscopus, ad sedem apostolicam veniens, graviter questus est quod cum vobis, sicut est [etiam] in antiquis privilegiis Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai et Adriani, Romanorum pontificum, continetur, metropolitico jure præsideat, debitam ei obedientiam subtrahatis. Quod profecto a vobis est tanto studiosius corrigendum, quanto subjecto populo etiam in hoc bonæ conversationis exempla debitorum estis impendere. Per præsentia itaque scripta fraternitati vestræ mandamus quatenus præfato fratri nostro A. Hammenburgensi archiepiscopo, tanquam metropolitano vestro, obedientiam et reverentiam deferatis et nullam ei super hoc molestiam de cætero irrogetis.

Datum apud montem Aventinum vi Kalendas Junii.

CXLIH.

Bulla super certis episcopatibus in Polonia et citra, archiepiscopo Magdeburgensi subjectis.

(ANNO 1133, JUN. 4.)

[BOLLAND., TOM. VI JULII, P. 48.]

INNOCENTIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILI FRATRI NORBERTO EPISCOPO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

SACROSANCTA ROMANA ET APOSTOLICA ECCLESIA, EX QUO TE IN FILIUM SPECIALEM ASSUMPSIT, TUÆ DEVOTIONIS FERVOREM ATQUE INDUSTRIAM IN SUIS OPPORTUNITATIBUS CERTIS IUDICIIS COMPROBAVIT. CÆTERUM NOVISSIME DIEBUS ISTIS, CUM DIVINÆ DISPOSITIONIS PROVIDENTIA NOS, LICET INDIGNOS ET MINUS IDONEOS, AD APOSTOLATUS ADMINISTRATIONEM PLACUIT EVOCARE, ID IPSUM IN PERSONA TUA MAGIS AC MAGIS ENUIT, TUÆQUE FIDEI AC RELIGIONIS CONSTANTIA NON TANTUM VICINIS, SED ETIAM REMOTIS NATIONIBUS EVIDENTER INNOTUIT; SIQUIDEM NEC LABOR ALIQUIS TEMPORALIS, NEC ALICUJUS MINÆ SEU BLANDITIÆ EFFICERE POTUERUNT, QUIN ADVERSUS PETRI LEONIS TYRANNIDEM MURUM INEXPUGNABLEM TE OPPONENS, ET AD IPSIUS REGIS ET ALIORUM PRINCIPUM CORDA, IN B. PETRI OBIEDIENTIAM INDUCENDA, EFFICACITER LA-

A rans [præclare remegeris]. Dignum est igitur ut sedes apostolica, quæ de te tam devotæ filio plenius visceribus gratulatur, tuis obsequiis atque laboribus debita benignitate respondeat; et te ad suum servitium exsequendum, amplius obnoxium faciat.

Proinde, venerabilis frater archiepiscopo, quætioniam illam quam adversus episcopos Poloniæ, in nostra præsentia deposuisti, scripturæ et atramento duximus committendam. Afferabas enim præfata regionis episcopos ex antiqua institutione, Magdeburgensi Ecclesiæ jure metropolitico subjacere, et ad confirmationem tuæ partis, auctoritatem prædecessorum nostrorum, Joannis (33), Benedicti (34) et Leonis (35) beatæ memoriæ prætendebas. Quos nimirum episcopatus, qui ultra Salam, Albiam et Oderam, esse tunc temporis videbantur, seu qui ibidem in antea, divina essent cooperante clementia disponendi, interventu Ottonis piissimi angusti supposuisse Magdeburgensi Ecclesiæ astruebas (36) quorum videlicet episcopatum nomina hæc sunt: Albiam et Oderam, Stetin (37) et Lubus (38); ultra Oderam vero Pomezania (39), Potatuan (40), Guesen (41) Cracow (42) Wratislavia (43) Cruci-Witz (44), Ma-

(33) Joannis, utique XIII, qui archiepiscopatum ratum confirmatumque habuit, et primum ejus archiepiscopum Adalbertum instituit pallioque donavit, ac varia ei privilegia per suas litteras, de quibus egimus concessit.

(34) Est is Benedictus VII, de cujus item litteris, earumque præcipue titulo jam locuti sumus.

(35) Leo ille alius esse non potest, quam qui octavus tantus nominis passim venit, ab aliquibus inter veros pontifices, a plerisque inter pseudopontifices numeratus. Verum quid ille privilegii ecclesiæ archiepiscopali Magdeburgensi concesserit, ante mortuus, quam iste archiepiscopus fuit constitutus, capere non possum; nisi forte aliquod sub ejus nomine scriptum apocryphum, uti sub nomine Joannis XIII, invenerit suo tempore Norbertus.

(36) Hæc astructa sunt ex litteris de institutione archiepiscopatus, datis a Joanne papa atque ab Ottonis imperatore.

(37) Stetinum et Stetina Latinis, urbs præcipua Pomeraniæ ad sinistram Oderæ fluminis ripam, non ad modum longe a mari Baltico et Rugia illic insula. Non reperio urbem illam nomine proprio episcopalem fuisse. At reperio in Vita S. Ottonis episcopi Bambergensis, Pomeranorum apostoli, quod ipse ad annum 1124 in conversionem gentis istius incumbens, annoque fortassis eodem aut sequenti ad propriam redire sedem festinans, cum de episcopatu Pomeraniæ pro voto suo tunc ordinare non potuit, de prudentia ducis Poloniæ Boleslai III confisus, ei ex otio commisit ordinandum. At ille unum de capellanis suis, Adalbertum nomine.... presulatus honore in gente illa sublimavit. Utrum is stabilem mox sedem sibi elegerit, aut exemplo Ottonis oppidatum regionem peragraverit; utrum etiam ab initio Stetinum sedi episcopali designatum fuerit a pontifice Romano, cui deinde Julina prælata sit mihi quidem ignotum est. Habuerit tamen illo ipso tempore Norbertus rationem (quod dubitari non potest) cur Stetinum suæ jurisdictioni vindicaverit, tanquam civitatem episcopalem, aut sub illo nomine episcopatum Pomeraniensem; qualiter vocatur in notitiis ecclesiarum antiquis.

(38) Vulgo nunc *Lubeck*, Latine *Lubeca*, notissimum æmportum in circulo inferioris Saxonie haud præcul-

a mari Baltico, circiter decem miliaribus germanicis ab Hamburgi in ortum solis. Subfuit olim episcopatu Altemburgensi, in eodem tractu ab Ottone magno fundato. Sed Altemburgo deficiente, et Lubeca emergente, episcopatus paulatim a Lubeca uti ex his litteris apparet denominari cepit, et omnino cum suo episcopo eodem translatus fuit anno 1163.

(39) Est in Prussia trans Vistulam flumen, inter Elbengam et Torunium, episcopatus vero ejus deinde Culnensi conjunctum fuit.

(40) *Poznam* non recte vocat Chronicum Magdeburgense; melius *Poznani*, chronographus Saxonia, nunc Pomania, trans Oderam, et cis Warsam fluvium episcopatus primus, qui in Polonia institutus sit; ut dictum supra.

(41) *Guesna*, nunc notissima Poloniæ civitas, primatus titulo insignis. Ipsam tamen ante annum 999 episcopalem non fuisse, visum nobis est supra. Hinc vero, ex bulla, inquam, præmissa Innocentii papæ, videri potest, tunc, quando illa scripta fuit, nondum habuisse archiepiscopatum legitimum institutum, nondum primatum Poloniæ. Quo enim pacto, si Gnesnensis tempore Norberti et Innocentii II a Romanis pontificibus archiepiscopus et primas Poloniæ agnitus, atque adeo legitima potestate Magdeburgensi metropoli subtractus antea fuisset: Norbertus tunc Gnesnam suæ metropoli vindicare aut Innocentius subjicere illi voluisset? Relinquo hæc ego interim in statu, quo tunc fuerunt. Tantum hic conor illustrare pro meo modulo bullam.

(42) *Cracovia*, notior et hæc civitas, quam ut plura hic dici de illa debeant. Archiepiscopalem nunquam per se fuisse supra meminimus.

(43) Primaria ducatus Wratislaviensis, totiusque Silesiæ civitas, ad Oderam fluvium, episcopatu insignita sæculo XI. Smoryorzovia eo translatus fuisse episcopatum scribit Dlugossus, sed hæc non satis certa.

(44) *Krusivica* (aliis *Crawicia*) vetus quondam regia, lacu amplissimo Golpo circumdata, inquit Dlugossus, ubi et sedes episcopalis fundata fuit, quæ postea Wladislaviam translata sit, uti idem scribit, sub initium lib. II. At nomen primum adhuc retinuisse episcopatum illum anno 1133, constat ex hac bulla pontificia.

saniam (45) et Lodi lacum (46). Unde legitimis datis induciis, earundem ecclesiarum episcopos, ut tibi de tua querimonia responderent, tam per litteras, quam per nuntios, semel atque secundo ad nostram presentiam invitavimus; ipsi vero non venerunt, nec ad nos responsales aliquos transmiserunt.

3. Visum est igitur nobis et fratribus nostris, quod nec ipsi de contumacia sua lucrari deberent, nec Magdeburgensis Ecclesia diutius propria iustitia privaretur. Ideoque, charissime frater Norbertus archiepiscopus, ex apostolicæ sedis benignitate atque iustitia, de prædictis episcopatibus et terminis, quos jam dicti prædecessores nostri antecessoribus tuis concessisse, et Ecclesiæ tuæ pertinere noscuntur; te in possessionem emisimus et investivimus; et ut de cætero idem episcopi fraternitati tuæ obediant, per scripta nostra præcipimus; nihilominus tibi tuisque successoribus et per vos Magdeburgensi Ecclesiæ, quemadmodum prænominos episcopatus, sic etiam in posterum mihi (*melius inibi*), auxiliante Domino fuerint ordinandi, irretabiliter possidendos, jure perpetuo confirmamus (47).

4. Tua igitur, frater dilectissime, interest in amore et obedientia sanctæ Ecclesiæ Romanæ persistere, et pro his, quæ ad honorem et utilitatem ejus spectare cognoveris attentam diligentiam vigilare. Ut autem hoc, quod a nobis canonice institutum est, stabile maneat, apostolica censura sub divini iudicii attestazione, jubemus, ut nulla persona parva vel magna, aut quilibet successorum nostrorum hæc, quæ statuimus, infringere præsumat. Hujus privilegii violator, cum Juda proditore æternis suppliciis deputandus damnetur.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Wilhelmus Prænestinus episcopus.

Ego Joannes, Ostiensis episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Joannes, tit. S. Chrisogoni presbyt. cardin.

Ego Gerhardus, presbyter cardin. tit. Sanctæ Crucis.

Ego Anselmus presbyter cardin. tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Lucas presbyter cardin. tit. Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Martinus presbyter cardin. tit. S. Stephani in Cælio monte.

Ego Romanus diaconus cardin. Sanctæ Mariæ in Porticu.

Ego Gregorius diaconus cardin. Sanctorum Sergii et Bacchi.

(45) Crediderim *Masoriam* sive *Mazoviam* scribi debere, cujus nomine ducatus est in media fere Polonia; et episcopatus Mazoviensis sub archiepiscopo Gnesnensi invenitur in notitiis episcopatum antiquis apud Carolum a S. Paulo et alios.

(46) Nulla Polonia sub tali nominatione civitas episcopalis. Intelligi debet Wladislavia ad Vistulam fluvium ejusque episcopatus; quem eo Krusvicia delatum fuisse, scribit idem qui supra Dolugsuu.

A Ego Otto diacon. cardin. Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, ii Nonas Junii, indictione xi, Incarnationis Dominicæ anno 1133, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno iv.

CXLIII.

Bernardo Paderbornensi episcopo et ejus successoribus usum rationalis concedit.

(Anno 1133, Jun. 5.)

[SCHATEN, *Annales Paderborn.*, I, p. 732.

B INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri BERNARDO Paderburgensi episcopo ejusque successoribus canonice promovendis.

Sicut omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, et a Patre luminum descendere Scripturæ sacræ auctoritas protestatur; ita procul dubio nostram gloriam atque lætitiâ fore credimus, si fratres nostri digni honore inventiuntur, et pro sua probitate atque scientia de magnis honoribus ecclesiasticis ac dignitatibus ad altiora provehi promerentur. Hoc profecto intuitu, quoniam multa de tuæ devotionis erga beatum Petrum studio, venerabilis frater Bernarde episcopus, nostris sunt auribus nuntiata et hoc ipsum certis indicibus comprobavimus, æquum est ut pro impenso obsequio a sede apostolica amplius honoreris, et ut de cætero fraternitatem tuam nobis magis obnoxiam statuimus, tam temporaliter quam spiritualiter gratum emolumentum, Domino cooperante, recipias. Et quoniam tanquam Aaron ad pontificalis dignitatis fastidium divina providentia credimus evocatum, et loco Moysi ad regimen es, et principatum Christiani populi constitutus, eorumque quoque dignitatis te principem constituimus, et usum rationalis tibi tuisque successoribus ex apostolicæ sedis benignitate concedimus. Hoc videlicet sancientes ut eodem his diebus per parochiam tuam infra ecclesiam dumtaxat utamini, qui in præsentis scripti pagina perscribuntur. Id est: Cœna Domini, Pascha, Ascensione, Pentecoste, Natali beati Joannis Baptistæ, festivitibus beatorum apostolorum Petri et Pauli, solemnitatibus beatæ Mariæ et Omnium Sanctorum, Natali Domini et Epiphania. In consecrationibus quoque ecclesiarum infra tuam parochiam, nec non etiam ordinationibus clericorum, in anniversario dedicationis Paderburgensis Ecclesiæ, et in festivitate sancti Liborii. Tua itaque, frater dilectissime, interest, ut quod in facie geris Ecclesiæ operum tuorum com-

(47) Nota terminum quo pontifex pronuntiat Norberto et per ipsum successoribus ejus ac Magdeburgensi Ecclesiæ ex iustitia deberi subjectionem et obedientiam a prædictis omnibus episcopis. Et eis hac prerogativa totum primatum Magdeburgensi Ecclesiæ, quem sibi petit Norbertus confirmari, consistere autumo, tum ex bulla, tum ex supra deductis.

mentet effectus, et tua dilectio hac semper gratia A
valeat dignior inveniri.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Signum manus meæ, ADJUVA NOS, DEUS, SALUTARIS
NOSTER.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ diaconi cardin. et cancellarii, Non.
Julii, indictione XI, anno Dominicæ Incarnat. 1135,
pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno IV.

CXLIV.

*Monasterii Salvatoris et S. Bonifacii Fuldensis pos-
sessiones et privilegia, petente Bertoo abbate, con-
firmat.*

(Anno 1133, Jun. 5.)

[DRONKE, *Cod. diplom. Fuld.*, 385.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dile-
lecto filio BERTOO abbati monasterii Salvatoris Domini
nostri Jesu Christi Sancti Bonifacii, quod situm est
juxta ripam fluminis quod Fulda vocatur, ejusque
successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiis
Dei, tam prope quam longe positis, attentam sollici-
tudinem gerere, et earum quieti et utilitati salubriter
auxiliante Domino providere. Dignum namque et
honestati conveniens esse cognoscitur ut qui ad
Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pra-
vorum hominum nequitia tueamur, et apostolicæ
sedis munimine robaremus. Eapropter, dilecte in
Domino filii Berthoe abbas, tuis rationabilibus postu-
lationibus clementer annuimus, et Salvatoris Domini
nostri Jesu Christi monasterium, cui Deo auctore
præesse dignosceris, sanctæ Romanæ Ecclesiæ pri-
vilegio communimus. Statuimus enim ut quasunque
possessiones, quæcunque bona idem monasterium
inpræsentiarum juste et legitime possidet, aut in
futurum concessione pontificum, largitione regum
vel principum, oblatione fidelium (48) prædecessori
tuo Heberto religioso abbati respectu dilectionis
donatum, etc.

.
pertinere noscuntur. Prohibemus autem omnem . . .
in cujus diocesi constat esse constructum contrarie-
tate eidem monasterio perpetuo firma esse sancimus.
Interdicimus
nullis ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia
præponatur, nisi quem fratres communi consensu,
aut fratrum pars consilii sanioris secundum beati
Benedicti Regulam elegerint. Statuimus autem ut
congruis temporibus nostræ sollicitudini ecclesia-
sticæ intimetur, qualiter religio monastica inter
fratres tuo regimini commissos regulari habitu diri-
gatur
in missarum solemnibus, ex apostolicæ sedis benigni-
tate, secundum quod in antecessorum nostrorum
privilegiis continetur dilectioni tuæ concedimus. Et
ob majorem familiaritatis prærogativam, quam in
sancta Romana Ecclesia nostro tempore consequi

meruisti, licentiam utendi mitra et annulo tibi tuis-
que successoribus nihilominus impertimur. Abbas
vero

sit etiam nostra auctoritate apostolica per ejus scri-
pti paginam confirmatum. Nulli ergo omnium homi-
num liceat præfatum cænobium temere perturbare,
aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere,
minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed
omnia integra conserventur, eorum pro quorum
gubnatione et sustentatione concessa sunt usibus
omniomnis profutura
emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate ca-
reat, reamque se divino judicio existere de perpe-
trata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore
ac sanguine Dei
præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

(S. p.) Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ ep-
iscopus (B. V.)

Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii,
Nonis Junii, indictione XI, Incarnationis Dominicæ
anno 1133, pontificatus vero domni Innocentii
anno IV.

CXLV.

*Ad Lotharium et Richizam. — Concedit allodium
terrarum comitissæ Mathildæ.*

(Anno 1153, Jun. 8.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 392.]

INNOCENTIUS papa II, LOTHARIO imperatori Augusto
et RICET imperatrici.

Si auctoritas sacra pontificum et potestas imper-
ialis vere glutino charitatis adinvicem complentur,
omnipotentii debitus famulatus libere poterit exhiberi,
et Christianus populus grata pace et tranquillitate
gaudebit. Nihil enim in præsentis sæculo est
pontifice clarius, nihil rege sublimius : nihil est
quod lumine clariore præfulgeat quam recta fides in
principe, nihil est quod ita nequeat occasui subja-
cere quam vera religio. Quæ nimirum omnia tanto
manifestius, Deo gratias, in persona tua clarescunt,
quanto ab ineunte ætate amator religionis et cultor
justitiæ existitisse cognosceris, et novissime diebus
istis, nec personæ tuæ, nec propriæ parcendo pecu-
niæ, pro B. Petri servitio multos labores et im-
mensa pericula pertulisti. Cum ergo, testante sacro
eloquio, etiam mali patres bona data filiis suis
debeant impartire, dignum profecto est ut nos, qui,
disponente Domino, universis Catholicæ Ecclesiæ
filiis debemus sollicitudine paterna consulere, per-
sonam tuam arctius diligamus, et tanquam specia-
lissimo Ecclesiæ defensori, in his quæ ad statum
imperii in suo robore conservandum, et utilitatem
ac liberationem catholicæ Ecclesiæ spectare nos-
cuntur, tam secundum ecclesiasticum officium quam
temporaliter, imperatoriam potentiam augeamus.
Hoc nimirum intuitu allodium bonæ memoriæ
comitissæ Mathildæ, quod utique ab ea B. Petro

(48) Supplendæ lacunæ ex privilegio anni 1131, April. 1, supra, sub num. 57.

constat esse collatum, vobis committimus, et ex apostolicæ sedis dispensatione concedimus, atque in præsentia fratrum nostrorum archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, necnon principum et baronum, per annulum investimus: ita videlicet ut centum libras argenti singulis annis nobis et successoribus nostris exsolvas, et post tuum obitum proprietas ad jus et dominium sanctæ Romanæ Ecclesiæ cum integritate absque diminutione et molestia revertatur. Quod si nos vel successores nostros in eandem terram venire, manere, transire oportuerit, tam in susceptione quam in procuratione, atque securo conductu, prout apostolica sedes decreverit [al. apostolicam sedem decuerit], honoremur. Qui vero arces tennerit [al. tenuerint], vel rector terræ fuerit, B. Petro et nobis nostrisque successoribus fidelitatem faciant. Cæterum pro charitate vestra, nobili viro Henrico Bavarix duci genero vestro et filix vestræ uxori ejus, eandem terram cum præfato censu et supradictis conditionibus apostolica benignitate concedimus, ita tamen ut idem dux hominum faciat et fidelitatem B. Petro ac nobis nostrisque successoribus juret. Post quorum obitum, prædictum comitissæ Mathildæ allodium et jus et dominium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicut supradictum est, integrum et absque diminutione atque difficultate aliqua reducatur: salvo tamen semper in omnibus ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ jure ac proprietate.

Datum Laterani sexto Idus Junii.

CXLVI.

Privilegium quo Prumiense cœnobium Trevirensis diœcesis, nec non univærse ejusdem possessiones in sedis apostolicæ protectionem recipiuntur.

(Anno 1133, Jun. 8.)

[COCQUELINES, II, p. 214.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, directo filio ADALBERONI, abbati monasterii Prumiensis, quod in honore Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in Treverensi parochia situm est, ejusque successoribus regulariter constituendis in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi noscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, et potentium desideriis congruum impertiti suffragium. Equum enim et rationale est ut, qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eos et a perversorum hominum nequitia tucamur, et apostolicæ sedis munimine robaremus. Eapropter, dilecte in Domino fili Adalbero abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Prumiense Salvatoris Domini nostri Jesu Christi monasterium, cui auctore Domino præsidet, sanctæ Romanæ Ecclesiæ privilegio communimus. Statuimus enim ut quidquid auctoritate prædecessorum nostrorum, vel imperatorum, Pippini scilicet et Caroli, et aliorum principum, ei Prumiensi monasterio constat esse concessum, atque suis præceptis munimentisque firmatum, tibi tuisque successoribus stabile firmumque consistat. Præterea quascunque possessiones, seu bona

idem monasterium Inpræsentiarum juste et legitime possidet, aut in posterum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis rationabilibus modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant. Sane ex ampliori sedis apostolicæ benevolentia statuimus ut, si qui possessiones et bona ejusdem cœnobii invadere vel retinere præsumpserit, si a suis episcopis communiti non satisfecerint, dilectioni tuæ eos interdicendi seu excommunicandi sit attributa potestas. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliis quibuslibet modis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque suæ dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniunt. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi card. et cancellarii, vi Idus Junii, indict. xi, anno Domini 1133, pontificatus vero domni Innocentii pape II, anno iv.

CXLVII.

Privilegium pro monasterio Vallumbrosano.

(Anno 1133, Sept. 2.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, V, 776.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ATTONI Vallumbrosano abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis ab auctore rerum, omnium bonorum, Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitate radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Ut ergo, divina suffragante clementia, in ecclesia Beati Vigili, qua in Cremonensî episcopatu, loco qui Turris Trinitina dicitur, quam utique dilectus filius noster Obertus Brixienis Ecclesiæ canonicus, cum consensu patris sui Ricchelini, et fratrum suorum Octonis, Lanfranchi, Beltranni et Wilhelmi, per manus nostras beato Petro, sub annua pensione sex denariorum Mediolanensis monetæ, Lateranensi palatio annis singulis obtulit persolvenda, secundum beati Bene-

dicti et Vallumbrosani monasterii Regulam religio A
statuatur, eam cum suis pertinentiis omnibus tibi,
tuisque successoribus, et per nos vestro monasterio,
sub prædicto censu concedimus, et præsentis scripti
pagina roboramus. Tua vero, in Domino filii charis-
sime, interest ut, juxta desiderium venerabilis fra-
tris nostri Bernardi Veronensis episcopi, cujus nimi-
rum voluntate et precibus hoc ipsum factum est, et
præfati Oberti, ac suorum parentum devotione in
prænominata ecclesia religionem instituas, et ut
grata inibi Domino servitia impendantur totis viribus
elaborare quascunque possessiones, præterea quæ-
cunque bona Vallumbrosanum monasterium inpræ-
sentiariarum juste et legitime possidet, aut in futurum
concessione pontificum, liberalitate regum vel prin-
cipum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis,
præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis in
perpetuum, et illibata permaneant. Decernimus ergo,
etc., usque usibus omnimodis profutura. Si qua igitur,
etc., usque æternæ pacis inveniant. Salva nimirum
diocæsani episcopi reverentia. Cunctis, etc.
Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guilelmus Prænestinus episcopus subsc.

Ego Ubertus presb. card. tit. S. Clementis SS.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli
subsc.

Ego Romanus diaconus card. S. Mariæ in Porticu SS.

Ego Guido diaconus card. S. Mariæ in Via Lata SS.

Datum Senis per manus Almerici S. R. E. diaconus
card. et cancellarii, iv Non. Septembris, indictione
xi, Dom. Incarn. anno 1133, pontificatus vero dom.
Innocentii papæ II anno iii [iv.]

CXLVIII.

R[ainaldum] Remensem et B[leg. Henricum] Seno-
nensem arguit quod citius excommunicationis sen-
tentiam in eos non tulerint qui priorem S. Victoris
interfecerunt.

(Anno 1133, Nov. 16.)

[D'ACHERY, *Spicil.*, III, 493.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ve-
nerabilibus fratribus R. Remensi, B. Senonensi
archiepiscopis, et eorum episcopis, salutem et apo-
stolicam benedictionem.

Horrenda cædes dilecti filii nostri bonæ memoriæ D
Thomæ prioris S. Victoris, audientium corda turba-
vit, et nos fratres nostros gravi mœrore perfudit :
quid autem prodest Galliam monstrorum horribili-
tate non fœdari, nec hæretica pravitate non pollui,
si in ea sacra dignitas effusione sanguinis sacerdo-
talis fœdatur ? Unde mirandum valde est quoniam,
regnante filio nostro charissimo illustri et glorioso
Ludovico Francorum rege, cujus regalis vigore
justitiæ homicida, sacrilegi et flagitiosi gravissima
sunt animadversione coercendi, tam atrox, tam de-
testabile facinus aliquorum temerariorum nefandis
ausibus, temporibus suis fuerit attentatum. Exsur-
gant igitur leges, quoniam in tanti atrocitate facino-
ria silere non debent, et tam ecclesiastica quam

mundana censura propriis mucronibus acclngatur.
Quæ namque bellica clades, et immanis hostilitas,
vel aeris inclementia tantam stragem populo Dei
inferre valebit, quam si sacerdotes, quibus anima-
rum cura et divina sacramenta commissa sunt,
quibus non obedire periculosum est, et clericos in
sorte Dei assumptos, et monachos contingat occidi ?
Quia igitur perpetrata flagitia si sequatur impunitas,
audaciam cæteris conferunt delinquendi, ne tanti
sceleris immanitas, et profana teneritas posteris
vestigia fœda relinquat, et sui contagii imitatores
efficiat, ejusdem flagitii complices sacre rigore disci-
plinæ prosternite, ut justus de promulgata justitia
gaudeat, et hoc audiens impius conquiescat : si enim
zelus vestræ ultionis in consimili crimine exarsisset,
nefas geminatum hodie non fuisset admissum. Evi-
gilate igitur, fratres, quibus legis divinæ dispensa-
tione commissa est potestas, et omni dissimulatione
remota adversus parricidas illos, et hujus criminis
conscios, graviter plectendo juste animadvertite. Si
quid enim a vobis dissimulatum et omissum fuerit,
cognoscetis id ad animarum vestrarum et officii peri-
culum pertinere : sane quidquid super his prudentia
vestra decreverit, B. Petri et nostra erit firmitate
subnixum. Sanctorum siquidem Patrum decreta, et
novissima et antiqua conciliorum statuta, vos in-
struunt quid oporteat in hujusmodi casu decerni.
Ad hæc mandamus ut corpus præfati boni viri, qui
coram iudice supremo modo de sua justitia et inno-
centia testimonium perhibet, et sub obedientia
vivens in obsequio proprii est interfectus episcopii,
in sua ecclesia honorifice tumuletur.

Data Pisis 21 Decembris [leg. xvi Kal. Dec.].

CXLIX.

Ad Attonem episcopum Pistoriensem. — De immuni-
tate Ecclesiæ Pistorienæ concessa.

(Anno 1133, Dec. 21.)

[Mansi, *Concil.*, XXI, 493.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei,
venerabili fratri ATTONI Pistoriensi episcopo, ejus-
que successoribus canonice promovendis, in perpe-
tuum.

Pistoriensis Ecclesia, largiente auctore omnium
honorum Domino, Tusciæ partibus a longe retro
temporibus hujus specialis prærogativæ munus
obtinet, ut sapientum et discretorum pastorum
regimine præfulgeret, et tam in spiritualibus quam
in temporalibus per eorum industriam gratum Deo
asciperet incrementum. Gaudemus equidem, et
debita jucunditate lætamur, quoniam supernæ dis-
positionis providentia te, venerabilis frater Atto
episcopo, sapientem, utique virum et in religione
probatum, ejusdem loci pastorem constituit, et ad
gubernandum et instruendum doctrinæ et vitæ
exemplo populum suum miseratione divina vocavit.
Quanto igitur vita tua religiosior est, et præfata
Pistoriensis Ecclesia, cui auctore Deo præses,
existit B. Petro devotior, tanto ex injuncto aposto-
latus officio magis grata nobis incumbit necessitas

ut prænominatam Ecclesiam tibi a Deo commissam, auctoritate apostolica privilegiis muniamus, et ei jus suum illibate et integre observemus. Ad exemplar igitur prædecessorum nostrorum felicitis memorie Urbani et Paschalis Romanorum pontificum, præsentis decreto statuimus ut universa quæ in præsentiarum eadem Ecclesia juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma sint tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Statuimus etiam ut diocesis Pistoriensis episcopatus, sicut ejus termini prædictorum nostrorum privilegiis distincti sunt, sic in jure et conditione, Pistoriensis episcopo sine alicujus molestia vel inquietudine perseverent: per quos nimirum terminos subscriptæ capellæ et ecclesiæ constitutæ esse noscuntur, etc.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Willelmus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Matthæus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Joannes tituli S. Chrysogoni presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Gottifredus cardinalis presbyter tituli S. Justinæ, subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Petri [Joannis et Pauli], subscripsi.

Ego Martinus presbyter cardinalis tituli S. Stephani in Cælio monte, subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis tituli Sanctorum Sergii et Bacchi, subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata, subscripsi.

Ego Odo diaconus cardinalis S. Georgii, subscripsi.

Ego Joannes diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, subscripsi.

Datum Pisis per manum HaimERICI sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xii Kal. Januar., indict. xii, Incarnat. Dominicæ 1133, pontificatus vero domini Innoc. papæ II anno quarto.

CL.

Ad Gausfredum Carnotensem et Stephanum Parisiensem, episcopos. — Quam pœnitentiam interfectores Archembaldi subdecani Aurelianensis agere teneantur, ut satisfaciant et ab excommunicatione absolvantur.

(Anno 1134, Jan. 8.)

[D'ACHERY, *Spicil.*, III, 493.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus GAUSFREDO Carnotensi apostolicæ sedis legato, et STEPHANO Parisiensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Noverit vestra dilectio quoniam Goffredus de Vicovovo nuper ad nos veniens, in præsentia Fratrum nostrorum jure jurando firmavit, quod salva fidelitate charissimæ filii nostri Lodovici Francorum regis

aligum hominum faciet dilectis filiis nostris Stephano subdecano, Si. præposito, et aliis cognatis et nepotibus Archembaldi bonæ memoriæ Aurelianensis subdecani, qui hoc recipere voluerint, et tam ipsi quam omnibus aliis qui cum eodem defuncto fuerant exsultati, vitam et membra et bona jurabit; et cum eo meliores de cognatione ipsius eandem securitatem jurabunt. Hoc etiam addito quod fideliter laborabit, quatenus Henricus similiter juret idem et faciat, et uterque Aurelianensi Ecclesiæ quatin graviter læserunt, satisfaciat. Præterea Herveus de Vicovovo, Hugo nepos ejus, et Thebaldus Hervei, et cum eo tot milites ut centesimum numerum compleant, et centum quadraginta de melioribus burgensibus urbis Aurelianensis, quos ad hoc poterunt invenire, prædictis Archembaldi subdecani parentibus hominibus faciant. Quod si Henricus hoc jurare noluerit, prædictus Goffredus hoc per se nihilominus faciet adimpleri.

Deinde vero proxima Omnium Sanctorum festività nostro se conspectui presentabunt, pœnitentiam quam eis injungere voluerimus fideliter suscepturi, tunc per nos ab excommunicationis vinculo absolventi. Denique præfatus Si. subdecanus, et Si. præpositus mortem jam dicti Archembaldi recolendæ memoriæ eidem Goffredo in conspectu fratrum nostrorum pro Dei amore misericorditer indulserunt, et hoc ipsum facient aliis militibus ejusdem subdecani interfectores, qui Aurelianensi Ecclesiæ, et parentibus interfecti satisfaciant. Veruntamen ipsi omnes interim extra Ecclesiam et in pœnitentia erant, et si quem eorum ad extremum vitæ venire contigerit, et absolutio ab excommunicatione et viaticum non negabitur. Volumus autem ut pro his qui Ecclesiæ satisfecerint, Aurelianensis Ecclesia ulterius a divinis non cesset officiis. Si qui autem de eisdem interfectores se ab ipsa satisfactione subtraxerint, donec in terra de speciali dominio gloriosi filii nostri Lodovici Francorum regis in ipso Aurelianensi episcopatu manserint, tota civitas et archidiaconatus Stephani de Garlanda usque ad eorum satisfactionem a divinis vacet officiis. Ideoque sollicitudini vestræ mandamus, ut quia status terræ notior vobis existit, de modo satisfactionis et absolutione Ecclesiæ, quæ sub interdicto tenetur, vice nostra providere curetis.

Datum Pisis sexto Idus Januarii.

CLI.

Privilegium pro monasterio Resbacensi.

(Anno 1134, Jan. 12.)

[DUPLESSIS, *Hist. de l'Eglise de Meaux*, II, p. 27.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo NATALI Resbacensi abbati, ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum.

Quemadmodum ex gestorum veterum scriptis agnovimus, vir quidam venerabilis, Dado nomine, natione Francigena, in loco qui Resbacus dicitur super rivum ejusdem nominis in pago Meldonsi, de-

votionis intuitu monasterium ædificavit, quod videlicet Jerusalem voluit appellari, ipsumque in honorem apostolorum Petri et Pauli solemniter consecratum, consilio et assensu S. Faronis Meldensis episcopi, et aliorum plurimorum episcoporum nec non etiam regum Franciæ, B. Petro et sanctæ Romanæ Ecclesiæ obtulit, quod nimirum cum egregio abbate Agillo, et abbatibus sibi substituendis, et commonachis, seu clericis ibidem Domino famulantibus sibi ad regendum commissis, et cum omnibus rebus atque hominibus eidem monasterio subjectis aut subjiendis, in potestate, dominatione ac defensione apostolicæ sedis, prædecessores nostri bonæ memoriæ Joannes et Martinus Romani pontifices susceperunt, et scriptis apostolicis roboraverunt. Nos itaque eorum inhærentes vestigiis, te dilecte in Domino fili Natalis abba, cum eodem monasterio, cui, Deo gratias, præesse dignosceris in tutela et patrocinio sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac nostro suscipimus, et præsentis privilegii pagina communimus: statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium juste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum seu principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant: in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: Burgum videlicet ipsius quod Resbacus dicitur cum omnibus suis appendiciis cum ecclesiis et decimis, cum servis et ancillis, cum pratis aut pascuis, cum aqua quæ dicitur Mucra, seu omnium piscatione, insulis quoque et molendinis, nec non et piscatoriis, cum pontibus etiam cunctisque ipsius aquæ transitoriis, et cum omnibus sibi adjacentibus, cultis et incultis: villam Orleii et villam Montboitron cum earundem villarum ecclesiis, decimis, servis et ancillis, pratis et pascuis, et cum omnibus eisdem adjacentibus, cultis et incultis; villam quæ Ulciacus dicitur et villam quæ Septemsortes dicitur cum earundem villarum ecclesiis, decimis, servis et ancillis; pratis et pascuis, et earum appendiciis, cultis et incultis: portum de Fây; dimidiam villam quæ Brigenium dicitur, cum matre ecclesia, et decimis ad eam pertinentibus, cum servis et ancillis, cum pratis et pascuis, et aliis circum adjacentibus tam cultis quam incultis: villam quæ dicitur Montigniacus, cum ecclesia et decimis, et sibi circum adjacentibus pratis pascuis, terris cultis et incultis; villam quæ dicitur Capella super Mucram, et villam quæ dicitur Cormaiot super eandem ripam; et villam quæ dicitur Melle-raie super eandem ripam, cum earundem villarum ecclesiis, decimis, servis et ancillis, molendinis, piscationibus, pratis, pascuis, et omnibus appendiciis, cultis et incultis: villam quæ dicitur campus Cœllus cum ecclesia, decima, servis, ancillis, pratis pascuis et omnibus appendiciis, cultis et incultis: insulam quæ dicitur Bellus-Locus, cum ecclesia, decima, servis, ancillis, pratis, pascuis, piscatio-

nibus, et omnibus suis appendiciis cultis et incultis; villam quæ dicitur Herblecia, cum ecclesia, decima, servis, ancillis, pratis, pascuis, et suis appendiciis cultis et incultis; villam quæ dicitur Agillmansio, cum ecclesia, decima, servis, ancillis, pascuis, pratis et sibi adjacentibus, cultis et incultis; decimam villæ quæ dicitur Senionia, cum terra appendente, cum servis et ancillis; terram et decimam villæ quæ dicitur S. Lupi, cum servis et ancillis; villam quæ dicitur Laqueius super ripam Matronæ fluminis, cum servis, ancillis, pratis, pascuis et suis appendiciis, cultis et incultis; supra eandem ripam, possessionem quæ dicitur Porteion, et alteram, quæ dicitur Vernolium; et ecclesiam quæ Capella vocatur, cum servis et ancillis, pratis, pascuis, et aliis appendiciis cultis et incultis; castrum quod appellatur Brecus, in villa quæ dicitur minor Brociacus, terram cum servis et ancillis, pratis et pascuis, et aliis appendiciis, cultis et incultis, etc... Porro libertatem in qua idem Resbacense monasterium cum parochianis ecclesiis sibi adjacentibus, videlicet Sancti Joannis, S. Nicolai, S. Dionysii, S. Leodegarii et S. Christophori hactenus mansisse cognoscitur, vobis præsentis decreto firmavimus, ut videlicet abbas ipsius loci nullius nisi tantum Romani pontificis iudicio et ditioni, vel admonitioni subiaceat: presbyteri quoque supradictarum ecclesiarum neque ad synodum diocesanam episcopi, vel ad aliam ejus admonitionem ire cogantur; sed potius tuæ ac successorum tuorum potestati et ordinationi cum suis omnibus parochianis subjecti existant; nec in eisdem parochianis diocesanus episcopus aut aliquis ejus officialis quacunque occasione justitiam vel admonitionem habeat; quinimo de omni re, tuo et successorum tuorum iudicio relinquuntur. Ut autem libertas ejusdem monasterii nequaquam futuris temporibus minuatur, sed potius illibata servetur, simili modo censemus ut pro extorta professione quam te, dilecte fili Natalis abba, fratri nostro bonæ memoriæ Bulcardo Meldensi episcopo pacis intuitu fecisse accepimus, nullum impedimentum tibi vel tuis successoribus generetur. Ad hæc adjicientes statuimus ne quisquam omnino absque missione vel auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ eundem locum, seu ecclesias in quibus parochorum conventus sit, a sacris officiis prohibere præsumat, aut propter hoc divinum intermittat altaris officium nisi forte, quod absit, talis offensa vel culpa vobis a pravis hominibus injuste fuerit irrogata, pro qua nostra auctoritate atque licentia communiti in eosdem malefactores anathematis sententiæ secundum canones proferatis, quos etiam, prout oportuerit, ligandi aut solvendi facultatem... fecisse videmus apostolica vobis benignitate concedimus. Præterea presbyteros in omnibus ecclesiis quas habetis, præter illas quinque supradictas, constituendos juxta consuetudinem eligatis eosque in eisdem locis Domino servituros diocesanis episcopis præsentetis. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes al-

tarium vel ecclesiarum, ordinationes monachorum vel clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocæsano suscipietis episcopo si quidem gratiam apostolicæ sedis habuerit, et ea vobis absque pravitate et exactione exhibere voluerit: a quo etiam benedictionem abbatis libere et absque exactione professionis percipietis; alioquin quemlibet Catholicum adeatis antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Ad indicium autem hujus a Romana Ecclesia libertatis duos hisantios nobis nostrisque successoribus annualiter persolvete. Nulli ergo hominum fas sit vestrum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostram constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmiæ æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus episcopus Prænestinus subscripsi.

Ego Matthæus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Girardus presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Liectifridus presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis ecclesiæ Sancti Joannis et Pauli subscripsi.

Ego Guido indignus sacerdos subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Albertus diaconus tituli S. Theodori subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinal. S. Adriani subscripsi.

Data Pisis per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinal. et cancellarii, secundo Idus Januarii, indict. XII, Incarnationis Dominicæ anno 1134, pontificatus vero domini Innocentii secundi papæ anno quarto.

CLIII.

Bulla per quam Franckentalense cœnobium stabilitur ac simul in protectionem sanctæ sedis recipitur.

(Anno 1134, Jan. 25.)

[SCHANNAT, *Hist. episcop. Wormat.*, tom. II, p. 66.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei,

dilectis filiis GUILBERTO præposito ecclesiæ S. Mariæ Magdalensæ, quæ sita est in loco qui Franckental, ejusque fratribus in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus congrua nos oportet consideratione prospicere; quamobrem, dilecti filii, vestras petitiones clementer admittimus, et B. Mariæ Magdalensæ ecclesiam in qua divino vacatis officio in B. Petri protectione suscipimus, inprimis quidem statuente ut ordo canonicus, qui secundum B. Augustini Regulam ibidem noscitur institutus, in eadem ecclesia perpetuis temporibus inviolabiliter servetur, universa quoque bona, quæ in præsentiarum ad eundem locum canonicè pertinent, aut in futurum, auxiliante Domino, adipisci poteritis, vobis, vestrisque successoribus ejusdem scripti munimine roboramus, in quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda: ecclesiam videlicet, quæ in loco Omerscheim dicitur in honore sanctorum omnium consecratam, in qua religiosæ mulieres Domino deservire noscuntur, quam nimirum cum omnibus suis pertinentiis sanctæ Romanæ Ecclesiæ suffragio pariter duximus protegendam. Omnia etiam, quæ a nobili viro Erkemberto, vestræ ecclesiæ fundatore, seu aliis Dei fidelibus, eidem loco, devotionis intuitu collata sunt, firma vobis in perpetuum manere decrevimus. Porro decimas omnium rerum, quas infra septa et immunitatem vestram habueritis, quemadmodum a venerabili fratre nostro Burchardo, qui et Buggo, Guormatiensi episcopo, vobis concessæ aut renissæ sunt, nos quoque vestræ ecclesiæ perpetuo habendas, apostolica auctoritate sancimus, atque juxta ejusdem fratris nostri constitutionem in auxilium Guormatiensium episcoporum pœnitentes suscipiendi, et infirmos visitandi licentiam habeatis, et ut sitis ab omni sæculari exactione quieti, quicquid juris, seu privilegii alia claustra in Guormatiensi episcopatu rationabiliter habere videntur, vos quoque nihilominus obtinere decernimus. — Obeunte vero te nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quorumlibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres ejusdem loci, omnium assensu, seu pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, et beati Augustini regulam præviderint eligendum. Nulli ergo hominum fas sit prædictum locum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra et illibata conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine,

districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem A
ecclesiæ jura seruantibus sit pax Domini nostri
Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis
percipiant, et apud districtum Judicem præmia
aeternæ pacis inueniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guido Tiburtinus episcopus.

Ego Luitfridus presbyter cardin. tit. Vestinæ.

Ego Lucas presbyt. card. tit. S. Joannis et Pauli.

Ego Stephanus diacon. card. tit. S. Lucie.

Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad Velum Au-
rum.

Data Pisis, per manum Americi sanctæ Romanæ
Ecclesiæ card. diaconi et cancellarii, x Kalend. Feb.,
indictione xi, Incarnat. Dom. anno 1134, pontifi-
catus domini Innocentii II papæ anno iv.

CLIII

Monasterii S. Floræ Aretini possessiones confirmat.

(Anno 1134, Mart. 25.)

[COCQUELINES, tom. II, p. 225.]

INNOCENTIUS episcopus, seruus seruorum Dei, di-
recto filio JOANNI abbati monasterii S. Floræ, ejus-
que successoribus regulariter substituendis in per-
petuum.

Quoties illud a nobis petitur, quod rationi nosci-
tur convenire, animo nos decet libenti concedere,
et potentium desiderii congruum impertiri suffra-
gium. Quamobrem, dilecte in Domino filii Joannes
abbas, petitiones tuas clementer admittimus, et
monasterium Sanctæ Floræ cui, Deo auctore,
præesse dignosceris, apostolicæ sedis suffragio com-
munimus. Per præsentis igitur privilegii paginam
apostolica auctoritate statuimus ut quæcumque bona,
quascumque possessiones, in præsentiarum idem
monasterium juste et canonice possidet, aut etiam
in futurum concessione pontificum, largitione reg-
um vel principum, oblatione fidelium, seu aliis
modis, auxiliante Domino, poterit adipisci, firma
tibi tuisque successoribus et illibata seruentur: in
quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjun-
ximus: Castrum Sanctæ Floræ cum capellis, quæ in
eodem sitæ esse noscuntur, capellam videlicet Sancti
Anastasio, capellam Sancti Angeli, capellam Sancti
Apollinaris, capellam Sancti Zenonis, et id quod
habetis in capella Sanctæ Mariæ; monasterium
Sancti Petri majoris in civitate Arretina cum hos-
picio et omnibus pertinentiis suis, adjicientes, ut
tu juxta solitam consuetudinem possis illud ordi-
nare; capellam Sancti Gregorii, et jus quod habetis
in capella Sancti Laurentini, monasterium Sancti
Michaelis de monte Pinculi cum capellis et perti-
nentiis suis, ecclesiam Sancti Petri et Sancti Ti-
burtii in Gargonza cum pertinentiis suis, plebem
Sancti Martini de Galoniano cum omnibus pertinen-
tiis suis, duas partes de plebe Sanctæ Mustiola
cum pertinentiis earum, et jus quod habetis in
ecclesia Sancti Vincentii in Cortona, et castrum de

Quarata cum ecclesia Sancti Andree et curte sua,
castrum de Sarna cum ecclesia sanctæ Floræ, et
curte sua, et quidquid habetis in Sancto Mamna,
castrum de Muglano cum ecclesia Sancti Angeli
et curte, et hoc quod habetis in ecclesia Sanctæ
Mariæ, in villa-Alba; castrum de Fontia cum eccle-
sia Sancti Petri et pertinentiis suis, castrum de
Rughitino cum ecclesiis, et curte sua: ecclesiam
Sancti Leonis cum pertinentiis suis, ecclesiam
Sanctæ Floræ minoris cum medietate suæ curtis et
curtis de Bulgari cum hoc quod habetis in ecclesia
Sancti Laurentii et Sancti Sebastiani, et ecclesiam
Sancti Petri in Majano cum hoc quod ibi habetis, et
quidquid habetis in Politiano et in Pinli et in vico.
Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel
tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet
subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi
quem fratres communi consensu, vel fratrum pars
sanioris consilii, secundum timorem Dei et beati
Benedicti Regulam, providerint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat,
præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus
possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere,
aut quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra
conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et
sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis pro-
futura, salva nimirum Arretini episcopi et Ecclesiæ
canonica iustitia et reverentia. Si qua igitur in isto
monasterio ecclesiastica sæculariue persona, hanc nostræ
constitutionis paginam sciens, contra eam temere
venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non
reatum suum congrua satisfactione correxerit, po-
testatis honorisque sui dignitate careat, et a sacra-
tissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini Re-
denptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in
extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis
autem eidem loco sua jura seruantibus sit pax
Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum
bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem
præmia aeternæ pacis inueniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus SS.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus SS.

Ego Mattheus Albanensis episcopus SS.

Ego Guido Tiburtinus episcopus SS.

Ego Rodolphus Ortanus episcopus SS.

Ego Anselmus presbyter cardinalis SS.

Ego Lictifrodus presbyter cardinalis tituli Ves-
tinæ SS.

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Sanctorum
Joannis et Pauli SS.

Ego Guido indignus sacerdos SS.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum
Sergii et Bacchi SS.

Data Pisis [per] manum Aymerici sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ diac. cardin. et cancellarii, x Kalend.
Aprilis, indictione xii [leg. xiii], Incarnationis Do-
minicæ anno 1135, pontificatus domini Innocentii
papæ II anno v [leg. vi].

CLIV.

Ad Briccium Nannetensem episcopum.

(Anno 1154, April. 22.)

[MORICE, *Mémoires pour l'hist. de Bretagne*, I, 571.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Briccio Nannetensi episcopo ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Jurgantium controversias celeri sententia terminare et æquitati procul dubio convenit et vigori. Proinde definitionem controversiæ quæ inter te et monachos Majoris Monasterii pro ecclesiis videlicet S. Crucis, S. Saturnini, S. Albini et S. Mariæ infra Nannetensem civitatem sitis, est hactenus agitata, chartæ et atramento duximus committendam. Illustris igitur vir Conanus Britannicæ comes, primo quidem per venerabiles fratres nostros Guilelmum Prænestinum episcopum, et Guidonem sanctæ Romanæ Ecclesiæ tunc diaconum cardinalem, et postmodum per frequentes litteras suas nobis sæpius indicaverat supradictas ecclesias, secundum consuetudinem principum illius terræ, ita proprias sui juris existere, quod nihil sibi prorsus in eis civitatis episcopus vindicaret, seque de earum institutione diutius cogitantem ad hoc divina inspiratione asserebat fuisse inductum quod eas beato Petro vellet offerre, ac postmodum monachis Majoris Monasterii nostra benignitate, et in quibus catenus turpis vitæ ac conversationis clerici fuerant cominorati, per manus nostras religiosi viri ad serviendum Domino ponerentur. Et nos quidem de ipsius comitis devotione gaudentes eundem nostris litteris commouimus, ut quandoquidem tam pium opus et divina pietas inspiraverat, easdem proprio episcopo restitueret ejusque providentiæ ipsas regendas disponendasque committeret. Cumque hoc multoties sibi fuisset per nostras litteras persuasum, nostris exhortationibus se devote velle favere asseruit; sed in hoc negligentiam ipsius episcopi arguebat, eo quod religiosas ibi personas ponere recusabat, unde etiam fraternitati tuæ sæpius scripsimus, et de suscipiendis prædictis ecclesiis et ponenda in eis religione pariter consultimus. Interea jam fere unius anni spatio elapso, præfatus comes ad nos nuntios suos misit et devotionem suam per nos effectui mancipari suppliciter postulavit; atque ut hoc ipsum nequaquam impetu aut levitate aliqua procedere putaretur, per eosdem nuntios venerabilium fratrum nostrorum Gaufridi Carnotensis apostolicæ sedis legati et Ancelini Redonensis episcopi scripta suscepimus. Qui videlicet bonam voluntatem ejusdem comitis collaudantes, ut suis petitionibus præberemus assensum, pariter rogaverunt. Cum igitur tantopere apud nos insisteret, et tantorum virorum testimonio juvaretur, nec infra hujus temporis spatium nostris exhortatoriis libris toties tibi missis aliquid rescripsisses, vix tandem præfati comitis petitioni annuimus, arbitantes melius esse easdem ecclesias de manu laicali tam honesta occa-

sione abstrahere et religiosos viros inibi ponere, quam in potestate ipsius comitis taliter remanere. Prædictis igitur ecclesiis in B. Petri proprietate et defensione susceptis, rogatu supradictorum fratrum nostrorum eas abbati et fratribus Majoris Monasterii, salva tua justitia et reverentia, ex nostra benignitate concessimus et scripti nostri pagina roboravimus. Cum igitur prædictus abbas super eandem concessionem, se a tua fraternitate diversas molestias et injurias sustinere nobis per suos nuntios sæpius questus esset, per apostolica scripta præcipimus ut ab eorum fratrum infestatione desisteres, aut in octavis B. Martini nostro te conspectui repræsentes, tam nobis quam ipsis de contemptu et injuriis responsurus. Verum cum dies ipsius termini immineret, quamvis confectus senio et infirmitate gravatus nostram adivisti præsentiam. Cumque abbatem et monachos aliquandiu expectares, tandem quidam ab eis missi cum litteris advenerunt, asserentes nec venisse nec venturos esse; quippe sicut injuriæ eis illatæ redundare in Romanam Ecclesiam videbantur, ita negotium ipsum domno papæ principaliter pertineret. Porro tua fraternitas calamitates atque oppressiones quas ab eis pertuleras nihilominus replicabas, asserens ecclesias supradictas, quas a potestate illustris viri Conanis comitis esse, et ab eo sibi fuisse concessas monachi astruebant, pro quarum etiam confirmatione privilegium a sede apostolica impetraverant, priusquam ab eodem comite in capitulo B. Petri Nannetensis, in festivitatem B. Nicolai investituram acciperent, et ab eo essent in possessionem missi, fuisse in manu tua ad opus Nannetensis Ecclesiæ refutatas. Cumque præfatus comes jam ad hoc esset inductus ut eisdem monachis supradictas ecclesias, te renitente et contradicente contraderet, te Ecclesiam tibi commissam sentiens prægravari Romanæ sedis audientiam multis astantibus appellasti, et contra eandem appellationem ipsas suscepisse prædictos monachos proclamasti. Ecclesiam quoque Sanctæ Mariæ, quæ ad abbatiam Sanctæ Crucis de Kemperelegio pertinere dicebatur, eos per subreptionem impetrasse, ut suo apponeretur privilegio, edixisti. Et quia monachi absentes erant, nec sufficientes responsales miserant, licet esses confectus senio et adversa valetudine impeditus, personæ tuæ non parcens, donec monachi nostro se conspectui præsentarent, es in nostra curia commoratus. Qui ante nos mediante Quadragesima venientes, cum tuis objectionibus respondere deberent, licet a nobis submoniti quatenus ad idem negotium peragendum sufficientes personas mitterent, nequaquam se ad hoc venisse, vel missos esse asseruerunt, nec de his quæ sibi ab eodem collata videbantur, se judicium subire tutum esse monstrabant; præcipue cum idem comes abesset, nec pro causa hujusmodi vocatus fuisset. Tandem cum tua pars necessariis probationibus abundaret, et testes super his quæ proposueras produxisses, nos eorum testimonia

pro causæ diversitate suscepimus. Et primi quidem, A videlicet Joannes et David sacerdotes, testimonium protulerunt tuo præcepto atque consensu, et sub tua obedientia se fuisse in Sanctæ Crucis ecclesia constitutos, et ibidem divina celebrasse mysteria. Dein cum testes alios quæreremus, tres nobis presbyteros præsentastis, quorum duo de ecclesia Sancti Saturnini, videlicet Rainerium et Akariam, et unus de ecclesia Sancti Albini, scilicet Acharias; id ipsum asseruerunt quod utique priores testes de S. Crucis ecclesia affirmaverant. De refutatione quoque earum quas per comitem factas asseruisti, Titio archidiaconus et Normannus subdiaconus et canonicus tuæ ecclesiæ testati sunt se interfuisse, vidisse et audisse cum præfatus comes juxta fluvium Vicenoniæ calumniam quam in eisdem ecclesiis eatenus habuerat, priusquam monachis in capitulo B. Petri Nannetensis, a Conano comite concessæ fuissent, et in possessionem missi per cuffiam, tibi et Nannetensi Ecclesiæ libere refutavit, nulla habitæ mentione quod Majori Monasterio conferri deberent. Præterea Simon, abbas S. Gildæ de Landa, et Guido, capellanus S. Mariæ, testati sunt pro gravamine quod Nannetensi Ecclesiæ prædictus comes in Nannetensi capitulo inferebat antequam abbas et monachi Majoris Monasterii de supradictis ecclesiis in capitulo Nannetensi investiti, et in earumdem possessionem a prædicto comite fuissent immissi, te nostram audientiam publice appellasse. Qui omnes tactis sacrosanctis Evangeliiis juraverunt ita verum esse quemadmodum fuerant protestati. Tot igitur et tantis rationibus instructi, communicato fratrum nostrorum consilio, ex judicio te, venerabilis frater Briccio, de ecclesiis videlicet Sanctæ Crucis, S. Saturnini, S. Albini et Sanctæ Mariæ, in qua monachi de Camperelegio Domino famulantur, quas iidem monachi Majoris Monasterii in privilegio subrepticæ pontificerant, possessorem constituimus et per te Nannetensem Ecclesiam plene earum pertinentiis per annum investivimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat huic nostræ definitioni ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentaverit, nisi congrue satisfecerit, anathemati noverit se subiacere...

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus (cum multis aliis cardinalibus qui subscripserunt).

Datum Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardin. cancellarii, x Kal. Maii, indictione xii, Incarnat. Domin. anno 1135, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno v. CLV.

[Didaco] archiepiscopo Compostellano significat post discessum Lotharii imperatoris aliquandiu cum suis se in Urbe mansisse; deinde, « ut fratribus suis ad sese tutior et facilius pateret accessus, » Pisas ivisse. Astaldum commendat.

(Anno 1134, Maii 3.)

[FLOREZ, *España sagrada*, XX, 549.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri D. Compostellano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

De prudentia et honestate tua plurimum confidentes, fraternitati tuæ statum nostrum breviter duximus intimandum. Post discessum itaque charissimi filii nostri Lotharii imperatoris Augusti nos, qui subjectis ovibus providere debemus, ne forte cædem lupis rapacibus viderentur exponi, de divinæ protectionis tegmine magis quam humani auxiliî robore confidentes, cum ipsis in Urbe mansimus. Unde factum est ut fideles nostri adversus hostes Ecclesiæ fortiores effecti, in B. Petri et nostra fidelitate firmius perseverent. Denique postquam eos nostra corporali præsentia aliquandiu defensavimus, ut fratribus nostris ad nos tutior et facilius pateret accessus, et laborantes opportunis solatiis confovere possemus, Urbe egredientes Pisas pervenimus: ibique cum fratribus nostris commorantes, quæ ad honorem Ecclesiæ pertinent propensius operamur. Miramur autem quoniam, elapso tanto tempore, de statu et incolumitate tua nullam nobis certitudinem reddidisti. Ut igitur tuæ dilectionis affectus erga matrem tuam Ecclesiam Romanam magis appareat, per exhibitionem operis id ipsum studeas demonstrare. Ad hæc filium nostrum latorem præsentium Astaldum, qui sanctæ Dei Ecclesiæ admodum fidelis existit, dilectioni tuæ attentius commendamus. rogantes ut pro B. Petri reverentia et nostra charitate benigne recipias et ei in quibus oportuerit auxilia subministres.

Data Pisis v Nonas Maii.

CLVI.

Privilegium pro abbacia Præmonstratensi.

(Anno 1134, Maii 3.)

[LE PAGE, *Bibliotheca Præmonat.*, p. 622.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis, HUONI abbati Præmonstratensi et coabbatibus, præpositis, prioribus et universis fratribus Præmonstratensis ordinis tam presentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum.

Sacer ordo vester, in agro Dominico divina dispensatione plantatus, apostolicis gratis digne meretur attolli cujus professores, mundanis a se relegatis illecebris, cælestium contemplationi vacantes, insistent jugiter profectibus animarum. Nos autem ad dictum ordinem quem in statu summo, solido et stabili decrevimus et volumus permanere, apostolicæ considerationis intuitum dirigentes, ad ea libenter intendimus per quæ professores jam dicti nullum veræ pacis patiantur excidium, nullumque religionis status perferat detrimentum, sed eo devotius divine cultui ac salutis insistant operibus, quo quietior fuerit status eorumdem, ipsique fuerint ampliori libertate donati. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris precibus annuentes statuimus, et apostolicæ sedis auctoritate sancimus ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini Regulam et Præmonstratensium fratrum observantiam in eadem ecclesia constitutus esse dignoscitur, in omnibus etiam ordinis vestri ecclesiis perpetuis temporibus

inviolabiliter observetur. Statuimus etiam ut juxta A
 ordinationem bonæ memoriæ Norberti Magdebur-
 gensis archiepiscopi, universi abbates et præpositi
 vestri Præmonstratensis ordinis ad commune capi-
 tulum annuatim Præmonstratum veniant, ibique
 communi fratrum consilio corrigenda corrigant, et
 quæ statuenda fuerint, auctore Domino, statuant.
 Ad hæc præsentis etiam decreto sancimus ut nulla
 persona ecclesiastica, pro benedictione abbatum,
 vel consecratione ecclesiarum vestrarum, palefridum
 aut aliud aliquid exigere præsumat, nullusque ab-
 batum vestrorum, etiamsi exigatur, dare præsumat,
 quia et exigenti et danti nota Simoniacæ pravitatis
 et periculum imminet. Personam autem de alio or-
 dine nulla ecclesiarum vestrarum sibi eligat in
 pastorem, nec vestri ordinis aliqua, in abbatem B
 monasterii alterius ordinis, nisi de auctoritate Ro-
 manæ Ecclesiæ ordinetur. Nulli archiepiscopi, epi-
 scopi aut alii prælati ponant sub interdico ecclesias
 vestras, aut personas vestras excommunicent, cum
 vestri excessus per commune capitulum Præmon-
 stratense possint et debeant emendari. Sancimus
 etiam ut liceat vobis personæ liberas et absolutas e
 sæculo fugientes ad conversionem recipere, et sine
 contradictione cum suis rebus et possessionibus
 retinere. Infirmos quoque, qui in extrema voluntate
 ad vos se transferri, aut apud vos sepeliri delibera-
 verint, nullus eos impedire, seu res eorum legitimas
 retinere præsumat, salva tamen hæredum legitima
 portione et canonica justitia ecclesiarum illarum a
 quibus mortuorum corpora assumuntur. Simili C
 quoque modo decernimus ut in curiis et graugis
 vestris oratoria juxta possibilitatem vestram et uti-
 litatem construere possitis, quatenus ibi congrega-
 tioni vestræ et aliis fidelibus ad animarum salutem
 divina officia celebretis. Decernimus ergo ut nulli
 omnino hominum liceat ecclesias vestras temere
 perturbare, aut earum possessiones auferre, vel
 ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexatio-
 nibus fatigare, sed omnia integra conserventur eo-
 rum, pro quorum sustentatione et gubernatione
 concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva
 sedis apostolicæ auctoritate, et diocæsani episcopi
 canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesia-
 stica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutio-
 nis paginam sciens, contra eam temere venire
 tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi satis-
 factione congrua emendaverit, potestatis honoris-
 que sui dignitate careat, reamque se divino judicio
 existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a
 sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini
 nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo
 examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem
 eisdem ecclesiis et locis vestris jura servantibus sit
 pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic
 fructum bonæ actionis percipiant, et apud distri-
 ctum Judicem præsentia æternæ pacis inveniant.
 Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Ecclesiæ Catholicæ episcopus.

Ego Wilelmus Prænestinus episcopus.
 Ego Romanus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ
 in Porticu.

Ego Matthæus Albanensis episcopus

Ego Anselmus presbyter cardinalis.

Ego Lictifredus presbyter cardinalis tituli Ve-
 stinæ.

Ego Ubido indignus presbyter.

Ego Joannes presbyter cardinalis sanctæ Romanæ
 Ecclesiæ.

Ego Oddo diaconus cardinalis Sancti Georgii ad
 Velum Aureum.

Ego Guido cardinalis diaconus Sancti Adriani.

Datum Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ
 Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, quinto
 Nonas Maii, indictione duodecima, Incarnationis
 Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo quin-
 to; pontificatus domni Innocentii II papæ anno
 quinto.

CLVII.

Privilegium pro monasterio Sextensi.

(Anno 1134, Junii 9.)

[*Annal. Camaldul.* Append., t. III, p. 343, ex au-
 thentico SS. Bartholomæi et Pontiaui de Luca.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dile-
 cto filio HENRICO abbati Sancti Benedicti supra
 Padum ejusque successoribus regulariter substi-
 tuendis in perpetuum.

C Et temporis necessitas nos urget, et imminutio
 exigit personarum, ut si quando religiosa quondam
 monasteria a suæ religionis nitore defecerint, ei
 manus auxilii porrigamus, et ad eorum repara-
 tionem cooperante Domino totis viribus intendamus.
 Sextense siquidem monasterium, quod spiritaliter
 beati Petri juris existit, in vera religione et possea-
 sionum temporalium abundantia præcis temporibus
 floruisse cognoscitur; sed quia abundante iniquitate
 multorum charitas refriguit, et hominum malitia
 inolevit, locus ipse tam in temporalibus quam in
 spiritualibus, quod dicere sine dolore non possumus,
 plurimum est attritus. Unde nos, qui loco ejusdem
 apostolorum principis residentes, ecclesiarum om-
 nium et earum præcipue quæ ad jus sanctæ Romanæ
 Ecclesiæ pertinent, attentam debemus sollicitudinem
 gerere, cum fratribus nostris sollicitè pertractavimus,
 atque post diutinas discussiones tandem ecclesiasticæ
 utilitatis seu dispensationis causa id nostro sedit
 arbitrio, ut videlicet tibi, dilecte in Domino fili
 Henrice abbas, tuisque successoribus idem monaste-
 rium committere debeamus. Per præsentis itaque
 privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus
 ut ejusdem Sextensis monasterii magisterium de cæ-
 tero habeatis, et ad ejus reparationem sollicitè in-
 tendatis. Quatenus ibidem religione vestro studio
 reformata, et ea quæ in eodem loco corrigenda fue-
 rint, vestra industria corrigantur, et abbas qui pro
 tempore inibi statuendus fuerit, vestra provisione

atque consilio eligatur. Sane de novitiis ejusdem A
monasterii hoc statuimus ut, si tibi vel tuis succes-
soribus utile visum fuerit et religioni congruum,
iidem novitii ab abbate Sextensi infra annum ad
Beati Benedicti monasterium transmittantur, et vice
ipsorum de eodem claustrum alii assumantur. Nulli
ergo hominum fas sit super hac concessione vos
temere perturbare, aut præfatum cœnobium a vestro
magisterio et correctione subtrahere. Sed tam abbas
quam fratres ejusdem loci futuris temporibus vestræ
disciplinæ subjecti et obedientes existant; salva
nimirum beati Petri proprietate et apostolicæ sedis
debita reverentia. Ad indicium autem quod eadem
ecclesia apostolicæ sedis juris existat, tres bysantios
nobis nostrisque successoribus annis singulis per-
solvatis. Si quis autem adversus hanc nostram B
constitutionem temerario ausu venire tentaverit,
indignationem beatorum apostolorum Petri et Pauli
se noverit incursum. Conservantes autem eorum-
dem apostolorum gratiam consequantur. Amen,
amen, amen.

ADJVA NOS, DEUS, SALUTARIS NOSTER.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Gulielmus Prænестinus episcopus ss.

Ego Matthæus Albanensis episcopus ss.

Ego Hubertus Pisanæ Ecclesiæ archiepiscopus ss.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli Sancti
Laurentii in Lucina ss.

Ego Lictifredus presbyter cardin. tit. Vestinæ ss.

Ego Martinus presbyter cardinalis tituli Sancti C
Stephani in Cælio monte ss.

Ego Guido indignus sacerdos ss.

Ego Romanus diaconus cardin. Sanctæ Mariæ in
Porticu ss.

Ego Oddo diaconus cardinalis Sancti Georgii ad
Velum Aureum ss.

Ego Guido cardinal. diaconus Sancti Adriani ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum
Joannis et Pauli ss.

Datum Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ
Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, v Idus
Junii, indictione xii, Incarnationis Dominicæ anno
1135, pontificatus domni Innocentii II papæ anno v.

Ego Vido Henrici Pepe imperialis aulæ iudex, et
notarius authenticum illud unde hoc sumptum est
exemplum, cum sigillo domni Innocentii papæ II
vidi, legi et fideliter exemplavi.

Ego Bonotius sacri palatii notarius de Gunzaga
authenticum illud bullatum sigillo domni Innocentii
II papæ, unde hoc sumptum est exemplum, vidi, legi
et ideo hic subscripsi.

Ego Agnellus sacri palatii notarius de loco Gun-
zaga, etc.

Ego Arlothus sacri palatii notar. de Gunzaga,
etc.

CLVIII.

Henrico abbati Padilironensi et successoribus ejus
ecclesiam S. Cæsarii (Wilzacarensem) ea lege con-
cedit ut tres bysantios singulis annis persolvant.

(Anno 1134, Jun. 9.)

[MURATORI, *Antiq. Ital.*, V, 259.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei,
dilecto filio HENRICO abbati monasterii Sancti Be-
nediti super Padum, ejusdemque successoribus suis
regulariter substituendis in perpetuum.

Cor nostrum pia divinitatis inspiratione compun-
gitur loca quondam in ecclesiasticæ religionis ob-
servantia instituta in melius reformare, et eorum
destitutioni pro debito nostri officii subvenire. Hac
siquidem intentione, hoc desiderio, fideles quoque
ad honorem Dei ecclesias construunt, eisque posses-
siones et prædia largiuntur, ut videlicet religiosæ
personæ inibi statuatur, quæ divinæ majestati hu-
militer ac devote deserviant, quarum orationibus
ad Deum fuis, tam fundatores quam prædecessores
et posterius, a peccatorum vinculis absoluti, pro tempo-
ralibus beneficiis æterna præmia consequi mereantur.
Quo nimirum intuitu, recolendæ memoriæ Il-
lustris comitissa Mathildis, ecclesiam Beati Cæsarii
in Mutinensi agro, beato Petro oblatam, suis bonis
possessionibusque ditavit, libris, vasis et aliis orna-
mentis ecclesiasticis plurimum honestavit, et ut
fratres, qui secundum beati Augustini Regulam om-
nipotentis Dei vacarent obsequiis, in eodem pone-
rentur effecit. Unde factum est ut mundo in maligno
posito et in deterius assidue declinante, illa, quæ
pro bono religionis et animæ suæ remedio Deo et
beato Petro obtulerat, a pravis hominibus sint oc-
cupata atque distracta, et ubi prius religio et ho-
nestas cum rerum temporalium ubertate vigeat,
nunc peccatis exigentibus, vix saltem vestigia bono-
rum spiritualium obinsolentiam pravorum hominum
valeant apparere. Cujus rei gratia cum fratribus
nostris sæpius meditates, ut tam pium præfate
mulieris propositum non frustraretur, sed potius
optatum animæ remedium consequatur, tibi, dilecte
in Domino filii Henrice abbas, et successoribus tuis,
eamdem ecclesiam cum suis pertinentiis duximus
concedendam, ut videlicet per tuam tuorumque suc-
cessorum industriam, secundum beati Benedicti
Regulam religiosorum fratrum conventus in eodem
loco ponatur, et juxta facultatem illius ecclesiæ eorum
numerus statuatur. Decernimus ergo ut nulli homi-
num liceat super hac nostra constitutione vos te-
mere perturbare, nec præfatum ecclesiam, quandiu
religio ibidem Domino cooperante duraverit, a no-
stra dispositione seu correctione distrahere, sed tam
ipsa quam bona ad eam pertinentia sub nostro ma-
gisterio et libera ordinatione consistant, salva ni-
mirum beati Petri proprietate atque dominio et
nostra nostrorumque successorum debita reverentia.
Ad indicium autem quod eadem ecclesia apostolicæ
sedis juris existat, tres bysantios nobis nostrisque
successoribus annis singulis persolvatis. Si quis

autem adversus hanc nostram constitutionem temerario ausu venire tentaverit, indignationem beatorum apostolorum Petri et Pauli incurrat. Conservantibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gulielmus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Mattheus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Humbertus Pisanæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli S. Stephani in Cælio monte subscripsi.

Ego Guido indignus sacerdos subscripsi.

Ego Lucifredus presbyter cardinalis tituli Vestinæ subscripsi.

Ego Martinus presbyter cardinalis S. Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Romanus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu subscripsi.

Ego Oddo diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Guido cardinalis diaconus Sancti Adriani subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli S. Joannis et Pauli subscripsi.

Datum Pisis per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, v Idus Junii, indictione xii, anno Incarnationis 1135, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno v.

CLIX.

Bulla qua Quinciæensium monachorum prædia aliæque confirmantur.

(Anno 1134, Oct. 12.)

[Gall., Christ., IV, instrum. 164.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ALBERICO abbati de Quinceio ejusque successoribus regulariter substituendis.

Quanta cordi nostro lætitia de vestræ congregationis religione laudabili generetur, ille profecto cognoscit qui renum et cordium scrutator existit: vos enim de Pontiniacensi monasterio, utpote apum examina, creantes longe lateque alvearia innumera cælesti manna repletis et multorum sitientium corda aquæ salientis in vitam æternam salutari doctrina imbuedo reficitis. Eapropter sacrum collegium vestrum veræ charitatis affectione diligimus et monasterium beatæ Dei Genitricis, in quo divino vacatis servitio, apostolicæ sedis suffragio communimus, statuentes ut quæcunque bona, quascunque possessiones in præsentî duodecima indictione juste et canonice possideis, quæcunque etiam in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis rationabiliter poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant, in quibus hæc nominatim duximus exprimenda: locum ipsum videlicet de Quinceio locum

A de Fontanis, locum de Baterio. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ operationis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestinus episc.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli SS. Joannis et Pauli.

Ego Romanus diaconus cardinalis S. Mariæ in Porticu.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Oddo diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

C Data Pisis per manum Aimerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, iv Idus Octobris, indict. xii, Incarnat. Dom. an. 1135, pontif. dom. Innocentii papæ II anno v.

CLX.

Ad Gaufridum archiepiscopum, et Dolensis Ecclesiæ suffraganeos episcopos atque abbates per eandem provinciam constitutos. — Invitat eos ad concilium Pisenæ.

(Anno 1134, Nov. 8.)

[MANSI, Concil., XXI, 487.]

Navis Ecclesiæ, cui rector Christus præsidet, licet undarum propulsatione sæpius agitetur, remigante tamen sæpe in ea Domino, nunquam submergitur. De profunditate siquidem sui consilii cælestis nautæ providentia ventos concitat, mare turbat, navem agitat, ut ministros dormientes excitet, pigros animet et cautos industriores efficiat. Gloria igitur sit in altissimis Deo, quoniam fides vestra nunquam defecit, sed emergente in Ecclesia schismate probati inventi estis, et manifeste tanquam veri Christi discipuli domum Domini illustratis. Ut autem de statu Ecclesiæ vobiscum tutius tractare possimus, et levior vobis ad nos pateret accessus, ordinato in Urbe vicario, et dispositis iis quæ fidelibus nostris opportuna esse cognovimus, cum fratribus nostris sani, Deo gratias, et incolumes Pisis moramur, et ut novis morbis nova medicamenta possint commodius adhiberi, ordinante Domino, proxima Pentecosten so-

lemnitate generale ibidem concilium celebrare decrevimus. Quocirca universitati vestræ præsentium auctoritate præcipimus ut eodem termino, omni occasione summota, vestram nobis exhibeatis præsentiam, quatenus administrante Spiritus sancti gratia, vestri freti consilio et auxilio, ea constituere valeamus, unde modo et in posterum Ecclesia collætetur. Dilectum autem filium Joannem monachum, capellanum nostrum, fraternitati vestræ attentius commendamus, rogantes ut pro B. Petri reverentia eum benigne suscipiatis et honeste tractetis.

Datum Pisis vi Id. Novemb.

CLXI.

Ecclesiæ Fesulanæ possessiones, petente Joanne episcopo, confirmat.

(Anno 1134, Nov. 46.)

[USMELLI, *Italia sacra*, IH, 241.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri JOANNI Fesulano episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

In eminenti apostolicæ sedis specula, disponente Domino, constituti, fratres nostros diligere episcopos et Ecclesiis sibi a Deo commissis suam debemus justitiam conservare. Proinde, charissime frater in Christo Joannes episcopo, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et sanctam Fesulanam Ecclesiam, cui auctore Domino præesse dignosceris, apostolicæ sedis privilegio communimus. Statuimus enim ut quascunq; possessiones, seu bona eadem Ecclesia in præsentī anno juste et legitime possidet, aut in futurum rationabiliter poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjuximus: Curtem, et civitatem Fesulanam cum ecclesiis, curtis et terris adjacentibus, similiter castrum montis Lauri, et mons Regis, Bajanam, et curtem Salam, Festilianum, et pratam Regis, ecclesiam S. Mariæ in Urbana, cum curte et Libiano, et Biviliano, castrum quod ædificatum esse tuis laboribus constat juxta fluvium Fontana cum curte rivi Ferioli et Palianti, castrum Ciselo, curtem in monte Acuto, et in Ampinana montana Sancti Gaudentii, cum alpiibus, et pertinentiis eorum, sicut ex regis concessionem Ecclesiæ tuæ collata sunt, castrum Agnæ, curtem Turricolæ, et Castillionem, castrum montis Bonelli, castrum Roslani, monasterium Sancti Salvatoris, situm in episcopatu Pistoriensi, cum ecclesiis Sancti Potitii, S. Martini constructis in Fugnano in campo Novoli eccl. S. Martini. In Capraccia medietatem ecclesiæ S. Christinæ, in Ripole ecclesiam S. Salvatoris, S. Michaelis de Marine, curtem de Calenzano, curtem S. Donnini, curtem de Bagnasca, et quidquid Fesulana Ecclesia possidet in plebe S. Stephani in Campo, et in plebe S. Joannis in Septimo. In Mengnano ecclesiam S. Petri cum curte, et omnibus decimationibus earum, monasterium S. Bartholomæi, situm Fesulis cum ecclesiis et decimationibus sibi pertinentibus, monasterium S. Mar-

mini, monasterium S. Gaudentii cum pertinentiis earum, patrimonium filiorum Hemionis, castrum, quod vocatur Flumen, et quidquid de jure præfate ecclesiæ in territorio Macelli detinent filii Hugonis, filii Raimberti, et Azo filius Albichi, et filii Hugonis de Castaniola, et Lombardi de Molezzano, et filii Hugonis de Casula, et Longobardi de Terliano, et Longobardi de Sancto Joanne majore, et Longobardi de Arena, vel quæcunq; in prædicto loco juris vestræ Ecclesiæ aliquis homo detinere videtur. Quidquid etiam Ugo filius Raynerii donavit præfate Ecclesiæ in Ampinana, in monte Acuto, et in Lece, Magnale, Polijano, et medietatem Ecclesiæ, et curtis in loco Quaracra. Præterea plebem S. Crisci sitam Albine, plebem S. Gervasii cum curte sitam in B. Alpiniano, ecclesiam S. Miniatis cum curte in monte Lauro, plebem S. Joannis, plebem S. Babilli, et S. Ditali, plebem S. Leonini, plebem S. Mariæ, plebem S. Stephani, in Pomino plebem S. Jerusalem, in Glaceto plebem S. Jerusalem, in Izermano plebem S. Gervasii cum curte, in Pitiana plebem S. Petri, in Cascia plebem S. Petri cum curte, et castrum, quod vocatur Novum, in Sco plebem S. Mariæ cum curte in Capiclia plebem S. Joannis, plebem S. Pancratii, plebem S. Romuli cum curte, ecclesiam S. Miniatis cum pertinentiis suis, in Campinone ecclesiam S. Mariæ cum curte, plebem S. Viti, in Regitino plebem S. Petri, plebem S. Laurentii cum castello, et curte, in Robiana plebem S. Miniatis, in Ciytoria plebem S. Petri cum curte, ecclesiam S. Justi in monte Rantuli, in Sillano plebem S. Petri, Novale plebem S. Crisci, in Panzano plebem S. Leonini cum curte, ecclesiam S. Eufrosini cum curte juxta castrum Corbuli, ecclesiam S. Romuli cum curte Novellæ, plebem S. Mariæ cum curte, ecclesiam S. Cassiani cum curte, in Avano ecclesiam S. Mariæ et S. Petri, plebem S. Justi cum curte, plebem S. Pauli cum curte, in Collina plebem S. Leonini, in monte Milliaro plebem S. Mariæ, in Testinula plebem S. Martini cum curte, in Stagia plebem S. Mariæ. Quidquid esse infra Fesulanæ Ecclesiæ parochiam, vel in aliarum Ecclesiarum parochiis, prædecessores tui hactenus possedissee noscantur, firma vobis et inconvulsa manere sancimus. Nulli ergo hominum liceat prænominatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur vestris, et clericorum et pauperum usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore, et sanguine Dei ac Domini Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examina districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ sua jura servantibus

sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis accipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus subs.
Ego Gerardus presb. card. tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem subscripsi.

Ego Lictifredus presb. card. tit. Sancti Vitalis ss.
Ego Guido indignus sacerdos subscripsi.
Ego Romanus diaconus card. Sanctæ Mariæ in Porticu subscripsi.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido card. Sancti Adriani subscripsi.
Dat. Pisis per manum Alberici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis cancellarii, sexto decimo Kalend. Decembris, indict. xii, Incarnationis Dominicæ anno 1134, pontificatus D. Innocentii papæ II anno v, etc.

CLXII.

Gregorio episcopo Bergomati nuntiat se canonicos S. Alexandri, qui constitutos ab ipso iudices rejecissent, et canonicos S. Vincentii in proximam Ascensionem Domini (16 Maii 1135) evocasse.

(Anno 1134, Nov. 30.)

[Lupus, Cod. dipl. Bergom., II, 985.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GREGORIO Pergamensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Gravat nos quod canonici Sancti Alexandri de controversia quæ inter ipsos et canonicos Sancti Vincentii agitur, venerabilium fratrum nostrorum P. Papiensis episcopi et A. sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinal. diac. quibus eandem causam terminandam commisimus subire iudicium noluerunt. Verumtamen quia iidem dati iudice in eadem causa minime processerunt, et nos utrique parti occasionem cujuslibet materiam præbere non volumus, eosdem ad nostram præsentiam invitavimus et proximam Ascensionem Domini nostri Jesu Christi eis terminum constituimus, utrinque sub periculo ordinis prohibentes ne se ad invicem in bonis aut personis offendant.

Data Pisis ii Kalend. Decembris.

CLXIII.

Didaco archiepiscopo Compostellano de muneribus missis gratias agit.

(Anno 1134.)

[FLOREZ, España sagrada, XX, 561.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri DIDACO Compostellano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Quia filius pius matris suæ in necessitate positæ oblivisci non debet, mirari nos non destitimus quoniam tanto tempore S. R. E. ministrare solatia distulisti. Verumtamen quoniam diversis occupationibus irrefectum te fuisse accepimus, quod non volun-

tate, sed necessitate factum est, ex apostolica mansuetudine indulgemus: credimus enim quoniam tantus est fervor tuæ dulcedinis, ut si tempus et facultas tibi suppeteret, profecto nihil deesset Romanæ Ecclesiæ quod tua liberalitas non suppleret. Affectum ergo tuæ charitatis propensius attendentes, pro exeniis a devotione tua nobis transmissis gratis referimus: magis etenim voluntatem quam facultatem attendentes, prædecessorum nostrorum inhzendo vestigiis personam tuam vera in Christo charitate diligimus, et volumus honorare: et si qua forte emergerint, quoniam mundus in maligno positus est, et homines pravi sunt qui honori B. Jacobi vel personæ tuæ contraire nitantur, nos profecto parati sumus et quæ tibi adversantur apostolica auctoritate repellere, et eos qui eundem locum B. Jacobi diligunt affectione paterna fovere. Tua itaque interest ita in B. Petri servitio et amore persistere, ita te devotum et humilem B. Petri filium in omnibus exhibere, ut magis ac magis in tuis opportunitatibus exaudiri a sede apostolica et honorari merearis.

Dat. Pisis.

CLXIV.

Ad Rainaldum Remensem, Hugonem Rothomagensem, Hugonem Turonensem, archiepiscopos, eorumque suffraganeos. — De parricidio Thomæ, prioris S. Victoris.

(Anno 1134.)

[Mansi, Concil., XXI, 450.]

C INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus RAINALDO Remensi, HUGONI Rothomagensi, HUGONI Turonensi, archiepiscopis, et eorum suffraganeis episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Graviora delicta amarioribus gravis pœnitentiæ fletibus purganda sunt: et quod adversus sacros ordines committitur, expedit ut celeriter dignis animadversionibus expietur. Quis enim locus tutus, et cui personæ sit præstanda securitas, si Ecclesiæ Dei violenter clerici, cœlestibus obsequiis mancipati, injuriis, vel captionibus, vel cruciatu corporis a perditis hominibus affligantur? aut, quod detestabilius est, morte et sacri sanguinis effusione mulentur? Adversus ergo tam Deo odibile et tam piaculare flagitium, quod in dilectos filios nostros bonæ memoriæ Thomam priorem S. Victoris, et Archembaldum subdecanum Aurelianensem commissum est, tepiditate seposita, assumpto vigore justitiæ exurgant canones, armentur jura: et, si res expostulat, novum scelus novæ synodi librata sententia conteratur.

D Quod ergo a vestra dilectione super hoc apud Jostrum nuper judicatum est, apostolica auctoritate statuimus esse firmatum. Sed quia nimis remissa videtur esse vestra sententia, addendo censemus, ut in quibuscunque locis præfati sanguinarii presentes fuerint, divina ibi non celebrentur officia: et si quis sacrilegos illos clericidas, ac cœlestis collegii perturbatores, et effusores Dominici sanguinis, in sæculo remanentes manutenere et confovere tenta-

verit, anathematis sententia percellatur. Ad hoc addentes statuimus ut, quia de nefaria parentum nequitia et horrendo furore, clerici nec adipisci nec retinere ecclesiasticum debent emolumentum (ipsis enim non pretio, non violentia, non terrore, non sanguineorum truculenta nequitia, sed solis interuentibus meritis, oportet acquiri, et acquisitum seruari), tam Tebaldus Noterius quam alii qui honores sub hac pessima forma acquisierint vel retinuerint salva nimirum sedis apostolicæ reverentia, ecclesiasticis priuentur beneficiis. Et quia superabundat iniquitas, summopere prospiciendum est ut clerici de cætero nihil humanum metuant; et ut grata tranquillitate, famulatibus valeant vacare diuinis, apostolica eis suffragia propensius impertimur.

CLXV.

Ecclesiæ Mortariensis ab ipso consecratæ possessiones et iura confirmat.

(Anno 1134.)

Bullar. Lateran., 12.]

CLXVI.

Monasterii Hugsburgensis protectionem suscipit.

(Anno 1135, Jan. 8.)

[*Neue Mitth. a. d. Geb. hist. ant. Forsch. . IV, 1, 9.]*

CLXVII.

Possessiones et privilegia abbatiæ S. Petri Aureæ Vallis confirmat.

(Anno 1135, Jan. 8.)

[*Gall. Christ. vet. t. IV, p. 114.]*

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto GAUFRIDO abbati S. Petri Aureæ Vallis, et ejusdem fratribus in eadem ecclesia canonicam vitam professis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Quoties a nobis illud petitur quod rationi et honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium; ut fidelis et pia devotio celebrem consequatur effectum. Quamobrem, dilecti in Domino filii, interventu venerabilis fratris nostri Guillelmi Pictavensis episcopi sapientis utique et honesti viri, atque in Catholica vita probati, petitiones, vestras libenter admittimus, et ad exemplum prædecessoris nostri bonæ memoriæ Paschalis papæ, ecclesiam beati Petri in qua divino vacatis officio, apostolicæ sedis patrocinio duximus muniendam, in primis siquidem statuantes ut ordo canonicus qui in eodem loco noscitur institutus, ibidem secundum B. Augustini Regulam perpetuis temporibus, inviolabiliterque conservetur, et ne cui post professionem factam proprium quid habere, neve sine præpositi vel congregationis licentiâ de claustris discedere liceat interdiximus, et tam vos quam vestra omnia sedis apostolicæ protectione munimus; vobis itaque vestrisque successoribus in eadem religione permansuris ea omnia perpetuo possidenda sanximus, quæ in præsentiarum legitime possidere videmini, in Pictavensi videlicet pago ecclesiam S. Pauli de

Hydraco, S. Martini de Achalo, S. Halorii de Borno, S. Martini de Gemellis, S. Petri de Solobria, S. Mariæ de Toxoneriis, S. Martini de Loono, S. Michaelis de Crum, S. Mariæ de Masconia, S. Eparchi de Germundo, S. Mariæ Magdalene de Pristiniao, S. Benedicti de Boxeria; ecclesiam Sancti Varentii, S. Mariæ Magdalene de Thouercia, S. Pauli de Bosco, S. Stephani de Amaillo; ecclesiam S. Lupi et sancti Pancratii, S. Martini de Salis; ecclesiam de Bocaico, ecclesias quoque sanctorum martyrum Gervasii et Protasii de Silvax, ecclesiam sancti Saturnini de Loberchai, ecclesiam S. Hilarii de Tolo, ecclesiam sanctæ Crucis de Borellia, ecclesiam sanctæ Mariæ de Galcis, sanctæ Mariæ de domibus Iterii, ecclesiam S. Hilarii de Mazoil, a venerabilibus fratribus nostris Petro et Guillelmo Pictavensibus episcopis vobis concessas: item in pago Andegavensi ecclesiam S. Petri de Dompno Petro, et S. Albiini Torcanuo, quas confrater noster bonæ memoriæ Rainaldus Andegavensis episcopus et antecessor ipsius Gaufridi vestræ ecclesiæ concesserunt. Decernimus ergo ut nulli hominum fas sit vestram ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua vero in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit. secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus.

Ego Matthæus Albanensis episcopus.

Ego Gerardus cardinalis presbyter tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Anselmus presbyter cardin. tit. Lucinæ.

Ego Luciferedus presbyter tituli Vestinæ.

Ego Lucas presbyter tit. SS. Joannis et Pauli.

Ego Guido indignus sacerdos.

Ego Aro presbyter tit. S. Anastasiæ.

Ego Gregorius diaconus cardin. SS. Sergii et Bacchi.

Ego Guido diaconus cardin. SS. Cosmæ et Damiani.

Ego card. diaconus S. Adriani.

Datum Pisis per manum Aimerici S. Romanæ Ecclesiæ diacon. cardinalis et cancellarii. vi Idus

Januarii, indict. xii, Incarnationis Dominicæ anno 1138 (49), pontificatus domni Innocentii II papæ anno v.

CLXVIII.

Bulla qua privilegia monasterii Scheningensis confirmantur.

(Anno 1135, Jan. 28.)

[FALKE, *Codez Tradit. Corbeiensium*, p. 761.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GOTESCALCO præposito et fratribus in Scheningensi ecclesia Beati Laurentii canonicam vitam professis tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas religiosos viros fraterna charitate diligere, et quæ a fratribus nostris rationabiliter invenerimus constituta, apostolicæ sedis munimine roborare. Significastis siquidem nobis quod frater noster Reinhardus bonæ memoriæ Alberstadensis episcopus Scheningensem locum in quo prius quædam sanctimonialia nequiter conversantes, cum neque in spiritualibus, neque in temporalibus aliquem fructum inibi facerent, sed potius utpote absque regula et ratione viventes per diversas terras huc illucque discurrerent, propter utilitatem personarum et earum male conversationem, communicato fratrum suorum consilio, exinde ipsas amoverit et ibidem regulares canonicos esse decreverit. Sed quia idem locus constituendis fratrum officinis incongruus existebat, eidem fratri nostro saniori consilio visum esse claustrum ipsum de priori loco in quamdam curiam suam, quam habebat in Scheningensi villa, utilitatis intuitu, transmutare, ea tamen consideratione habita ut ecclesia illa antiqua cum omnibus ad eam pertinentibus sub eorundem fratrum potestate maneret, et perpetua ditone ac dispositione consisteret. Nos igitur, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus desideriis annuentes, quod a prædicto fratre nostro Reinardo bonæ recordationis episcopo super eadem re factum esse cognoscitur auctoritate apostolica confirmamus, et futuris temporibus ratum esse sancimus. Statuimus etiam ut ordo canonicus qui secundum beati Augustini Regulam in vestra ecclesia noscitur institutus, ibidem, cooperante Domino, inviolabiliter observetur. Quæcunque præterea bona, quascunque possessiones in præsentiarum juste et canonice possidetis, quæcunque etiam in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, seu oblatione fidelium, seu aliis justis modis poteritis adipisci, apostolicæ sedis patrocinio munientes, eadem vobis firma et illibata in perpetuum manere decernimus. Prohibemus etiam ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem, absque libera præpositi et fratrum licentia, ecclesiam vestram relinquere, et ad alium locum liceat pertransire, nec aliquis episcoporum, abbatum, priorum vel aliqua persona eum retinere præsumat, sed tanquam suæ

A possessionis prævaricator redire ad locum proprium compellatur. Porro fratres sæculares venientes et vestro collegio sociari volentes, petita prius a propriis episcopis vel prælatis licentia, suscipiendi facultatem liberam habeatis. Obeunte te nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem communi consensu aut fratrum pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, de vestra congregatione, aut de alia ejusdem professionis, si necesse fuerit, secundum beati Augustini Regulam providerint eligendum. Nulli ergo omnino hominum fas sit vestram ecclesiam temerariis vexationibus sive exactionibus fatigare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis infestare; sed omnia integra et illibata serventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura, salva nimirum Alberstatensis episcopi justitia et reverentia. Si qua in posterum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Guilielmus Prænestinus episcopus ss.

Ego Mattheus Albanensis episcopus ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis sanctorum Joannis et Pauli ss.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli Sanctusimæ Crucis in Hierusalem ss.

Ego Gregorius diacon. cardin. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido card. diaconi S. Adriani ss.

D Data Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardin. et cancellarii v Kal. Februarii indictione xii, Incarnat. Dominicæ 1135, pontificatus domni Innocentii II papæ anno quinto

CLXIX.

Privilegium Ecclesiæ in villa Ronchalia, ab episcopo Placentino constructæ et canonicis Sancti Antonini donatæ, confirmat.

(Anno 1135, Mart. 15.)

[COCQUELINES, II, p. 223.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio AZONI sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinali et præposito B. Antonini de Placentia, ac fratribus in eadem Ecclesiâ divino famulatu manci-

(49) Signa chronologica sunt corrupta.

patis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum. A

Lororum venerabilium cura nos commonet, de eorum quiete ac utilitate sollicitè cogitare, quatenus qui ecclesiasticis famulantur obsequiis, ecclesiasticæ quoque tuitionis optato patrocinio foveantur. Tua siquidem charitas, dilecte in Domino fili Azo cardinalis presbyter, insinuavit nobis venerabilem fratrem nostrum Arduinum, Placentinæ civitatis episcopum, tibi ac fratribus ecclesiæ Beati Antonini licentiam concessisse in villa vestra, quæ Ronchalia dicitur, in fundo Beati Antonini ad honorem... ecclesiam construendi, ea scilicet consideratione habita, quoniam tam viri quam mulieres pro sacerdotis absentia, absque participatione corporis et sanguinis Domini, de hac vita transiisse multoties dicebantur. Cujus nimirum loci administrationem atque ordinationem vobis vestrisque successoribus idem frater noster perpetuo jure concessit. Hoc etiam addito, ut qui habitum religionis induere et in eodem loco Deo mitare decreverint, a præposito ecclesiæ Sancti Antonini, vel ab ejus fratribus, si ipse defuerit, ad suscipiendos sacros ordines, congruo tempore pro eodem Placentino episcopo præsententur. Quod si clericus aut sacerdos ejusdem loci, culpis exigentibus, fuerit corrigendus competenti regularique disciplina ab eodem præposito, vel ejus fratribus corrigatur. Si vero sæpe commotus, incorrigibilis apparuerit, tanquam inutilis et inobediens per eosdem ipsius loci beneficio et mansione privetur. Oleum quoque et Chrisma a matrice Ecclesia præfati loci sacerdos accipiat. Decimas autem, ad plebem de Sparovaria pertinentes nullatenus usurpare præsumat. Insuper etiam, si quis de eadem villa devotionem suam in quibuslibet eidem plebi judicatis exhibere voluerit, nequaquam impediatur. In aliis vero omnibus, ecclesia quæ nunc fundamentis in superscripta villa Ronchaliæ a vobis construitur, libere omnino ad ecclesiam Beati Antonini pertineat, adeo ut nullus archipresbyter jus potestatis in spiritualibus aut temporalibus se noverit habiturum.

Quia igitur sicut ea quæ a nobis statuuntur, volumus illibata persistere: ita etiam fratrum nostrorum debemus bene gesta firmare, vestris postulationibus clementer annuimus, et quod a prædicto fratre nostro Arduino episcopo super hoc statutum est, auctoritate apostolica roboramus et futuris temporibus ratum manere decernimus, quemadmodum ejusdem fratris nostri scripto noscitur stabilitum. Nulli ergo hominum fas sit præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere minuere, aut temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conservantur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita,

(50) Rainerus de Zetrud, vir nobilis, hujus abbatiæ abbatibus comitatus Namurcensis accessit.

si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Mathæus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Lielifredus presbyter cardinalis tit. Vestinæ subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Sanctorum et Pauli subscripsi.

Ego Guido indignus sacerdos subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sancti Adriani ss.

Ego Vasallus diaconus cardinalis Sancti Eustachii subscripsi.

Datum Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis, et cancellarii, in Idus Martii, indictione XII (leg. XIII), Incarnationis Dominicæ anno 1135, pontificatus domni Innocentii II papæ anno VI.

CLXX.

Ecclesiæ S. Frigidiani Lucensi xenodochium et ecclesiam S. Joannis concedit.

(Anno 1135, April. 3.)

[Bullar. Lateran., 14.]

CLXXI.

Abbatie Heylissemiensis, a Rainero construendæ possessiones confirmat.

(Anno 1135, Maii 3.)

[MIRÆI, *Opp. diplom.*, IV, p. 9.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio RAINERO (50) salutem et apostolicam benedictionem.

Religiosis desideriis facilis est præbendus assensus, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Quia igitur, dilecte in Domino fili Rainere, ob peccatorum tuorum veniam promerendam, ecclesiam ad honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, ut juxta beati Augustini Regulam, et formam religionis Florentinensium fratrum omnipotenti Deo inibi servietur, in proprio allodio, quod Heylichshain superius dicitur, construxisti, propositum tuum ac desiderium in Domino collaudamus, et ad id propensius exsequendum omnimodis exhortamur. Nos tuis justis postulationi-

fundator anno 1130 primos religiosos e Florentinensium

bus elementer annuimus, et ut ordo canonicus in præfata ecclesia perpetuis temporibus conservetur. præsentî decreto sancimus. Statuimus etiam ut possessiones et bona, quæ eidem ecclesiæ a te, seu ab aliis religiosis viris collata sunt, vel in futurum præstante Domino offerri contigerit, firma fratribus, qui inibi Domino famulantur, et illibata permaneant.

Nulli ergo omnino hominum fas sit prædictum ordinem in prænominata ecclesia infringere, vel mutare, aut ansu temerario perturbare, vel bona ejus auferre, minuere, aut quibuslibet molestiis fatigare, salva nimirum diocæsani episcopi reverentia.

Si quis autem huic nostræ constitutioni audacter, vel temerarie contraire tentaverit, nisi congrue satisfecerit, indignationem beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Data Pisis, v Nonas Maii, Incarnationis Dominicæ anno 1135, pontificatus domni Innocentii papæ II anno vi.

CLXXII.

Confirmat ordinem S. Augustini ad Præmonstratam ecclesiam v Non. Maii.

(Anno 1135.)

[Monachi Sazav. continuatio Cosmæ, ad an. 1135, ap. Periz, *Monum. Germ. Script.* IX, 138 (*Patrologia*, t. CLXVI).]

CLXXIII.

Ecclesiæ S. Frigidiani Lucensi restituit paræciam a monachis S. Georgii invasam.

(Anno 1135, Maii 21.)

[*Bullar. Lateran.*, 15.]

CLXXIV.

Ad Hubertum episcopum et canonicos Lucanos.

(Anno 1135, Maii 24.)

[*BALUZ*, *Miscell.*, IV, 589.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Hu. [HUBERTO] episcopo et canonicis Lucanis salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum est ut suæ jaceat ruinæ dolore prostratus quisquis apostolicis contendit contraire mandatis. Cæterum pro exhibenda justitia fratribus S. Frigidiani monachos S. Georgii Lucani frequenter ad nostram præsentiam evocavimus; ipsi vero nec nostro se conspectui præsentarunt, nec præfatis fratribus prout debuerunt, satisfecerunt. Pro quo nimirum excessu in ipsos interdicti sententiam promulgavimus. Illi autem tanquam inobedientiæ filii interdictum minime servaverunt. Ea propter communicato fratrum nostrorum consilio, eosdem monachos anathematis vinculo innodavimus. Quo circa dilectioni vestræ mandamus quatenus eandem sententiam per vestram parochiam annuetis, et singulis diebus Dominicis ad eorundem monachorum humiliationem in vestra Ecclesia renovetis.

Data Pisis nono Kal. Junii.

CLXXV.

Ecclesiæ Bonnenensis possessiones quasdam confirmat.

(Anno 1135, Maii 26.)

[*GUNTHER*, *Cod. diplom. Rh.-Mos.* I, 217.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GERARDO præposito, et canonicis Bonnenensis ecclesiæ ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

In beati Petri cathedra divina disponente clementia constituti, quæ ad pacem sunt Ecclesiæ debemus statuere, et venerabilium locorum quieti et utilitati salubriter providere. Quamobrem, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et allodium, quod prope Bunnam in villa quæ dicitur Entenic, cum vineis, agris, nemoribus et mancipiis ad ipsum pertinentibus, a nobilibus viris, Gerardo de Lon et Heriberto de Saphra, annuentibus uxoribus eorum et liberis, emptionis titulo ducentis triginta marci acquisivisse vos constat, vobis præsentis scripti pagina confirmamus. Mansum etiam, quem a Sigibergensi ecclesia in villa, quæ dicitur Reimerstorf, pro quadam compositione rationabiliter habetis, firmum vobis et illibatum perpetuo manere sancimus, statuantes ut ea omnia debita gaudeant libertate, et ab omni sæculari exactione libera et quieti consistant. Decernimus ergo ut neque tuis successoribus, nec alicui hominum liceat aliquid de prædictis possessionibus acquisitis vel acquirendis, vel de his quæ impræsentiarum libere et canonice Bunnensis habet ecclesia, alienare, aut in feudum dare, sed omnia integra conserventur vestris usibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructus bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus.

Ego Matthæus Albanensis episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis titulo S. n. c. t. e. Crucis in Jerusalem.

Ego Lucas presbyter cardinalis titulo Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Guido indignus sacerdos.

Datum Pisis, per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, vii Kal. Junii, indictione xiii, Incarnationis Dominicæ anno 1135, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno vi.

CLXXVI.

Privilegium pro Vindocinensi abbacia.

(Anno 1135, Maii 26.)

[LAUNON Opera, III, 1, 397.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectio in Christo filio FRAYMUNDO abbati Vindocinensis monasterii, ejusque successoribus regularis ad substitutionis in perpetuum.

Cum omnibus Ecclesiis et personis ecclesiasticis debitores ex apostolicæ sedis auctoritate ac benevolentia existamus, illarum tamen quieti et utilitati attentius nos providere convenit, quas B. Petro non est dubium specialiter convenire et pertinere. Expediit ergo ut pro monasterio Vindocinensi, cui, charissimè in Domino fili Fraymunde abbas, auctore Deo, præesse dignosceris, tanto amplius paterna invigilemus sollicitudine, quanto ex oblatione illustris memoriæ Gaufridi Andegavensium comitis, et Agnetis Pictaviensis comitiſſæ ibidem locus ad jus et dominium sanctæ Romanæ Ecclesiæ spectare cognoscitur. Ideoque tuis justis postulationibus clementer annuimus et prædictum Vindocinense monasterium ad exemplar prædecessorum nostrorum apostolicæ sedis privilegio communimus. Sicut igitur præfati fundatores devoverunt, sub sanctæ Romanæ Ecclesiæ defensione et libertate ab omni conditione aliarum personarum absolutum semper et liberum idem cœnobium permanere sancimus, statuentes ut quascunque possessiones, bona ab ipsius loci fundatoribus, vel ab aliis Deum timentibus oblata, et prædecessorum nostrorum auctoritate firmata idem cœnobium in præsentiarum in locis quibuscunque possident, tibi tuisque successoribus in perpetuum præsentis scripti pagina roboramus. In quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjungimus: Ecclesiam S. Georgii in Oleronis insula cum magna parte ejusdem insulæ; ecclesiam Beatæ Mariæ de castro Oleronis, ecclesiam Sancti Nicolai de Olerone, ecclesiam Beatæ Mariæ de Surgeriis, ecclesiam Sancti Sepulchri de Balgentiaco, parochialem ecclesiam S. Clementis de Credone cum omnibus ecclesiis quæ infra terminos ejusdem parochiæ continentur, ecclesiam de Adreio, ecclesiam S. Saturnini sitam super Ligerim, ecclesiam S. Petri de Monte Foleti, ecclesiam de Carcere, videlicet beati Nicolai et Vincentii, et S. Mariæ, quas in Cenomanensi episcopatu, consensu illustris Goffridi de Meduana, Hildebertus ejusdem loci episcopus cœnobio vestro concessit. In episcopatu Andegavensi, ecclesiam S. Mariæ de Castellis, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Coscia, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Broco, ecclesiam Sancti Petri de Villeriis, ecclesiam S. Hippolyti et S. Germani de Aretiaco. Confirmamus etiam vobis quicquid Robertus de Montecontorio Vindocinensi cœnobio donavit, et ejus filius Bertrannus postmodum concessit; ecclesiam B. Joannis quæ est super Ligerim. Concedimus etiam tibi tuisque successoribus ecclesiam B. Priscæ cum dignitate cardinali. Mitram, dalmaticam sandalia, et alia quæque dignitatis

A cardinalis insignia, vobis pariter confirmamus. Quidquid præterea possessionis, dignitatis vel immunitatis eidem cœnobio a sede apostolica concessum est, aut in posterum liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium offerri contigerit, vobis integrum atque inconvulsum in perpetuum manere sancimus. Ad concilium vero tuum, vel tuorum quilibet successorum coactus non ibit, ubi papæ persona non erit. Neque etiam subditas vestro cœnobio ecclesias, ubicunque sint, excommunicare vel interdicere cuiquam liceat, nisi apertis pro culpis et quas ejusdem loci abbas et monachi ab ipsis episcopis ad moniti emendare contempserint. Quod si quis contra te vel tuos successores pro aliquibus rebus causari voluerit, nullatenus tu vel tui successores respondeatis donec Romanum consulatis pontificem, cujus monasterium ipsum et res monasterii esse noscuntur. Quidquid igitur de rebus ipsis sine Romani pontificis judicio distractum fuerit vel definitum, irritum erit.

Ad hæc statuimus ut Andegavensis, Pictaviensis et Vindocinensis comites, omni tempore sint adiutores et defensores ejusdem loci ad honorem apostolicæ sedis, nec eorum quilibet aliquam exactionem sive consuetudinem Vindocinensis cœnobii rebus inferat, nec in eis aliquid vindicare præsumat, præter pratrocinium solum, quod eis ad honorem apostolicæ sedis exhibere promissum est. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam præviderint eligendum, non tamen sine trium abbatum testimonio, quos religiosiores in vicinis locis haberi contigerit. Electus autem abbas a Carnotensi vel a quolibet Catholico voluerit episcopo benedicatur, omni professione vel cujuslibet rei exactione seposita. Præcipimus etiam ut tam in Vindocinensi monasterio, quam in S. Salvatoris juxta Andegavis muros ecclesia nulli personæ nisi soli papæ liceat potestatem aliquam aut dominationem exercere, aut excommunicare seu interdicere, etiam si contigerit Carnotensem aut Andegavensem patriam pro culpis quibuslibet excommunicari; excommunicatos tamen ipsi scienter non suscipiant. Decernimus etiam ut nulli omnimodo hominum liceat sæpe dictum cœnobium perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuire, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum archiepiscopus, episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, judex aut quilibet potens vel impotens persona, hujus nostri privilegii paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat,

reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco ista servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmiæ æternæ pacis inveniant. Amen.

Sic signatum :

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Prænестinus episcopus.

Ego Antheus Albanensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Guido diaconus card. Sanctorum Cosmæ et B Damiani.

Ego Vasallus diaconus card. Sancti Eustachii.

Ego Lictefridus presbyter card. titulo Vestinæ.

Ego Grisogonus diaconus card. Sanctæ Mariæ in Porticu.

Ego Gerardus presbyter card. tit. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Anselmus presbyter cardin. tit. Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Lucas presbyter card. titulo Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Martinus presbyter cardin. tit. Sancti Stephani in Cælio Monte.

Ego Guido indignus sacerdos.

Ego Azo presbyter card. tit. Sanctæ Anastasiæ.

Datum Pisis per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardin. et cancellarii, vii Kalend. Junii, indictione xii, Incarnationis Dominicæ anno 1135, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno sexto.

Sic sequitur in figura rotunda :

ADJUYA NOS, DEUS, SALUTARIS NOSTER.

S. PETRUS, S. PAULUS.

INNOCENTIUS PAPA SECUNDUS.

CLXXVII.

Privilegium pro Ecclesia Silvæ Mundæ.

(Anno 1135, Maii 28.)

[*Annal. Gemaldut., III, p. 242.*]

Innocentius, anno 1135, auctoritate apostolica, cum Pisanis adhuc moraretur, ut legitur in veteribus summaris Fontisboni, confirmavit licentiam concessam a prædecessore suo Leone papa IX, fratribus Silvæ Mundæ, ædificandi suum monasterium ad tute vivendum, et possidendi auctoritate sua donationes, oblationes tam pro vivis, quam defunctis, et habendi suarum rerum decimationes ex dono apostolicæ sedis, deserendo monasterium primum quod a nobili viro Griffio constructum dicitur, in comitatu Arretino, et pro ejusdem devotione fundatum, cui quendam filiam suam præfecit religionis intuitu, et sanctimoniales feminas ei junxit: quod quidem monasterium filie suæ inhonestate permotus auferens ad virorum officium permutavit et libertate donavit.

A Exortis autem guerris inter filium prædicti Griffi et ejus nepotes, fratres dicti loci coacti sunt primum monasterium deserere et fabricare novum secundum licentiam summi pontificis impetratam, quam Innocentius papa auctoritate Dei firmavit, et perpetuo observari præcepit.

Subscripserunt omnes cardinales.

Datum Pisis anno Domini 1135, quinto Kalendas Junii, pontificatus domini Innocentii anno sexto.

CLXXVIII.

Archiepiscopus et episcopos per regnum Teutonicum constitutos hortatur ad observandum Ecclesiæ Romanæ privilegium : « ut majores causæ ad examinationem sedis apostolicæ devolvantur et oppressi omnes intrepide ad eam appellent. »

(Anno 1135, Maii 30.)

[THEINERUS, *Disquisitiones criticæ*, p. 207.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per regnum Teutonicum constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Tunc pax et charitas vice se mutua complectuntur, et manet indissolubilis in altera dilectione sinceritas, si juxta divinæ dispensationis ordinem et Ecclesiæ gradus distinctos minores majoribus reverentiam exhibeant et inferioribus diligentiam potiores impendant. Verum ecclesiasticus ordo confunditur, si minores illicita sua teneritate præsumant vel præsidentes non concessa sub remissione impunitatis attentant. Compago namque humani corporis et divini collegii conservatur incolumis, si pastores super gregem invigilent, et magis appetant pascere, quam damnare [*leg. dominare*] in clero, et subditi potius humiliter obedire, quam a subjectione procaciter resilire. Ne igitur pars alterutra dispensationis ordinationem pervertat, beatus Petrus apostolorum princeps est in capite Ecclesiæ a Domino constitutus, ut per se et per successores suos fratres confirmet, errata corrigat et jura sua unicuique tribuat. Inde etiam generali lege Ecclesiæ promulgatum, ut majores causæ ad examinationem sedis apostolicæ devolvantur, et oppressi omnes intrepide ad eam appellent. Privilegium enim sibi in hoc appellandi sancta Romana reservavit Ecclesia. Quam sit namque necessarius appellandi usus, nemo est qui nesciat, quippe cum judicantium iniquitatem et imperitiam corrigat. Appellatione autem interposita, omnia in statu suo permaneant, et tandiu nihil erit innovandum quandiu de appellatione ab eo, ad quem provocatum, fuerit pronuntiatum. Cæterum quod in laicis culpabile videtur, in clericis criminisum. At vero juxta imperiales sanctiones, si judices ordinarii provocationes æstimaverint respuendas, xxx pondo auri multantur, et assessores et officiales eorum totidem nisi publice restiterint, et actis evidentibus contradixerint. Quanta igitur animaversione sit plectendus iudex ecclesiasticus, qui doctrinam matris suæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ objicit et privilegium beati Petri infringere nititur, parem se faciens Jesu Christo et super apostolorum sedem ascendens,

vigor justitiæ in promptu habens ulcisci omnem inobedientiam non ignorat. Exhortamurigitur fraternitatem vestram in Domino, ut quemadmodum dignitatem vestram desideratis illibatam a sede apostolica custodiri, ita erga subditos mitis sitis et prærogativam audientiæ in nullo imminuere aut infringere de cætero attentetis. Alioquin de tanti excessus impunitate non judicabimur apud Dominum negligentes, tepidi sive rei. Ex officio siquidem apostolatus injuncta est nobis a Deo necessitas, ut majoribus honorifice providentes, minora salubriter sine læsione curemus.

Data Pisis, III Kal. Junii.

CLXXIX.

Privilegium pro monasterio Nobiliacensi.

(Anno 1135, Jun. 2.)

[DUCESNE, *Hist. de la maison de Béthune.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GUALTERO abbati Nobiliaci monasterii ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

...Confirmamus etiam terram, juxta mare sitam, quam Guillelmus Bethuniensis advocatus, concedente comite Flandrensi Theodorico, pro commutatione de Reschesburg eidem ecclesiæ dedit, etc.

Data Pisis per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis, et cancellarii, IV Nonas Junii, indictione XIII, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus domni Innocentii papæ II anno XI.

CLXXX.

Privilegia libertatesque abbatie S. Petri in monte Blandinio, ordinis S. Benedicti, confirmantur.

(Anno 1155, Jun. 2.)

[MANSI, *Opp. diplom.* IV, p. 40.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GILBERTO monasterii Blandiniensi abbati, ejusque successoribus in perpetuum.

Apostolicæ auctoritati expedit religiosas personas diligere et earum loca pia protectione munire, quodque grave eis est levigare et relaxare, ut ex indulta consolationis gratia in obsequio Dei promptiores existant.

Eapropter præfatum Blandiniense cœnobium sub solius beati Petri et nostra ditione atque protectione specialiter suscipimus, et perpetuo manere decrevimus. Apostolica auctoritate constituentes, ut nullus deinceps episcopus præsumat de ejusdem cœnobii redditibus, rebus, curtis, vel villis, quolibet modo quidquam minuere nec immisiones aliquas facere, nec audeat ibidem cathedram collocare, neque ordines facere, nec communem exstruere, neque placenta tenere, nec ullam imperandi potestatem exercere, nisi ab abbate et fratribus ejusdem loci fuerit rogatus. Missas sane publicas vel stationes in eodem monasterio ab episcopo fieri, et episcopum ibidem frequenter venire, nisi ab abbate et fratribus fuerit vocatus, omnino prohibemus.

Altaria vero quæ idem cœnobium canonice nunc

possidet, ab omni personatu libera sancimus, de quibus nulla per episcopos vel eorum ministros exactio quibuslibet occasionibus exigatur, nec absque canonico judicio inveniantur, salva in omnibus diocæsani episcopi canonica justitia.

Insuper inconvulse confirmamus ut presbyteri ad eadem altaria ministraturi, prius ab abbate et ab ecclesia sua electi, deinceps episcopo vel archidiacono, seu decano præsententur, a quibus curam animarum suscipiant. Abbati autem pro rebus ad monasterium pertinentibus debitam subjectionem exhibeant. Statuimus etiam ut exceptis illis, qui ad proprios titulos ordinati sunt, de ecclesiis vestris presbyteros, si minus idonei fuerint, removeatis, et assensu diocæsani episcopi idoneos substituatis: et ne quis parochianum vestrum infirmum oleo inungat, vel extra parochiam ducat, aut mortuum sine vestro consensu sepeliat.

Liceat quoque vobis de notariis criminibus excommunicare, et excommunicati ab episcopo et ejus ministris pro excommunicatis habeantur, et nisi per vos nullo modo absolvantur. Curias autem vestras in Gallia sitas ab omni decima, excepta frugum, liberas constituimus, et terram, quæ propriæ terræ vestræ alluvione maris concrevit, vobis et ecclesiæ vestræ confirmamus. Monachum quoque de cœnobio vestro ad ecclesiasticum ordinem promovendum, seu pro alia qualibet causa absque consensu abbatis tollendi nemo unquam habeat licentiam.

Hæc itaque constitutionis decreta auctoritate Dei et nostra perpetua stabilitate et sine aliqua constitutionis refragatione servari, nec a quoquam qualibet occasione immutari. Servanti sit pax et benedictio; non servanti, nisi resipuerit, perpetua maledictio.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Wilhelmus Prænестinus episcopus.

Ego Matthæus Albanensis episcopus.

Ego Guido indignus sacerdos.

Ego Gerardus presbyter cardinalis Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Lucas presbyter cardinalis Sanctorum Joannis et Pauli.

Datum Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, quarto Nonas Junii, indictione decima tertia, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo sexto, pontificatus domni Innocentii papæ II anno secundo.

CLXXXI.

Ad Henricum Leucorum episcopum. — Confirmat concordiam factam inter ipsum et Fridericum comitem Tullensem.

(Anno 1155, Jun. 6.)

[MANSI, *Concil.* XXI, 419.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HENRICO Leucorum episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Statuta fratrum nostrorum sicut irrationabilia debemus ecclesiasticæ disciplinæ moderatione corrigere, ita nihilominus convenit eorum bene gesta firmare. Quamobrem, venerabilis frater Henrice episcopo, pacem et concordiam, quæ post multas guerras et labores atque expensas inter te et nobilem virum Fredericum comitem Tullensem, in præsentia venerabilium fratrum nostrorum Altuini episcopi Sanctæ Rufinæ, tunc apostolicæ sedis legati, Alberonis Treverensis archiepiscopi et suffraganeorum suorum, Stephani videlicet Metensis, Alberonis Viridunensis, episcoporum, necnon aliorum nobilium principum, videlicet Simonis ducis, Adeleidis ducissæ uxoris suæ, Rainaldi Barrensiensis comitis, Galteri de Cundricurte, Odonis de Melaino, et Petri de Bressejo, Rutili in Treverensi parochia facta est, presentis scripti pagina confirmamus, et futuris temporibus ratam manere decernimus. Ita scilicet ut de hospitalitate, seu consuetudine, quam præfatus comes Fredericus in præbenda fratrum Tullensis Ecclesiæ sibi usurpare contra justitiam nitetur, nihil sibi deinceps ex debito audeat vindicare. Verumtamen si prædictus comes Visceriaci in præbenda fratrum bis in anno cum septem vel decem militibus tantum hospitari voluerit, id ipsum ei minime negabitur, sed fratres ejusdem loci sustinebunt, nec eum exinde molestabunt, si in modo fratrum hospitium suscipiat, si ministerialium administratione procurari voluerit, si nullam exactionem in eadem villa vel per se, vel per alios fecerit. Cæterum, si ipse hoc transgredi vel violare præsumperit, jam dicti fratres id ipsum ab eo per justitiam exquirere possint. Præterea si quando necesse fuerit ut idem comes a decano vel præposito postulaverit, in præbenda fratrum semel in anno cum septem vel decem militibus tantum, tertium hospitium ei dabitur. Si vero necessitas ingruerit, et nec decanum, nec præpositum ad obtinendum hospitium habere poterit: hospitium ipsum per ministerialium manus accipiat, et servitium competens, quod ei exhibitum fuerit, cum gratiarum actione suscipiat. Quod si comes aliter quam superscriptum est, fecerit, et conventionem laudatam coram præfatis episcopis atque principibus violaverit, aut exactionem aliquam, vel violentiam in villis fratrum supradictorum exercuerit, si servitia sufferentia canonicorum autedicta, et eo modo quo sunt determinata, per manus ministerialium non susceperit: hospita quæ non ex debito aut justitia, sed per sufferentiam fratrum accipiebat, prorsus amittat: et hoc tandiu stare poterit quandiu ipse amicitiam fratribus debitam observaverit. Decernimus ergo ut neque præfato comiti, neque alicui hominum liceat, te vel successores tuos, seu Tullensem Ecclesiam, aut canonicos, super hoc temere infestare, aut aliquid ultra id quod prædictum est, a te vel ab ipsis exigere: sed potius ipse statutis hospitium contentus existat, et Tullensis Ecclesia, et canonici, ab ipsius infestatione de cætero liberi

A maneat et quieti. Si quis autem hujus nostre confirmationis paginam sciens, contra eam venire tentaverit temere, secundo tertiove commonitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiat, et a sacratissimo corpore et sanguine D. N. Jesu Christi alienus fiat. Conservantes autem, omnipotentis Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli gratiam consequantur.

Data Pisis per manum Almerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, vi Idus Julii, indictione viii, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus domini Innocentii papæ II anno vi.

CLXXXII.

B *Ecclesiam Joannis in Viculo canonicis B. Mariæ Placentinæ adjudicat sub censu annuo sedi apostolicæ persolvendo.*

(Anno 1135, Jun. 7.)

[COCQUELINES, t. II, p. 228.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio JOANNI, ecclesiæ Beatæ Mariæ Placentinæ præposito, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

C Ex administratione officii nobis a Deo injuncti, compellimur ad Ecclesiarum Dei statum in suæ incolumitatis robore conservandum diligenter intendere, et ne in locis, in quibus honestas et religio florere consueverant, occasione aliqua omnino læpereant, sollicitè providere. Ecclesia siquidem Sancti Joannis de Viculo, infra Placentini episcopatus terminos sita, quæ specialiter ad jus beati Petri, et dominium pertinet, peccatis exigentibus, valde attrita est, et tam in temporalibus quam in spiritualibus maximum sustinuit detrimentum. Tu vero, dilecte in Domino filii Joannes præposite, ad sedem apostolicam veniens ejusdem ecclesiæ concessionem a nobis humiliter postulasti. Et nos igitur de religione tua et ferventi sollicitudinis studio habentes in Christo fiduciam, ecclesiam ipsam tibi; tuisque successoribus, et per vos Ecclesiæ Placentinæ ad meliorationem committimus, ut videlicet bona et possessiones ejusdem loci, quæ distractæ sunt, vestro recuperentur studio, et habitæ conserventur, et regularium conventu ibi quotidie honestus famularatus Domino impendatur. Si quando vero (quod non optamus) a gratia sedis apostolicæ excideritis; aut quod vobis injunctum est, de eadem ecclesia non observaveritis, locus ipse cum omnibus possessionibus suis, tam mobilibus quam immobilibus, vel se moventibus, ad jus et dominium, ac liberam facultatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ absque molestia revertatur. Ad indicium autem quod præfatus locus juris sit beati Petri et sanctæ Romanæ Ecclesiæ, dimidiam unciam auri singulis annis Lateranensi palatio persolveritis. Nulli ergo omnino hominum fas sit super hoc de cætero infestare, aut aliquid vobis gravamen inferre. Si quis igitur ausu temerario hoc attentare præsumperit, indignationem beato-

rum apostolorum Petri et Pauli, et nostram se novem
rit incursum. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus ss.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli Sanctæ
Crucis in Jerusalem ss.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. S. Lau-
rentii in Lucina ss.

Ego Lucas presbyter card. tit. SS. Joannis et
Pauli ss.

Ego Martinus presbyter cardinalis tit. Sancti Ste-
phani in Cælio Monte ss.

Ego Azo presbyter cardinalis tituli Sanctæ Ana-
stasiæ ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum
Sergii et Bacchi ss.

Ego Stephanus diaconus cardinalis Sanctæ Lu-
ciæ in Orphea ss.

Ego Ouldo diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum
Aureum ss.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ
et Damiani ss.

Ego Guido diaconus cardinalis Sancti Adriani
subscripti.

Ego Boetius diaconus cardinalis Sancti Viti sub-
scripti.

Ego Vasallus diaconus cardinalis Sancti Eusta-
chii ss.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctæ Roma-
næ Ecclesiæ diaconi cardinalis, et cancellarii, vii
Idus Junii, indictione decima tertia [i. e. decima
quarta], Incarnationis Dominicæ anno 1136, ponti-
ficatus vero domini Innocentii II papæ anno vii,
CLXXXIII.

Bulla pro abbacia Juncellensi.

(Anno 1135, Jun. 8.)

[*Gall. Christ. VI, Instrum. 133.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei,
dilecto filio BERENGARIO abbati monasterii B. Petri
Juncellensis ejusque successoribus regulariter sub-
stituendis in perpetuum.

Cum omnibus Ecclesiis et ecclesiasticis personis
debitores ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio
existamus, illis tamen propensiori cura nos convenit
imminere, quæ ad jus B. Petri specialius perti-
nere videntur. Quapropter, dilecte in Domino filii
Berengari abbas, tuis justis postulationibus clemen-
ter annuimus, et Juncellense beati Petri apostoli
monasterium ad exemplum prædecessorum nostro-
rum Gregorii VII et Paschalis II recolende memo-
riæ Romanorum pontificum, sub apostolicæ sedis
tutela et protectione suscipimus, et præsentis scri-
pti pagina communimus, statuentes ut quascunque
possessiones, quæcunque bona idem monasterium
in præsentiarum iuste et legitime possidet, aut in
futurum concessione pontificum, liberalitate regum
vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis
modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi
tuisque successoribus et illibata permaneant, in qui-

bus hæc propriis nominibus adnotanda subjungi-
mus: In ipsa villa Juncellensi ecclesiam S. Felicis,
S. Michaelis, et S. Saturnini. In Biterrensi episcopatu
ecclesiam S. Joannis de Silias, ecclesiam S. Petri de
Rovinacco, ecclesiam S. Martini de Avena, eccle-
siam S. Mariæ de Altiniaco, ecclesiam S. Dalmatii
de Telnodaz, ecclesiam S. Salvatoris de Rocca ro-
tunda, ecclesiam S. Nicolai, ecclesiam S. Saturnini
de Canaonas, ecclesiam S. Bartholomæi de Arno-
sia, ecclesiam S. Juliani de Fellinas, ecclesiam S.
Petri de Drånsthalg, ecclesiam S. Mariæ de Anisa,
ecclesiam S. Stephani de Diano, ecclesiam S. Urici
de Dezet, ecclesiam S. Mariæ de Frangolia, eccle-
siam S. Petri de Briculo, ecclesiam S. Salvatoris
de Podio, ecclesiam S. Suzannæ de Barzac. In Ru-
tenensi episcopatu ecclesiam S. Martini de Canals,
ecclesiam S. Juliani de Moleiras, ecclesiam S. Chri-
stophori de Druria, ecclesiam S. Mariæ de Tau-
riaco. In Agathensi episcopatu ecclesiam S. Mariæ
de Nataliano, ecclesiam S. Cecilie de Lopiano. In
episcopatu Lutevensi ecclesiam S. Mariæ de Pru-
neto. Decimas sane et alia jura, quæ usque ad hæc
tempora quiete ac legitime tenuistis, libere et
absque alicujus contradictione vobis habenda et
possidenda perpetuo jure concedimus et firmamus,
et ut neque ab episcopo, neque ab alio super his
quælibet vobis imminutio aut violentia inferatur,
apostolica auctoritate sancimus. Obveniente vero te
nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet suc-
cessorum, nullus inibi quælibet subreptionis astutia
seu violentia præponatur, nisi quem fratres com-
muni consensu vel pars consilii sanioris, secundum
Dei timorem et B. Benedicti Regulam de eadem con-
gregatione, si idoneus inventus fuerit, providerint
eligendum. Quod si in eodem cænobio persona ad
hoc regimen exsequendum conveniens inveniri non
potuerit, liceat prædictis fratribus de alio monaste-
rio sibi abbatem eligere. Electus autem a diocesano
consecratur episcopo, si quidem hoc ipsum absque
pravitare et exactione aliqua voluerit exhibere; alio-
quin Catholicum, quem malueritis, adeatis antisti-
tem, qui nimirum fultus auctoritate sedis apostoli-
cæ, quod postulatur indulgeat. Hoc quoque præ-
senti capitulo duximus addendum, ut ipsum mona-
sterium, et abbates, vel monachi ab omni seculari
servitii sint infestatione securi, omni que grava-
mine mundanæ oppressionis remoti, in sancta con-
versatione et religionis observantia Domino ser-
vientes. Quod si aliquis episcoporum, seu quælibet
ecclesiastica secularisve persona monasterium ve-
strum in rebus aut personis gravare præsumpserit,
abbas et fratres ejusdem loci libere apostolicam
sedem appellent. Nulli ergo omnino hominum fas sit
præfatum cænobium temere perturbare, aut ejus
possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere,
aut aliis locis quasi piis de causis concedere, sed
omnia integre conserventur eorum, pro quorum
gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus
omnimodis profutura. Ad indicium autem perceptæ

hujus a Romāna Ecclesia libertatis, bisantium unum, nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis. Si quis igitur regum, imperatorum, ducum, comitum, principum, seu ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem prædicto cœnobio sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus SS.

Ego Chrysoonus diac. card. S. Mariæ in Porticu SS.

Datum Pisis per manum Aimerici, S. Rom. Ecclesiæ diaconi card. et cancellarii, vi Idus Junii, Incarnationis Dominicæ anno 1135, indictione xiii, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno vi.

CLXXXIV.

Privilegium pro abbacia Malliacensi.

(Anno 1135, Jun. 9.)

[ARCÈRE, *Histoire de la Rochelle*, t. II, preuves, C p. 669.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio TEBALDO, abbati monasterii Sancti Petri Malliacensis ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Cum omnibus ecclesiis et personis ecclesiasticis debitores ex apostolicæ sedis auctoritate ac benevolentia, illis tamen attentius providere nos convenit, et eas a pravorum hominum incursumus defendendo, arctiori debemus charitate diligere quas beato Petro et sanctæ Ecclesiæ Romanæ non est dubium specialius adhærere. Quapropter, dilecte in Domino filii Tebalde abbas, postulationibus tuis clementer annuimus, ac tibi tuisque successoribus regulariter promovendis, Malliacense monasterium, cui auctore Deo præesse dignosceris, præsentis scripti pagina communimus atque firmamus. Sanctorum itaque prædecessorum nostrorum beatæ memoriæ Sergii, Alexandri, Urbani, Paschalis, Calixti et Gelasii Romanorum pontificum privilegiorum tenorem sequentes, per præsentem privilegii nostri scripturam apostolica auctoritate statuimus, ut quæcunque hodie idem cœnobium possidet, sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium canonice poterit adipisci, et quæcunque prædecessoribus tuis, nostrorum constant prædecessorum, qui supra dicti sunt, privilegii munimine confirmata, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Porro ut ve-

PATROL. CLXXIX.

strum Malliacense cœnobium sub tutela et jurisdictionibus sanctæ Romanæ, cui Deo auctore deservimus, Ecclesiæ constitutum nullius alterius juris ecclesiæ ditionibus subjaceat; omnem cujuslibet ecclesiæ sacerdotem in eo ditionem quamlibet præter rectorem sedis hujus apostolicæ habere prohibemus, adeo ut nisi ab abbate fuerit invitatus, nec missarum solemnia celebrare præsumat. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive ecclesiarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Pictaviensi accipietis episcopo, si quidem gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, et si exhibere ea gratis et sine gravitate voluerit, omni exactione seposita. Alioquin liceat vobis a quocunque malueritis episcopo Catholico hujusmodi sacramenta accipere, et consecrationem. Tua ergo interest, in Christo dilecte, regularis disciplinæ institutionibus ferventer sistere, ut quanto amplius ac sollicitius Deo placere totis animæ ac mentis viribus procuretis. Ad indicium autem perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis xx solidos usualis monetæ per annos singulos, Lateranensi palatio persolvatis.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ei suas possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, honoris et officii sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Jesu Christi aliena fiat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Pisis per manus Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, quinto Idus Junii, indictione decima tertia, anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo trigésimo sexto, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno vi.

CLXXXV.

Privilegium pro monasterio S. Michaelis Hugthovienis.

(Anno 1135, Jun. 10)

[SCHœFFLIN, *Alsac. diplom.* t. I, p. 208.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio CONRADO abbati monasterii S. Michaelis, quod in loco, qui Vosagus dicitur; situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, auctore Domino sine aliqua est dilatione complendum. Hoc igitur rationis intuitu monasterium quod in honore S. Michaelis omniumque celestium virtutum in Argentinensi episcopatu in silva quæ dicitur Vosagus juxta flumen Scheram a bonæ memoriæ comite Wernero constructum est, et ab eodem beato Petro oblatum sub ejusdem apostolorum principis, et nostra tutela suscipimus et præsentis privilegii pagina communimus, statuentes ut universa quæ in præsentiarum locus ipse juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis procurante Domino poterit adipisci, tibi, dilecte in Domino filii Cunrade abbas, tuisque successoribus, firma in perpetuum et illibata permanent. In quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjungimus: campos videlicet, silvas, prata in ipsa valle adjacentia, servos, ancillas et piscationem usque ad Ludenbach et capellam Rugnisbach cum appendiciis suis; ligna quoque ad opus monasterii, officinas claustrie et fratrum usibus necessaria de dominicata silva ejusdem comitis ab eodem vobis concessa, vobis habenda et possidenda firmamus. Hoc etiam adjicientes ut, si eadem silva fructum gestaverit, juxta ejusdem viri concessionem, decimam partem ex his pariter habeatis. Prædium quoque in Fleresheim ab Adelberto comite de Hadesburch et uxore ejus Judinta cum refutatione ecclesiæ ibidem sitæ, vobis concessum. Prædium apud Heildesheim cum mancipiis et banno quæ ex dono illustri viri Folmarii comitis filii prædicti Werneri et Helligæ uxoris ejus, habere videmini. Prædium quoque ex dono Berlint sororis ejusdem comitis apud Egensheim, et prædium apud Talsheim. Prædium apud Euresheim (51); prædium apud Tambach. Prædium quoque ex dono Lutoldi comitis et Adelchidis uxoris ejus in Luterugia habere videmini, apud Geheresdorf. Saltum unum integrum et duos dimidios, duo molendina, bannum dimidium ad vendendum vinum, mercati quartam partem. Item prædium in Brachalflugen (52), aliud ad Banesdorf, aliud ad Herebreteswile, ecclesias tres integras et dimidiam. Item prædium quod donavit Donatus presbyter et frater ejus Rainardus in præfata villa cum servis et ancillis, Ecclesiam ejusdem villæ, quam dedit Conradus comes et Erimannus comes cum uxore sua Agnete.

Obeunte te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet violentia præponatur, nisi quem communi consensu fratres omnes, vel pars sanior fratrum secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam elegerint. Electus autem ab Argentinensi episcopo, si Catholicus est, consecratur, siquidem gratiam apostolicæ sedis

(51) Intelligitur Ebersheim a quo Novientense monasterium vocatur Ebersheim Munster.

A habuerit, et eam vobis absque pravitate et exactione exhibere voluerit; alioquin quemcumque malueritis Catholicum aleatis episcopum, qui nostra fultus auctoritate eandem consecrationem vobis exhibeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut videlicet eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et supremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Advocatus autem ejusdem loci, non per aliquam violentiam constituitur, sed communi abbatis et capituli voluntate. Qui etiam si vestrum cœnobium plus justo gravare voluerit, alium prout melius visum fuerit eligendi vobis libera licentia pateat. Sane ipsum monasterium cum appendiciis suis ab Argentinensis episcopi jurisdictione seu qualibet ejus exactione B tutum fore, sanctum atque liberum. Ad indicium autem hujus perceptæ a Romana Ecclesia libertatis, unum bysantium nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Gerardus presbyter Cardin. tituli S. Crucis in Hierusalem subscripsi.

Ego Matthæus Albanensis episcopus subscripsi.

D Ego Stephanus diaconus cardinalis S. Lucie in Orphen subscripsi.

Ego Anselmus presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Theodwinus S. Rufinæ episcopus subscripsi.

Ego Oddo diaconus cardin. S. Georgii ad Velum aureum subscripsi.

Ego Azo presbyter cardinalis tituli S. Anastasiæ subscripsi.

Data Pisis per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, IV Idus Junii, indictione XIII, Incarnationis Dominicæ anno 1135, pontificatus domni Innocentii II papæ anno IV.

(52) forte hodie Brechlingen.

CLXXXVI.

Bulla qua prioratum Sancti Petri de Nanto ad abbatie dignitatem evehit, uniendo ipsi plures ecclesias.

(Anno 1135, Jun. 13.)

[*Gall. Christ.*, I, Instrum., 61.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio RAIMONDO abbati monasterii Beati Petri Nantensis ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Apostolicæ sedis nos urget auctoritas religiosas personas diligere, et earum loca, præsertim quæ beati Petri viris existunt, sanctæ Romanæ Ecclesiæ grevio confovere, et ut in eis religio augeatur, et conservetur paterne affectionum consideratione prospicere. Proinde, dilecte in Domino fili abbas, desiderium tuum, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo sine aliqua dilatione duximus affectui mancipandum, ut videlicet ecclesia Beati Petri Nantensis, qui, Deo gratias, tam in temporalibus quam in spiritualibus per tuam industriam plurimum accrevisse, juxta petitionem tuam de prioratu abbatia deinceps statuatur: et ut in futurum inviolabiliter abbatia permaneat, præsentis decreto sancimus. Ipsum itaque ad jus et proprietatem beati Petri pertinens, sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina roboramus. Statuentes ut quasunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium impræsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjuximus: in Nantensi villa ecclesiam Sancti Stephani, et ecclesiam Sancti Jacobi; in Larzaco ecclesiam Sancti Salvatoris, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Cuneis, ecclesiam Sancti Stephani de Cantobrio, ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalene de Lechicis, ecclesiam Sancti Martini de Vicano, ecclesiam Sancti Michaelis de Robiaco, ecclesiam Sancti Sepulcri de Alqua, ecclesiam Sancti Christophori de Cubertoirata, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Luc, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Celeteras, ecclesiam Sancti Joannis de Brolio. In episcopatu Nannausensi, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Durbia, ecclesiam Sancti Geraldii de Rupefolio, ecclesiam Sancti Joannis de Vallegarinta, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Treve, et ecclesiam Sancti Petri de Revenh.

Perro obeunte te nunc ejusdem loci abbate, vel inorum quolibet successorum, nullus inibi quilibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, providerint eligendum. Electus autem a diocæsano consecratur episcopo, si quidem Catholicus fuerit, et ea absque pravitate et exactione aliqua volnerit inhibere; alioquin Ca-

A tholicum quem malueritis adeatis antistitem, qui nimirum, nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse discernimus, ut qui se illic sepeliri deliberaverint, eorum devotioni et extremæ voluntati, nisi excommunicati fuerint, nullus assistat [*f. obsistat*], salva nimirum matricis ecclesiæ justitia. Nulli ergo episcopo, nulli omnino magnæ parvæque personæ facit [*f. vacet*] præfatum cænobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, tam vestris quam fratrum et pauperum usibus profutura. Ad iudicium vero quod idem cænobium beati Petri juris existat, duos bizantios nobis, et successoribus nostris, annis singulis persolvetis. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hæc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Guido Tiburtinus episcopus subscripsi.

Ego Gerardus presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Litusens presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis SS. Joannis et Pauli subscripsi.

Ego Antonius presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Gregorius diaconus SS. Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Chrysogonus diaconus cardinalis subscripsi.

Datum Pisis per manus Aymerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancell. Idibus Junii, indictione xii, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo, pontificatus vero domini Innocentii papæ secundi.

CLXXXVII.

Majori Monasterio ecclesiarum SS. Rufini et Vulerii Basilicensem asserit, petente Gosleno episcopo Suesionensi.

(Anno 1135, Jun. 16.)

[*MABILLON, Annal. ord. S. Bened.*, VI, 671.)

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ODONI abbati Majoris Monasterii ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi et honestati convenire cognoscitur, animo nos docet libentè concedere, et petentium desideriis congruum imper-

tiri suffragium. Et quemadmodum ea quæ a nobis statuuntur firma volumus et illibata persistere, ita nihilominus ea quæ a fratribus nostris rationabili studio invenerimus constituta, debemus auctoritate apostolica roborare. Ideoque, dilecte in Domino filii Odo abbas, commoditatibus Majoris Monasterii providentes, et petitionibus venerabilis fratris nostri Gosleni Suessionensis episcopi annuentes, Basilicensem ecclesiam in honore beatorum martyrum Rufini et Valerii consecratam ab eodem episcopo, consensu capituli sui, tibi et per te B. Martino concessam cum omnibus ad eamdem ecclesiam pertinentibus in perpetuum possidendam habendamque concedimus, salvis nimirum institutionibus quæ de Basilicensi priore et ecclesia S. Theobaldi inter te et eundem episcopum rationabiliter sunt statutz, et per mutua scripta vestra firmata. Nulli ergo hominum fas sit B. Martini Majus Monasterium super hac confirmatione nostra de cætero infestare, et de præfata Basilicensi ecclesia et omnibus ad eam pertinentibus aliquam tibi vel tuis successoribus molestiam vel contrarietatem inferre. Si quis autem ausu temerario contra hanc nostram constitutionem venire tentaverit, secundo tertiove communitus, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate periculum patiat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi alienus fiat. Conservantes autem omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli, et nostram gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus S.

Ego Willelmus Prænестinus episcopus S.

Ego Wido Tiburtinus episcopus S.

Ego Lucas presbyter Joannis et Pauli S.

Ego Guido indignus sacerdos S.

Ego Azo presbyter cardinalis tit. S. Anastasiæ S.

Data Pisis per manum Aimerici S. R. E., diaconi cardinalis et cancellarii, xvi Kalendas Julii, indictione xiv, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus domni Innocentii papæ II anno vi.

CLXXXVIII.

(Anno 1135, Jun. 17.)

[Gall. Christ., XII, Instr. 260.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus HELOYÆ, cæterisque sororibus in oratorio S. Trinitatis, quod in pago Trecensi in parochia Quinceii supra fluvium Arduconem situm est, divino famulatu mancipatis tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Quoties illud, etc., ut in privilegio anni 1131, Nov. 28, sub num. 70, supra. Ad hæc adjicientes statuimus, ne propter benedictionem et consecrationem percipiendam de monasterio exire cogamini; nec pro electione abbatissæ, aut alia qualibet occasione episcopus, vel alia quælibet persona, ullum vobis gravamen vel molestiam inferre præsumat. Nulli ergo hominum, etc. Ad iudicium autem perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis unum

abolium aureum quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur, etc. Data Pisis, per manum Almerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, xv Kal. Julii, indict. xiii, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus domni Innocentii papæ II anno vi.

CLXXXIX.

Ecclesiæ Mediolanensis clericis nuntiat Tetaldum de Medolaco propter infestam ecclesiam de Virgis excommunicatum esse.

(Anno 1135, Jun. 18.)

[LUPUS, Cod. diplom. Berg., II, 989.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis T. archipresbytero, A. archidiacono, A. vicedomino. An. de Rode, Na. prunicerio et Ste. archipresbytero, et cæteris Mediolanensis Ecclesiæ clericis, viris Catholicis, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectionem vestram nolimus ignorare quoniam pro nimia infestatione atque rapina quam Tetaldus de Medolaco ecclesiæ de Virgis quæ beati Petri juris existit, sæpe intulerat, et adhuc inferre non desinit eum excommunicationis vinculo innodavimus. Expropter universitati vestræ mandamus atque præcipimus quatenus ab eo tanquam ab excommunicato penitus caveatis eumque a vestris finibus arceatis.

Dat. Pisis xiv Kalend. Julii.

CXC.

Gregorio episcopo cleroque et populo Bergomati significat se controversiam inter S. Vincentii et S. Alexandri canonicos composuisse.

(Anno 1135, Jun. 18.)

[UGHELLI, Italia sacra, IV, 455.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GREGORIO episcopo, et dilectis filiis, clero et populo Bergomensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectioni vestræ notum facimus quoniam post multos labores atque difficultates, quas pro sedanda querela, quæ inter canonicos S. Vincentii et S. Alexandri est diutius agitata, sæpe pertulimus, tandem ipsam controversiam Deo propitio terminavimus. Eapropter mandamus vobis atque præcipimus quatenus finem guerris et similitudinibus imponatis, et quod a nobis super eadem re statutum est irrefragabiliter observetis. Præterea universitati vestræ sub obstestatione anathematis imperamus, ut Bettefredum quod in campanili Sancti Vincentii occasione ejusdem discordiæ prout accepimus existis, acceptis his litteris, exinde auferatis, et de cætero pacem et concordiam teneatis.

Datum Pisis xiv Kal. Julii.

CXCI.

Privilegium pro monasterio S. Crucis Donawerdensi.

(Anno 1135, Jun. 19.)

[COGQUELINES, t. II, 230.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo DIETRICO, abbati monasterii S. Crucis de Werd, ejusque successoribus regulariter substituendis.

Quemadmodum ex gestis prædecessoris nostri

sanctæ memorizæ Leonis IX papæ didicimus, nobilis quondam vir Mangoldus de Werde, devotionis in-
 nita, monasterium in castro suo construxit, quod B. Petro apostolorum principi offerens, fecit in honore sanctæ et vivificæ Crucis per manus ejusdem Romani pontificis consecrari, sanctimonialibus feminas ibidem Deo servituras instituit.

Factum est autem ut eodem cœnobio per operam pravorum hominum dirupto atque devastato, alter Mangoldus, jam dicti nobilis viri filius, ab apostolica sede obtinuit, ut sibi licentia præberetur, idem monasterium ad alia loca transferre, ac per hoc juxta ipsum castrum in planitie terræ fundavit ecclesiam, et sanctimonialibus ibi ad Dei servitium deputavit. Quibus utique tam religione quam numero decrecentibus, tertius Mangoldus prædecessorem nostrum egregiæ recordationis Paschalem papam humiliter adiit, et ut, amotis sanctimonialibus, in eodem loco monachi ponerentur expetlit. Cujus petitioni Romanus pontifex benigne consensit, et Gebhardo, quondam Constantiensi episcopo, tunc apostolicæ sedis legato, per sua scripta mandavit, ut videlicet de cella Sancti Blasii monachi assumarentur, et in eodem monasterio ponerentur. Quod cum præfatus episcopus implevisset, idem locus tam in temporalibus quam in spiritualibus, Deo gratiæ sint, plurimum augmentatus est.

Quod igitur, dilecte filii Dietrice abbas, a nobis humiliter postulasti ut idem cœnobium, cui Deo auctore præses, apostolicæ sedis privilegio muniremus. Nos, quorum præcipue interest loca, quæ ad jus sanctæ Romanæ Ecclesiæ pertinent, diligere ac fovere, interventu dilecti filii nostri quarti Mangoldi, illustris viri, tuis desideriis benignitate debita duximus annuendum. Per præsentis itaque privilegii paginam, auctoritate apostolica statuimus ut idem cœnobium, ab ipsis fundatoribus B. Petro oblatum, perpetuis temporibus sub sanctæ Romanæ Ecclesiæ tutela consistat, et ordo monasticus, qui secundum beati Benedicti Regulam, per jam dilectum prædecessorem nostrum ibidem noscitur institutus, absque sexus varietate seu mutatione in eodem loco irrefragabiliter observetur. Prohibemus etiam ut diocesanus episcopus in eodem loco nihil audeat sibi vindicare, exceptis consecrationibus altarum vel ecclesiarum, ordinationibus monachorum, seu etiam clericorum, si tamen hæc ipsa vobis gratis et sine exactione vel pravitate exhibere voluerit. Alioquin quemcumque malueritis Catholicum adeatis antisitem, ab eodem, quæ ad spiritualia pertinent, suscepturi. Sepulturam quoque ipsius loci liberam fore decernimus, ut videlicet eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni ac supremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstet, salva nimirum justitia matricis Ecclesiæ.

Decernimus igitur ut nulli omnino hominum liceat, portionem ligni vivificæ crucis quæ in eodem loco recondita esse creditur, pro cuius honore veterum cœnobium factum est, exinde amovere, vel

A quidquam ex his, quæ jam dictus prædecessor noster Leo IX eidem firmavit Ecclesiæ, quæve in præsentiarum canonice possidetis, aut in futurum, concessionem pontificum, largitione imperatorum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata serventur. Ad iudicium autem quod monasterium vestrum juris B. Petri, unum aureum singulis annis, nobis, nostrisque successoribus persolveritis.

B Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum satisfactione congrua correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem.

C Datum Pisis per manum Aymerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xiiii Kal. Julii, indictione xiiii (leg. xiv), Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus domini Innocentii II papæ anno vii.

CXCII.

Sententiam latam de controversia canonicorum S. Alexandri et S. Vincentii Bergomatum litteris confirmat.

(Anno 1135, Jun. 19.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, IV, 453.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO præposito, et fratribus Ecclesiæ S. Alexandri Pergami, tam præsentibus quam futuris in P. P. M.

D Justitiæ ac rationis ordo suadet ut quemadmodum Patres vocamur in nomine, ita etiam comprobemur in operatione. Et sicut ea quæ ad pacem sunt Jerusalem summopere stabilire debemus, ita nihilominus, si quando inter sacrosanctas Ecclesias querela emerit, ne forte in infinitum extendatur, sed potius conquiescat necesse est, ut eam ordine iudiciario celeriter terminemus. Hoc profecto intuitu pro sedanda discordia, quæ inter vos, et canonicos S. Vincentii noscitur agitata, dum olim in Longobardiæ partibus essemus, cum fratribus nostris sapius laboravimus. Inter cætera siquidem, que tunc de appellanis ecclesiarum S. Salvatoris, S. Agathæ, S. Joannis, S. Gratiæ, S. Vigilli, atque de penitentis criminiosorum, quam etiam de fidelitibus, et quibusdam aliis vestræ Ecclesiæ pertinere sateba-

mini, assereratis hanc inter vos ex antiquo tempore consuetudinem viguisse, ut quoties clerici S. Alexandri ad ecclesiam S. Vincentii, vel ad alias ecclesias pro exsequiis mortuorum, vel in solemnitatibus in simul convenirent, præpositus videtur primam sedem in sinistra parte chori obtinere consueverit. Atque hoc vobis vindicare tanto instantius conabimini, quanto manifestius vestram ecclesiam episcopalem sedem priscis temporibus exstitisse, et tam hanc quam alias diversas prærogativas obtinuisse, multis auctoritatibus monstrabatis. Econtra vero canonici S. Vincentii respondebant Ecclesiam suam antiquitus matricem esse; nec vobis aut vestro præposito hujuscemodi debitum exhibere debere libere proclamabant. Et si quando præpositus videtur eandem sedem obtinuisse, id ex charitate et gratia potius quam ex debito processisse. Nec debere tribui necessitati quod exhibere charitas consueverat. His et hujusmodi contentionibus nobis et fratribus nostris diutius fatigatis, eidem controversiæ finem imponere sæpe voluimus. Adeo quod ex utraque parte ab antiquioribus et maturioribus personis juramenta suscepimus, per quas rei veritatem possemus addiscere, et eandem causam ordine debito terminare. Cum igitur tam per allegationes partium quam etiam per juramenta suscepta causam pleniter audissemus, ipsam tunc temporis diffinire distulimus, arbitrantes quod in ejusdem temporis spatio hujuscemodi querela per concordiam finiretur, et inter vos et ipsos commodius posset eadem causa decidi. Denique dum neque per datos a nobis iudices, neque per alios causa posset per concordiam terminari, et utraque Ecclesia tum pro factis sæpe sumptibus, tum pro guerris et dissensionibus quæ ex hac occasione provenerunt, valde fuisset attrita, nos quorum præcipue interest Ecclesiarum quieti salubriter providere, tam vos quam episcopum, et canonicos Sancti Vincentii certo termino ad nostram præsentiam invitavimus. Et quoniam eadem causa, nobis sicut diximus, plenius nota erat, hanc inter vos, et ipsos sententiam promulgavimus: « In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, fratrum meorum episcoporum et cardinalium consilio præcipio ut quoties canonici S. Alexandri in solemnitatibus et exsequiis mortuorum eum canonicis S. Vincentii, sive in ecclesia S. Vincentii, sive in aliis convenirent, præpositus S. Alexandri teneat primum locum in sinistra parte chori, capellani ecclesiarum S. Salvatoris, S. Agathæ, S. Joannis, S. Gratiæ, S. Vigiliæ, in Dominicis diebus, et præcipuis festivitibus veniant ad ecclesiam S. Alexandri ad majores missas. Criminosi de parochia S. Alexandri præsentem præposito, vel uno de presbyteris ejusdem Ecclesiæ pœnitentiam suscipiant. Item statuimus ut presbyteri qui jurant fidelitatem B. Vincentio, jurent et B. Alexandro. Præcipimus etiam ut unus de sacerdotibus S. Alexandri portet capsam cum reliquiis. In mutatione vero Ecclesiæ, duo de pres-

byteris S. Alexandri portent arcam cum duobus de presbyteris S. Vincentii. Ad scrutinia, in Consuetudine Domini, ad baptismum, et in aliis solemnitatibus more solito conveniant. Cum canonici S. Vincentii ad ecclesiam S. Alexandri venerint, et in Campanis pulsandis, et in aliis, sicut consuetudo est, honorifice suscipiantur, et totum chorum, sicut consueverunt, obtineant. » Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat super hac nostra constitutione B. Alexandri Pergamensis Ecclesiam de cætero perturbare, aut qualibet occasione eam infringere, vel mutare, sed omnia vobis in perpetuum integra conserventur, quemadmodum præsentis scripti sanctione instituta esse noscuntur. Si quis autem hæc nostræ constitutioni, seu diffinitioni temerario ausu contraire tentaverit, secundo tertiove communitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui periculum patiatur, atque excommunicationi subiaceat. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus subsc.

Ego Hubertus Pisanæ Ecclesiæ archiepiscopus subsc.

Ego Transmundus Signinus episcopus subsc.

Ego Theoduvinus S. Rufinæ episcopus subsc.

Ego Guido Tiburtinus episcopus subsc.

Ego Rodulfus Ortanus episcopus subsc.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem subsc.

Ego Anselmus presbyter cardinalis subsc.

Ego Intifredus presb. card. tit. Vestinæ subsc.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli subsc.

Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani subsc.

Ego Guido indignus presb. subsc.

Ego Azo presb. card. tit. S. Anastasiæ subsc.

Ego Gregorius presb. card. tit. S. Priscæ subsc.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi subsc.

Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum subsc.

Ego Guido card. diac. S. Adriani subsc.

Ego Boethius diac. card. S. Viti subsc.

Ego Vassallus diac. card. S. Eustachii subsc.

Ego Ubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata subsc.

Ego Grisogonus diac. card. S. Mariæ in Porticu subsc.

Datum Pisis per manum Aimerici, S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xiii Kal. Julii, indictione xiiii, Incarnationis Dominicæ anno 1135, pontif. vero D. Innocentii papæ II anno vi.

CXCIII.

Privilegium pro monasterio B. Mariæ in Caglia.

(Anno 1135, Jun. 20.)

[DUPLESSIS, *Hist. de Meaux*, II, p. 32.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ELIÆ abbati ecclesiæ B. Mariæ de Caglia,

quæ Mellis sita est, ejusque successoribus secundum Regulam B. Augustini ibi canonice substituendis, in perpetuum, etc....

Confirmamus vobis quæcunque per authentica prædecessorum nostrorum privilegia, vel principum seu quorumlibet episcoporum scripta collata sunt, et quæcunque in futurum, largiente Deo juste atque canonice poteritis adipisci, in quibus hæc propriis dñimus adnotanda nominibus : videlicet ipsam ecclesiam B. Mariæ de Cagia... et presbyteratum ejusdem ecclesiæ, cum omnibus quæ ad presbyteratum pertinent, pro quo singulos annos canonicis S. Stephani sexaginta solidos persolvitis, donec Deo annuente tantum valens a vobis recipiant; annua etiam omnium præbendarum de ecclesia S. Stephani quocunque modo personæ canonicorum mutantur; præbendam quoque Isembardi presbyteri apud S. Stephanum, pro qua hebdomadam unius presbyteri apud S. Stephanum ecclesia vestra facere debet. Confirmo etiam vobis cantuarium S. Stephani; quod Capellania vocatur; altare etiam de Ulcorra, et ecclesiam de Cloia, cum omnibus ad eam pertinentibus, salvo tamen jure pontificali : decimas quoque quas habuit Symon filius Attonis apud Pressi, et apud villam quæ dicitur Pinus, etc.... locum etiam Gilini eremitæ, quem tibi et ecclesiæ tuæ post obitum ejusdem Gilini, venerabilis frater noster Manasses Meldensis episcopus consilio Theobaldi Meldensis archidiaconi in perpetuum habendum concessit, etc.... Nulli ergo hominum fas sit prædictam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minnere, vel aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrua satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Pisis per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xii Kal. Julii, indictione xiii, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno sexto.

CXCIV.

Privilegium pro ecclesia S. Joannis Modociensi.
(Anno 1135, Jun. 25.)

[Frisi, *Memorie storiche di Monza*, II, 50.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-

lecto in Christo filio GUIELMO Modociensi archiepiscopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Sicut injusta poscentibus nullus tribuendus est effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Idcirco, dilecte filii Guilielme archiepiscope, ecclesiam Beati Joannis Baptistæ, cui Deo auctore præesse cognosceris sub apostolicæ sedis tutelam excipimus, et cum omnibus ad eam pertinentibus beati Petri patrocinio communimus. Idem enim locus a nobilis memoriæ Teodelinda regina constructus, amplis etiam honoribus, possessionibus et thesauro ditatus, veneratione dignus habetur et celebris. Per præsentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quæcunque bona, quascunque possessiones, concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis in præsentem possidet, aut in futurum largiente Domino juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis visa sunt nominibus exprimenda : Monasterium videlicet Sancti Petri de Cremella cum ecclesia Sancti Sini, ecclesiæ Sancti Joannis de Bulciaco, Sancti Georgii de Colciaco, Sancti Joannis de Castromartis. In Uellate ecclesiæ Sanctæ Mariæ et Sancti Fidelis, ecclesia Sancti Juliani de plebe Colonia cum capellis suis; ecclesia Sancti Eusebii; in sexto ecclesiæ Sancti Alexandri, Sancti Michaelis et Sancti Salvatoris; ecclesiæ Sancti Martini, Sancti Petri, Sancti Michaelis, Sancti Salvatoris, Sanctæ Agathæ, Sancti Donati, Sancti Mauritii, Sancti Georgii, et ecclesiæ Sancti Alexandri, Sancti Eugenii de Concoretio. Nulli ergo omnino hominum facultas sit vestram ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minnere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Sane illa feudorum beneficia quæ venerabilis frater Jordanus Mediolanensis archiepiscopus vestræ ecclesiæ in prænominatis ecclesiis ad communem fratrum sustentationem concessit, vobis vestrisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat ea deinceps a communi fratrum utilitate auferre, subtrahere, vel modis quibuslibet immutare. Præterea quæcunque vobis ab imperatoribus jure concessa sunt apostolica auctoritate firmamus, et jus ac rationabiles consuetudines quas in prædicta ecclesia Sancti Petri de Cremella habetis, vobis pariter roboramus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et

a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episcop. SS.

Ego Guido indignus sacerdos. SS.

Ego Lucas presbyter cardin. tit. S. Joannis et Pauli SS.

Ego Gregorius diacon. card. S. Mariæ in Porticu SS.

Data Pisis per manum Aimerici, S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, viii Kal. Augusti, indictione xiii, Incarnationis Dominicæ 1135, pontificatus vero Innocentii II papæ anno vi.

CXCIV.

Bulla qua possessiones monasterii de Quadraginta confirmat.

(Anno 1135, Nov. 7.)

[*Gall. Christ.*, VI, Instrum. 36.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio RIKINO abbati ecclesiæ de Quadraginta, ejusque successoribus regulariter substituendis, etc.

Proinde, dilecte in Christo filii, postulationibus tuis clementer annuimus, et ecclesiam de Quadraginta, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus juxta B. Augustini Regulam in eadem ecclesia futuris temporibus inviolabiliter observetur, quæcunque præterea bona, quascunque possessiones eadem ecclesia juste possidet, concessione pontificum, largitione principum, tibi tuisque successoribus confirmamus. Si qua igitur in futurum, etc.

Innocentius II Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Gerardus presbyter cardinalis S. Crucis in Hierusalem.

Lucas presbyter cardinalis SS. Joannis et Pauli.

Matthæus Albanensis episcopus, etc.

Data per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, vii [al. pridie] Idus Nov., ind. xiii, Incarnat. 1136, pontificatus sexto.

CXCVI.

Alberoni, electo Leodiensi, usum rationalis concedit.

(Anno 1135, Nov. 29)

[*CHAPPEAUVILLE, Gesta pontif. Tungr.*, II, 99.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALBERONI Leodiensi electo, salutem et apostolicam benedictionem.

Magistra bonorum omnium eharitas, nil sapit asperum, nil extraneum: cujus profecto bonum est proprium, aliorum profectibus, et suæ dilectionis affectum cæteris documentis erga proximos demonstrare. Quæ

videlicet virtus cum in omnibus fidelibus debeat præfulgere, præcipue tamen sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ plus cæteris noscitur convenire. Et quemadmodum eadem universalis et pia mater filios suos provelit in sublime, atque alios patriarchas, alios archiepiscopos, alios episcopos statuit, ita nihilominus decora circumamicta varietate, de concessa sibi a Deo divinatorum munerum largitate, eosdem diversorum insignium pulchritudine clementer exornat. Quia ergo personam tuam, venerabilis frater Albero, electe sanctæ Leodiensis Ecclesiæ, utilem fore credimus, ex apostolicæ sedis benignitate te duximus honorandum, et sub pio B. Petri gremio familiarius confovendum. Et quoniam tanquam Aaron ad pontificalis dignitatis fastigium divina gratia te vocatam esse confidimus, et loco Moysi ad regendum Christianum populum, per Dei providentiam es constitutus, eorum quoque dignitatis te participem constituimus, et usum rationalis, postquam in episcopum consecratus fueris, personæ tuæ concedimus, statuentes ut eodem sacro ornamento infra Ecclesiam dimittaxat his diebus utaris qui in præsentis scripti serie præscribuntur, id est Cœna Domini, Pascha, Ascensione, Pentecoste, in festo B. Joannis, in solemnitatibus apostolorum Petri et Pauli, Assumptione B. Mariæ, in festo beati Lamberti, Omniumque Sanctorum, Natali Domini, in octavis ejusdem et Epiphania, in Purificatione B. Mariæ, in dedicationibus ecclesiarum intra tuam parochiam, et ordinationibus clericorum, et in anniversario die dedicationis Leodiensis ecclesiæ. Age igitur, frater charissime, et quod in facie geris Ecclesiæ, intus habeas, et tam sacri muneris insigne operum tuorum assignet effectus.

Data Pisis tertio Kalendas Decembris.

CXCVII.

Privilegium pro canonica SS. Petri et Ursi d'Aosta.

(Anno 1135, Nov. 30.)

[*Historiæ patriæ Monumenta, Chartæ, I, p. 776, ex originali archivio Collegiæ S. Ursi d'Aosta.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ARNALDO, priori et fratribus in Augustensi ecclesia Sanctorum Petri et Ursi canonicam vitam professis tam præsentibus quam futuris, in perpetuum

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisor omnium honorum Deo commissa est ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Quamobrem, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et sanctorum Petri et Ursi ecclesiam in qua divino vacatis servitio apostolicæ sedis privilegio communimus, statuentes ut universa quæ in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis,

præstante Domino, poteritis adipisci, eidem ecclesiæ integra in perpetuum et illibata ærentur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut videlicet, salva justitia matricis ecclesiæ, eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et supremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, aut fratrum pars sanioris consilii, secundum Dei timorem et beati Augustini Regulam providerint eligendum. Statuimus ergo ut neque matriæ Ecclesiæ, nec alicui omnino hominum liceat vestram Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu a vobis quidquam ultra id quod est antiquitus constitutum exigere, aut vos quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia vobis integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus profutura; salva nimirum diocæsani episcopi canonica justitia et reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinensis episcopus subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Data Pisis per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, 11 Kalendas Decembris, indictione XIII, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus domini Innocentii papæ II anno vi.

CXCVIII.

Ad Didacum archiepiscopum Compostellanum.

(Anno 1135, Dec. 27.)

[FLOREZ, *España sagrada*, XX, 566.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri DIDACO Compostellano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Noverit tua dilectio quia et personam tuam fraternam charitate diligimus, et tuis petitionibus cum honore Ecclesiæ benigne volumus impertiri assensum. Verum sciendum est quia sicut sedes apostolica aliis Ecclesiis sua jura non quærit auferre, ita

A etiam quæ sua sunt non debet amittere. Quia ergo sacris canonibus continetur ut a proprio metropolitano quisque suffraganeus consecratur, æquum esse cognoscitur si hoc ipsum in persona Legionensis electi suo ordine conservetur, præsertim cum frater noster R. Toletanus archiepiscopus pro eo quod Ariam Legionensem episcopum absque mandato S. R. Ecclesiæ, cujus erat suffraganeus, consecrare præsumpsit, fuerit ab episcopali suspensus officio: idem consecratus pro eadem offensa in manu nostra episcopatum per insignia pontificalia refutaverit. Æquanimiter ergo ferat tua fraternitas, si hujusmodi difficultatibus jus B. Petri minuendo materiam ministrare non volumus. De cætero filium nostrum P. Fulconem, Ecclesiæ tuæ capellanum, qui pro tuo honore atque servitio in Romana Ecclesia sæpius laboravit, tibi que valde fidelis et devotus existit, tua benignitas attentius habeat commendatum: cujus rei experimentum eo hoc ad præsens volumus comprobare, ut videlicet ea quæ de redditibus capellanæ suæ sibi sunt a fratribus imminuta, sicut per te et ipsos ei dicitur esse promissum, ipsi absque majori dilatione æqua recompensatione restitui facias; nos autem de his quæ eidem contulisti devotioni tuæ grates referimus, et ut cœptam erga eum benevolentiam læto et meliori fine perficias pariter deprecamur.

Datum Pisis vi Kal. Januarii.

CXCIX.

Willelmo archiepiscopo et Ecclesiæ Cantuariensi asservit ecclesiam S. Martini Doverensem, ab Henrico Anglorum rege donatam.

(Anno 1130-1136.)

[*Monastic. Anglic.*, II, 4.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, venerabili fratri WILLELMO Cantuariensi archiepiscopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, sine aliqua dilatione est complendum, et quoties illud a nobis petitur quod rationi cognoscitur convenire, animo nos decet libenti concedere et juste petentium votis congruum impertiri suffragium. Tuis igitur, frater Willelme Cantuariensis archiepiscope, rationabilibus postulationibus ex apostolicæ sedis consueta benevolentia clementer annuimus et ecclesiam Beati Martini de Dovoræ, a charissimo filio nostro Henrico illustri et glorioso Anglorum rege tibi et Ecclesiæ Cantuariensi concessam et præapte confirmatam, cum omnibus quæ in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis rationabiliter poterit adipisci, tibi et Cantuariensi Ecclesiæ, et per vos successoribus vestris, in perpetuum confirmamus. Prædicti ergo filii nostri Henrici regis precibus annuentes, decernimus ut in præfata Beati Martini ecclesia ordo canonicatus secundum beati Augustini regulam statuatur, et futuris inviolabiliter conservetur temporibus. Abbas vero qui

fratribus prosit et præsit, juxta eandem in præno-
minata ecclesia erigatur.

Si quis itaque huic nostro decreto ausu temerario
contraire tentaverit, honoris et officii sui periculum
patiarit et excommunicationis ultione plectatur, nisi
præsumptionem suam digna satisfactione correxerit.
Conservantes autem a Patre misericordiarum et
totius consolationis Deo coronam perpetuam et
beatorum apostolorum Petri et Pauli desiderabilem
gratiam consequantur.

CC.

*Ad Adalberonem Trevirensis archiepiscopum. —
Contra abbatem S. Maximini, quem, si vera sint ei
objecta, deponendum judicat.*

(Anno 1133-1136, Jan. 20.)

[HONTHEIM, *Historia Trevir. diplom.* I, 521.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, vene-
rabili ADALBERONI Trevirensi archiepiscopo, salutem
et apostolicam benedictionem.

Fraternitatem tuam ignorare non credimus quod
Gerardus abbas S. Maximini nuper apud nos de Si-
monia et dilapidatione honorum ecclesiasticorum
est per quosdam fratres sui monasterii diffamatus.
Quamobrem ipsum ad nostram præsentiam invitavi-
mus, præcipientes ut, proxima Dominica qua cantatur
Misericordia Domini, ad nos veniret, super
eisdem capitulis respondere ac satisfacere præpara-
tus. Ipse vero superbiæ spiritu debacchatus, non
solum scripta nostra contempsit, sed etiam eos, qui
de fratribus suis pro eadem re ad nostram præsen-
tiam venerant, officio suo destitui, et alios variis
injuriis et lationibus affici, propriisque beneficiis,
prout accepimus, pro sua fecit voluntate privari.
Quod si verum est, ipsum ab abbatiæ regimine
submovemus, et tam latorem præsentium quam
alios, quos destituisse dicitur, officio et beneficio,
in integrum reconciliari restituique præcipimus.
Quæ sententiam firmiter observandam et effectui
mancipandam fraternitati tuæ injungimus, quousque
ipse ad nostram præsentiam veniat, atque de con-
temptu et objectis capitulis satisfaciatur.

Data Pisis, xiii Kalendas Februarii.

CC bis.

Privilegium pro Liesbornensi monasterio.

(Anno 1132 ad 1143.)

[NIESERT, *Munsteriche Urkundenb.*, etc., tom IV,
p. 106, ex chartulario Liesbornensi sæculo xv
conscripto.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei,
dilecto filio BALDUINO Liesbornensi abbati, ejusque
successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Locorum venerabilium cura nos admonet de eorum
quiete atque salute sollicitè cogitare. Quatenus qui
ecclesiasticis famulantur obsequiis ecclesiasticæ
quoque tuitionis optato patrocinio foveantur. —
Cæterum, sicut ea quæ a nobis statuuntur firma volumus,
quæ a fratribus rationabiliter fuerint acta,
auctoritate apostolica nos convenit roborare. Ideoque,
dilecte in Domino filii Balduino abbas, tuis desideris

annuentes, quod a fratre nostro bonæ memoria
Egberto Monasteriensi episcopo super Ecclesia sita
in loco qui Liesborn dicitur propter malam vitam
quarundam sanctimonialium olim ibidem turpiter
conversantium, consilio et auctoritate prædecessoris
nostri papæ Honorii sanctæ recordationis factum
est, et a fratre nostro Vernhero ipsius successore
firmatum, præsentis scripti pagina roboravimus :
statuentes ut ibi per monachos honestæ vitæ secun-
dum beati Benedicti Regulam de cætero serviant,
(sic) et tam ea quæ de libera seu canonica electione
abbatis ejusdem loci, secundum Dei timorem et
monasticum Ordinem celebranda, quam etiam de
decimis viginti, scilicet solidorum Monasteriensis
monetæ infra parochiam Disteden in locis Dullen et

B Beldincluden, eidem monasterio annualiter persol-
vendis, ab eodem fratre nostro sancita sunt,
firma in perpetuum et illibata permaneant. Nulli
ergo hominum fas sit præfatum monasterium super
hoc temere perturbare, aut aliquam exinde ei
molestationem inferre, sed omnia quemadmodum
superius dicta sunt, tibi tuisque successoribus
intemerata serventur. Si qua ergo ecclesiastica
sæcularisve persona, hujus nostræ constitutionis
paginam sciens, contra eam temere venire tentave-
rit, secundo tertiove commonita, si non reatum
suum congrua satisfactione correxerit, potestatis
honorisque sui periculum patiarit, et excommuni-
cationi subiaceat. Conservantes autem eidem loco
quæ sua sunt, omnipotentis Dei et beatorum Petri
C et Pauli apostolorum gratiam consequantur. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum
Sergii et Basili.

Datum Pisis, octavo Kalendas Octobris.

Sigillum appensum in plumbo ex filis sericis.

CCI.

*Ad Gerardum S. Maximini abbatem. — Eum de
Simoniam et dilapidatione arguit.*

(Anno 1133-1136, Oct. 30.)

[HONTHEIM, *ibid.*, p. 523.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, Ge-
rardo abbati S. Maximini salutem et apostolicam
benedictionem.

D Sicut nos ea quæ de filiis audivimus bene acta
lætificant, ita nihilominus sinistra contristant. La-
tores siquidem præsentium, Henricus presbyter et
Egelolfus, ad nostram præsentiam venientes, perso-
nam tuam de Simoniacâ hæresi accusarunt, adji-
cientes etiam quod monasterium B. Maximini, in
temporalibus opulentum thesauris et ornamentis
suis, postposito Dei timore et reverentia, spoliaveris,
et ad nihilum pene redegeris. Quæ omnia, quoniam
indiscussa seu etiam impunita præterire non possu-
mus, nec debemus, præsentium auctoritate man-
damus tibi atque præcipimus quatenus proxima
Dominica, qua cantatur *Misericordia Domini*, omni
occasione seu tergiversatione submota, nostro te
conspicui repræsentes, super his omnibus, aut

etiam aliis quæ tibi objicientur, sufficere respondere A paratus. Prohibemus autem et omnimodis interdicimus ne interim bona monasterii distrahas aut impignores, vel supradictis personis, aut eorum sociis, ullam contrarietatem aut molestiam inferas.

Data Pisis, III Kalend. Novembris (53).

CCII.

Ad quosdam abbates.— *Laudat eorum congregationes pro stabilienda ordinis disciplina.*

(Anno 1133-1136, Nov. 17.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 430, ex t. I Anecd. Martenii.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, H. Resbacensi, R. Latiniacensi, S. Casiacensi, H. S. Theoderici, A. S. Amanli, Jo. Aquiciugensi, W. Letiensi, Sz. Lobiensi, Pa. S. Sepulcri Cameracensis, S. Luciani Belvacensis, S. Eligii Noviomensis, B. S. Nicolai de saltu, in unum in nomine Domini convenientibus, et cæteris abbatibus in eodem spiritu congregatis, salutem et apostolicam benedictionem.

Evangelicæ institutionis testatur auctoritas, quod ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sit ipse in medio eorum. Accedit quoque quod Psalmista cecinit, dicens: *Ecce quam bonum et quam jucundum, habitare fratres in unum: sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Jucundamur itaque pro vobis in Domino, et debita exsultatione replemur, quoniam tanquam B. Benedicti discipuli, monasticæ disciplinæ observantiis inhæretis, et de die in diem in eadem proficere cupientes, omnipotenti Deo magis ac magis placere contentitis (54). Placet equidem nobis, et hoc ipsum apostolica auctoritate firmamus, quod videlicet singulis annis in uno monasteriorum vestrorum celebrare conventum communiter decrevistis. Unde etiam desiderium nostrum est, ut unguentum suavitatis, quod de capite descendit in barbam, penetralia vestri cordis infundat, et tam in sacro conventu dicendi et exsequendi quæ recta sunt, vobis tribuat facultatem. Nec dubium quin etiam hoc ipso eorum vos imitatores fore monstretis, quibus fuisse cor unum et animam unam in primitiva Ecclesia legimus. Proinde quod vestro communi decreto de ordine monastico conservando, et correctione fratrum secundum Regulam B. Benedicti et aliorum sanctorum Patrum regulas, vestra discretio constituet, nos, auctore Domino, ratum habebimus. Adjicimus ut nullus fratrum vestrorum, post factam in suo

(55) De hoc Gerardo ita Novillianus in Chron. S. Maximini: « Præfuit circa annum Domini 1133, tempore Innocentii II. PP. Simoniacus et dilapidator substantiæ monasterii nostri fuit, et pessime rexit, et omnia pretiosa vel vendidit, vel impignoravit. Quare fratres ejus eum accusabant apud Innocentium PP. II, et a papa citatus non comparuit. Insuper et fratres, qui eum accusaverunt, variis calamitatibus et injuriis affecti, quod papa percipiens eum ab abbatis removit, cujus executores Trevirensem episcopum mandavit, videlicet Adelberonem. » Add. epist. Innocentii PP. de 20 Jan. anni seq.

(56) Hujus approbationis meminere abbates pro-

monasterio professionem, absque prælati et aliorum fratrum licentiâ, ad alium locum audeat convolare, nec alicui liceat eum suscipere vel tenere. De cætero universitati vestræ debitæ salutationis et apostolicæ benedictionis alloquium persolventes, hortamur in Domino, fraternitatem diligite, et charitatem mutuam inter vos ad honorem Dei irrefragabiliter conservate. Omnipotens Dominus actiones vestras aspirando præveniat, et adjuvando misericorditer prosequatur. Amen.

Data Pisis, xv Kalend. Decemb.

CCIII.

B[ernardo] episcopo Hildesheimensi ejusque successoribus interdicat ne castrum Winceburgense alienent.

(Anno 1133-1136, Nov. 25.)

[*Origines Guelficæ*, p. 448.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri B[ernardo] Hildensemensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut Ecclesia res alienas non debet rapacitatis studio usurpare, ita possessiones suas cujuslibet desidia vel favore non debet amittere; nec dubium quin ea quæ semel divini juris sunt, in alios usus nulla possunt ratione transferri. Eapropter auctoritate apostolica constituimus, et sub anathemate interdicimus ne castrum Wintzenbore, a manu vel dominatu Hildensemensis episcopi in beneficiandi vel subtrahendi, tibi vel successoribus tuis licentiâ pateat. Adjicientes etiam ut quisquis ad damnationem ejusdem Ecclesiæ idem castrum per violentiam occupare præsumpserit, usque ad satisfactionem excommunicationi subjaceat. Dilectum autem filium nostrum, Tidericum, Ecclesiæ supradictæ præpositum, ita pro nostra reverentiâ diligas et honores, ita eum de charo habeas chariorem, ut et ipse preces nostras apud te sibi sentiat profuisse, et nos devotioni tuæ pro eo referre gratias debeamus.

Data Pisis, vii Kalend. Decembris.

CCIV.

L[copoldo] marchioni significat se, cognita ex Conrado archiepiscopo Salsburgensi devotione ejus, protectionem ecclesiæ B. Augustini suscepisse. Agneti uxori ejus et A[delberto] marchioni cæterisque filiis salutem ascribit.

(Anno 1134-1136, Mart. 30.)

[FISCHER, *Merkwurd Schnicks v. Klosterneburg*, II, 119.]

vinciæ Remensis in epist. ad Adrianum papam IV. Inter epist. S. Bernardi his verbis: *Collectionem nostram, quam beate memoriæ Innocentius papa privilegio apostolicæ auctoritatis confirmavit; et vos per apostolicam benedictionem confirmate.* Hinc Mabillonius colligit capitulorum generalium ordinis S. Benedicti originem ad Innocentium papam referendam esse. Tametsi capitula generalia in Majori Monasterio tempore Alberici abbatis, annis fere 200 ante hanc epist. celebrata fuisse reperio. Verum his in capitulis soli superiores Majori Monasterio subditi intererant. MARTENIUS.

CCV.

*A*l Alberonem archiepiscopum Trevirensis. — Dilatum abbatia S. Maximini causam ei terminandam committit.

(Anno 1134-1136, April. 10.)

[MARTÈNE, *Ampl. Collect.*, I, 723.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri A. Trevirensi archiepiscopo, S. et A. B.

Prout tua novit fraternitas, G. abbas S. Maximini de Simonia et distractione honorum ecclesiasticorum dudum in nostra est presentia accusatus. Unde etiam præterita Dominica qua cantatur *Misericordia Domini*, ipsum ad nostram presentiam invitavimus, de objectis sibi capitulis responsurum. Verum imperialibus precibus postea intercedentibus, idem negotium usque ad tempus expeditionis duximus differendum. Præfixo tamen termino adversa pars nihilominus nostro se conspectui præsentavit, ea quæ præfato abbati objecerat, canonicè probare parata. Nos itaque eorum laboribus et expensis paterna provisione parentes, eandem causam fraternitati tuæ commisimus terminandam. Mandamus igitur discretioni tuæ quatenus usque ad tempus expeditionis ejusdem præfatum negotium canonico sine decidas. Quod si hoc interim fieri non poterit, eadem causa nostro terminanda iudicio reservetur. Verumtamen primo omnium, tepiditate atque dilatione submota, Godefridum, Henricum, Giselbertum, Eilolfum, Ludewicum, Fridericum, Hugonem integre officii præbendisque restituas, et qualiter ipsi pacem et quietem in monasterio B. Maximini habeant, diligenter efficias, ad recuperationem quoque bonorum ecclesiasticorum quæque distracta sunt, summo studio elaboras.

Data Pisis, iv Idus Aprilis.

CCVI.

Ad clerum et capitulum S. Deodati in valle Galilæa.

(Anno 1134-1136, April. 22.)

[DOM CALMET, *Histoire de Lorraine*, II, Pr. p. cccii.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, clero et capitulo ad ecclesiam Sancti Deodati pertinentibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum juxta canonum sanctiones, segregata debet esse vita et conversatio clericorum et sanctorum laicorum, ita nihilominus ecclesiastica iudicia per ecclesiasticas personas convenit exerceri. Eapropter universitati vestræ mandamus atque præcipimus ut, si quæ iudicia ecclesiastica in loco vestro emergerint, hæc ipsa secundum statuta canonum decendantur, et cujuslibet sæcularis potestatis timore postposito, ordine canonico terminentur. Prohibemus etiam et omnimodis interdiciamus ne apud vos præbendæ, et parochiales Ecclesiæ jure successionis ab aliquo vindicentur, aut etiam per sæcularem potentiam occupentur.

Data Pisis, x Kalend. Maii.

A

CCVII.

Ad Guigonem Carthusiensem priorem. — S. Hugonem Gratianopolitanum in sanctorum numerum relatum esse monet et vitam ejus ut conscribat, hortatur.

(Anno 1134-1136, April. 22.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 417.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GUIGONI priori Carthusiensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Divinis respondentes beneficiis, cognita vita ejus, et auditis quæ per B. Hugonis merita sunt miraculis, superne majestatis clementiam collaudavimus, et archiepiscoporum, episcoporum, et cardinalium, atque aliorum, qui nobiscum aderant, communicato consilio, ipsum inter sanctos et electos honorari præcipimus, et diem ejus assumptionis cum gaudio solemniter celebrari. Quia igitur ipsius vita, quam pie duxit in corpore, et miraculorum coruscatio, qua Deus eum facit apud homines præfulgere, tuæ maxime dilectioni non exstant incognita, auctoritate B. Petri et nostra tibi mandamus, quatenus ea quæ tibi super hoc nota fuerint, diligenter describendo, posterum memorie tradas: ut et Deus honoretur in sancto, et clerus legens, ac populus audiens, gratias agant Domino, atque ipsius intercessione peccatorum veniam percipere mereantur. Orantes pro nobis dilectos filios nostros Carthusienses fratres, per te in Domino salutamus ac benedicimus.

Data Pisis, x Kal. Maii.

CCVIII

Monasterii Ahusensis protectionem suscipit.

(Anno 1134-1136, Maii 3.)

[LANG, *Regesta* I, 141.]

CCIX.

A[lberoni] archiepiscopo Trevirensi mandat cogat Brunicum ejusque filios ut Filestanges prædium Romaricensi monasterio restituant.

(Anno 1134-1136, Jun. 7.)

[JAFFÉ, *Regesta pontif. Rom.*, cum hac mentione: « In tabulario Confluentino. Ex Schedis Pertzii. »]

CCX.

Privilegium pro monasterio Rivipullensi.

(Anno 1134-1136, Jun. 11.)

[MARCA, *Marca Hispanica*, app., p. 1277.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus O. Tarraconensi archiepiscopo, Urgellensi, Vicensi, Gerundensi, Elnensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Rivipollense monasterium juris proprii beati Petri et ad defensionem Romanæ spectat Ecclesiæ. Quicunque ergo beatum Petrum diligunt, monasteria qui ad jus ejus spectant debent a pravorum hominum incursibus defensare. Eapropter fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus Rivipollense monasterium cum omnibus possessionibus et bonis manuteneatis, et si quis parochianorum vestrorum, locum ipsum aut aliquid de pertinentiis ejus infestare attentaverit, canonicam de eo justitiam faciatis. Quod si justitiam de malefactoribus facere

neglexeritis, periculum ordinis et officii incurretis. A

Data Pisis, III Idus Junii.

CCXI.

Ad Joannem priorem et fratres S. Mariæ in Portu.

(Anno 1134-1136, Jun. 22.)

[UCCELLI, *Italia sacra*, V, 1237.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis JOANNI priori, et fratribus S. Mariæ in Portu, salutem et apostolicam benedictionem.

Filius noster Marcus Julianus Venetus, a tempore prædecessoris nostri bonæ memoriæ papæ Calixti, vovit ecclesiam in honorem B. Mariæ construere, et canonicos ibi regulares statuere, cujus videlicet magisterium est vobis concessum. Verum vos ejus tardantes votum nondum eam regere cœpistis. Ne igitur ejus evacuetur propositum, mandamus vobis ut, si commodum visum fuerit, absque dilatione prædicti loci regimen assumatis, aut ut alios ibidem possit substituere canonicos libere refutetis.

Datum Pisis, x Kal. Julii.

CCXII.

Ad clericos Mutinenses. — Significat consules Mutinenses ob infestatum monasterium Nonantulani excommunicatos esse.

(Anno 1134-1136, Junii 24.)

[TIRABOSCHI, *Storia della badia di Nonantola*, t. II, p. 245.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili filio B. et dilectis filiis, F. præposito et clericis Mutinensibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanta mala Mutinensis populus Nonantulano monasterio, quod juris beati Petri est, intulerit, vestra dilectio non ignorat. Unde frequentibus litteris consules comunuimus, ut a damno præfati monasterii desisterent, et ad nostram præsentiam satisfacturi venirent. Ipsi vero nec ab injuria destiterunt, nec ad nos toties vocati venerunt. Eapropter habito fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium consilio, sententiam excommunicationis in eos promulgavimus. Per præsentia itaque scripta universitati vestræ mandando præcipimus, quatenus a præfatis consulibus tanquam excommunicatis penitus caveatis, et eandem sententiam per Mutinensem episcopatum publice nuntiantes parochianos vestros ab iis abstinere omnimodis faciatis. Quod si forte prædicti consules in sua pertinacia perduraverint, et ab infestatione jam dicti monasterii non destiterint, in totam civitatem vestram anathematis sententiam auctore Domino proferemus.

Data Pisis, VIII Kal. Julii.

(55) Quæ fuerit isthæc Blasianorum cum Schaphusensi S. Salvatoris monasterio controversia, aut quomodo dirempta, non produunt monumenta domestica. Videtur tamen fuisse de monte Stouphen, quam direxit Conradus III imperator, diplomata

CCXIII.

Ad abbatem et monachos Beccenses.

(Anno 1134-1136, Aug. 7.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 421.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis L. abbati et fratribus Beccensis monasterii salutem et apostolicam benedictionem.

Super his quæ de vestra religione et honestate ad nostram audientiam perferuntur omnipotentem Dominum collaudamus, vestræque devotioni plurimum congaudemus. Expedi igitur ut quanto periculosiora tempora instare noscuntur, tanto propensius divinæ majestatis clementiam imploretis, quatenus Ecclesiæ suæ diutinis afflictionibus fatigatæ pacem conferre dignetur et fideles atque catholicos a suis laboribus relevare. Non enim ambigimus quin Christus in navi dormiens vestris et aliorum religiosorum vocibus velociter excitetur et post procellas ac turbines magna tranquillitas subsequatur. Hoc autem scitote, quoniam monasterium atque collegium vestrum affectione paterna diligimus et pro commisso nobis officio in quibus necessarium fuerit volumus consovere. Pro libro sane a vestra devotione nobis transmissis multimodis vobis gratias referimus.

Data Pisis, VII Idus Augusti.

CCXIV.

Ad Bertholdum abbatem S. Blasii. — De pace cum Schaphusensibus monachis servanda.

(Anno 1134-1136, Aug. 8.)

[GERBERT, *Hist. Nigræ Silvæ*, t. III, p. 67.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis BERTHOLDO, abbati et fratribus monasterii S. Blasii, salutem et apostolicam benedictionem.

Habitantes in domo Domini servare debent unitatem spiritus in vinculo pacis. Quia ergo, inspirante divina gratia, sæcularia desideria respuistis, et secundum B. Benedicti Regulam vitam monasticam professi estis, expedi ut vestrum propositum studiosius attendatis, et omnipotenti Deo verbo et opere placere curetis, ut videlicet populus fidelium vestro exemplo et bonis moribus ad melius informetur, et vestra devotio pro temporalibus laboribus vitam perpetuam acquirere mereatur. Nos autem dilectum filium nostrum Ricc. fratrem vestrum paterna benignitate suscepimus, et super controversia quæ inter vos et Scaphusenses (55) monachos agitur, id vobis duximus rescribendum, quod videlicet largiente Domino legatum nostrum ad partes vestras in proximo transmittemus, qui auditis utriusque partis rationibus eidem liti debitum finem imponere justitia dictante curabit. Orantes vos pro nobis divina gratia conservet incolumes, et suo servitio reddat acceptos.

Datum Pisis, VI Idus Augusti (56).

anno 1150 dato apud P. Hergott, t. II, p. 1, pag. 174; quo montem illum S. Blasio adjudicat.

(56) Innocentius II, die 30 Mali an. 1134, Pisis concilium celebravit, ubi data est hæc bulla.

CCXV.

Privilegium pro monasterio Hilsenburgensi.

(Anno 1136, Jan. 2.)

[*Neue Mittheilungen aus dem Gebiet historisch-Antiquarischer Forschungen*, t. II, p. 296.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectio filio LAMBERTO Hilsinneburgensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisorio omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosos diligamus personas, et beneplacitæ Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Non enim Deo gratius aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Eapropter, dilecte in Domino filii Lamberte abbas, postulationes tuas clementer admittimus, et Hilsinneburgense monasterium cui, Deo auctore, præse dignosceris, apostolicæ sedis privilegio communitus, statuentes ut quæcunque bona, quasunque possessiones, in præsentiarum idem monasterium juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante [præstante, propitiante?] Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus exprimenda subjunximus: ex dono videlicet Arnoldi bonæ recordationis Alberstatis [Halberstad] episcopi, vestri monasterii fundatoris, in Beverdiggerode novem mansos, cum silva adjacente et decimatione ejusdem villæ, in Sutherode duos mansos, in Suthseauno septem mansos et dimidium, cum decimatione ipsius villæ, in Bireslevo undecim mansos cum decimatione ipsius villæ, in Lieren, mansum unum in Thiedeziggerode [Thiedorz], septem mansos et decimas [decimas ejusdem loci]. In Aldenrode, octo mansos, in Calisberi [Culesberi] dimidium mansum et decimas ejusdem loci [et dec. ej. loci sicut]. In Geveneslevo [Gevenestove] dimidium mansum, in Beddigge decem mansos. In Isiggerode tres mansos, in Warmeresthorpe [Warmerestorphe] sex mansos, in Thiedesthorpe [Thiedestorphe] duos mansos, decimationes quoque in Dudiggerode, in Winetherode, in Brodessende, in Luntheriggerode [Luntherigg], in Boviggerode, in Emmenrode, in Geschenrode, in Ecarzingerode [Ecarzigg], in Bachenrode, in Benesiggerode [Bensigg], in Waliggerode. Præterea prædia quæ Burchardus episcopus bonæ memoriæ, beatis apostolis Petro et Paulo in Hilsineburh noscitur contulisse. In Aderstade scilicet curtum cum omnibus appendiciis suis, in Aeherslevo [Asch], duodecim mansos, in Merigge decem mansos, in Domeneslevo mansum unum, in Badeslevo mansos quinque, in Scipenstide [Schipenstede], mansos octo, in Bisikentorp [Bisichentorp] mansos duos, in Aneslevo mansos quatuor, in Ramereslevo [Ramersleve] mansos quinque, in Iggelevo mansos octo, cum decimatione ejusdem villæ, in Abbenrode [Al-

benrode] quindecim mansos et dimidium. In Bethenesheim [Bechtenesheim] mansos tres, in Anderbikemansum unum, decimationes quoque in Bareslevo [Balerslene], in Roresheim, in Thrubiki [Bicke], in Aldenrode, in Thurwardiggerode, in Gunderaderode [Gundraderode], in Ezerdiggerode, in Vreslevo. Insuper autem decimationem in Daunenstade, et in Suthlochtenheim, ab Herrando [a Bernhar]do] quondam Alberstatis [Halberstad] episcopo qui et Stephanus dictus est, monasterio vestro concessa. Decimationes etiam de novalibus in omnibus locis, in quibus decimas habere videmini, quas felicitis memoriæ Reinhardus episcopus vestro monasterio contulit [Schet]. Prædia quoque in Papestorpe et in Wochkinstide octo talentorum censum persolventia, quæ per Ottonem episcopum pro Godenhusen et Abrstide vestro sunt collata monasterio. Prohibemus autem et omnibus modis [omnimodis] interdicimus ut neque tibi, neque tuis successoribus fas sit bona seu possessiones prædicti monasterii distrahendi, aut sine communi assensu et voluntate capituli quolibet modo alienandi. Ut autem, vos, fratres nostri, divinis famulatus liberius valeatis insistere, immunitatem, a supradicto fratre nostro Burchardo episcopo monasterio vestro rationabili devotione concessam, vobis nihilominus confirmamus, ut videlicet neque ab Alberstatis [Halberstad] episcopis, neque a quibuslibet clericis vel viris secularibus aliqua præjudicia sive gravamina, seu exactiones aliquas, aliquando perferatis, nisi forte quantum vobis spontanea voluntate ipsis largiri placuerit, hospitalitatis gratia erigente. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus tibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Deum et beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Electus autem juxta Cluniacensem vel Fructuariensem, seu Gorziensem ordinem, sine pravitæ et exactione aliqua consecratur. Interim autem in describendis, providendis seu disponendis rebus monasterii, episcopus nullatenus se immisceat, sed tantummodo electam personam congrua benedictionis reverentia regiminis cura investiat. Præsertim laudabilis honestatis et bonæ conversationis tuæ meritum attendentes, ad honorem Dei et Ecclesiæ tuæ, tibi tuisque successoribus, usum pontificalium vestrum apostolica auctoritate concedimus, ita ut ad divini cultus reverentiam in omni ecclesia per nostræ dispensationis confirmationem in vicem episcopi tui tibi liceat pontificaliter succedere. Nullus ergo hominum idem cœnobium audeat temere perturbare, vel ei possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura, salva nimirum Ecclesiæ Alberstatis debita reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis pa-

ginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco quæ sua sunt servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus SS.
Ego Guillelmus Prænestinus episcopus SS.

Ego Guido cardinal. diaconus Sancti Adriani SS.

Ego Gregorius diacon. cardin. Sanctorum Sergii et Bacchi SS

Ego Grisogonus diacon. card. S. Marix in Porticu SS.

Ego Lucas presbyt. cardin. tituli Sanctorum Joannis et Pauli SS.

Data Pisis per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardin. et cancellarii, iv Nonas Januarii, indictione xiv, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus domini Innocentii II papæ anno vi.

CCXVI.

Ad Fromundum abbatem Vindocinensem. — De concordia inita inter Ulgerium episcopum Andegavensem et monachos Vindocinenses.

(Anno 1136, Jan. 12.)

[MARTÈNE, *Thes. Anecd.*, I, 386, ex archivis monasterii Vindocinensis.]

INNOCENTIUS servus servorum Dei, dilecto filio FROMUNDO Vindocinensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Inter varias sollicitudines curasque multiplices, illa maxime nos urget anxietas, si inter personas religiosas de bonis spiritualibus sive temporalibus controversia oriatur. Summopere igitur occurrendum est ut non crescant jurgia, sed, juxta magistram bonorum omnium charitatem quæ nil sapit extraneum, nil asperum, nil confusum, imo propria æquitate nutrit concordiam, dissociata conjungit, inter servos Domini, quos non oportet litigare, pax et unanimitas conservetur. Æquum enim est ut qui Spiritu Dei aguntur, nulla sectione mentium, nulla voluntate contraria dividantur, ne inde discordia sumat initium unde pacis fœdera debent suscipere incrementum. Ideoque, dilecte in Domino filii Fromunde abbas, controversiam quæ inter te ac venerabilem fratrem nostrum Ulgerium Andegavensem episcopum, tam de ecclesiis quam de oblationibus et aliis est hactenus agitata, secundum arbitrium fratrum nostrorum tam tuo quam ejusdem fratris nostri annuente consensu, per concordiam duximus terminandam. Tu siquidem quosdam census in quibusdam ecclesiis Andegavensis parochiæ Vindocinensi monasterio vindicabas, quos utique idem frater noster appellabat gyndragia, et tam eos quam

A oblationes baptisteriorum in nostra præsentia refutasti. Deinde prædictus episcopus omnem controversiam quam de burgo de Brioleto et de aliis adversum te et Vindocinense monasterium habuerat refutavit. Præfatum itaque burgum et quæcunque in ecclesia Sancti Clementis cum pertinentiis suis et in aliis infra scriptis ante promotionem ejusdem episcopi, vel querelam ab eo motam habuistis, aut inantea juste acquirere poteritis, vobis in perpetuum libere habenda concessit. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda, ecclesiam videlicet de Atheis, ecclesiam de Capella, ecclesiam de Cella, ecclesiam S. Saturnini, ecclesiam de Congreto, ecclesiam Beluli campi, ecclesiam de Pomerolis, ecclesiam de Laignio, ecclesiam de Avireo, ecclesiam de Jallia, ecclesias de Meduanillo, ecclesiam Sancti Saturnini super Ligerim, et capellam de Braccosacco, ecclesiam Sancti Patricii de Maziaco, ecclesiam Sancti Medardi de Caveriaco, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Broc, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Castellis, ecclesiam Sancti Symphoriani de Porcellis, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Cosma, ecclesiam Sancti Petri de Vileris, ecclesiam S. Hippolyti, ecclesiam Sancti Germani de Arethio. Oblationes quoque purificationum, vel nuptiarum, et alias, sicut hactenus tenuistis, pro charitate nostra et amabili reverentia sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad cujus jus et dominium Vindocinense monasterium pertinet, tibi et successoribus tuis concessit. Verumtamen pro decima burghi de Brioleto, quæ ad capellam Sancti Mauricii spectare cognoscitur, unum agripentum vincarum, secundum arbitratum bonorum virorum, magistro Guidoni capellano habendum fruendum duntaxat in vita sua parabis, successori vero suo dimidium. Redditum vero tuum oblationum et primitiarum de cella pro charitate ejusdem episcopi presbytero ipsius loci qui confectus senio dicitur, in vita sua habendum et retinendum concessisti: qui videlicet ipsam a te recipiat, et a te recognoscat. Post cujus obitum, tam oblationes quam primitiæ ad jus et dominiun Vindocinensis monasterii libere revertantur. Quod si fatalitatis urgente molestia idem presbyter ante reditum episcopi diem obierit, præfatum redditum post ejus obitum ad Vindocinense monasterium reversurum, jam dictus episcopus, dum vixerit, obtineat. Interim vero ad indicium juris tui, in quinque festivitibus per annum singulas candelas de oblatione recipies, quæcunque vero ecclesiæ sive ecclesiastica beneficia in Andegavensi episcopatu tibi vel successoribus ad opus Vindocinensis cœnobii collata fuerint: exceptis abbatiis et canonicis et ecclesiis illis in quibus episcopus vel canonicus Sancti Mauricii totum vel partem nominata habent, ab eodem episcopo tibi tuisque successoribus et per nos Vindocinensi monasterio sunt concessa. Similiter etiam episcopus et canonici Sancti Mauricii ecclesias in quibus monasterium Vindocinense totum vel partem habet, acquirere ulterius non attentent. De ecclesia

vero Sancti Nicolai Credonensis statutum est ut præbendarum et canonicorum numerus ad senarium reducat. Tu vero et successores tui libere duas discretas de sex præbendis duobus honestis viris et eorum successoribus in perpetuum dabis. Qui nimirum post susceptum a te beneficium episcopo Andegavensi, remota omni exactionis molestatione, præsentari debebunt. Defuncto vero altero eorum vel duobus, aliqua illarum præbendarum in manu tua malo studio minime teneatur, sed absque frustratoria dilatione, a te honesto clerico præbeatur. Quod si dominus Credonensis voluntati tuæ in hoc contraire et de duarum datione præbendarum te impedire tentaverit, episcopus ipsum secundum suum officium et censuram ecclesiasticam coercet.

De quatuor vero præbendis quæ residuæ sunt, regulares canonici de Rota tres, et episcopus similiter unam præbeant. Andegavensis autem episcopus nisi sibi præbendam, quam habet in ecclesia Sancti Nicolai retinuerit, aut canonicis Sancti Mauricii dederit, nulli nisi Vindociensi cernobio dare possit. Et quoniam locus idem Sancti Nicolai frequentationi religiosorum virorum incongruus esse cognoscitur, nec monachi Vindocinenses, nec canonici Rotenses ibidem inhabitare præsumant, sed prout constitutum est, in eodem loco sex canonici stantur. Status autem matricis ecclesiæ Sancti Clementis, tam in baptismo quam in propria sepultura, et in aliis illibatus et integer conservetur. Mensura olei quæ Ecclesiæ Sancti Nicolai a Rotensibus canonicis annis singulis parabatur, ulterius non detur. Supradicta quoque quæ auctoritate episcopi Andegavensis indigent, proprii scripti munimine et attestatione canonicorum Sancti Mauricii roborentur, ita videlicet, ut neque suo, neque successorum tempore, hujuscemodi pax et concordia quæ inter nos statuta est, aliqua machinatione solvatur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem concordiam infringere, seu aliqua occasione convellere, sed omnia ita firma et illibata ab utraque parte in perpetuum conserventur, quemadmodum superius legitur institutum. Si quis autem contra hæc temere venire tentaverit, secundo tertiove communitus, nisi reatum suum congrua emendatione correxerit, excommunicationis sententiam se noverit incursum.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Willoius Prænestinus episcopus.

Ego Ulgerius dictus episcopus Andegavensis subscripsi.

Ego Littifredus presbyter cardinalis tituli Vestinæ.

Ego Rodulphus Ortanus episcopus.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Joannis et Pauli.

Ego Guido indignus sacerdos subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

A Ego Guido cardinalis diaconus S. Adriani.

Ego Vassallius diaconus cardinalis S. Eustachii.

Ego Hybaldus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata.

Ego Grisogonus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu.

Data Pisis per manum Alberici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, ii Id. Jan., indict. xiii, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno vi.

CCXVII.

Henricum archiepiscopum Senonensem abstinere officio episcopati jubet.

(Anno 1136, Jan. 15.)

[*Gall. Christ.*, XII, Instrum. 53.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri II. Senonensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Statuta sedis apostolicæ et canonum veneranda decreta nulli sacerdotum Domini ignorare liberum est. Sacerdotis enim est legem scire et ad interrogationem respondere de lege: quod si legem ignorat, ipse se arguit indebite honorem sacerdotii occupare. Sed et ignorantia canonum episcopum non excusat. Cæterum episcopus qui scienter canones violat, a sanctis Patribus judicatur, et a sancto Spiritu cujus instinctu ac dono sunt conditi, condemnatur. Quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur qui contra eosdem sacros canones aliquid aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Evangelica quoque testatur auctoritas beatum Petrum esse in terris Christi vicarium et magistrum totius Ecclesiæ, et ab ipso Domino institutum, dicendo: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Ac per hoc sedes apostolica est omnium Ecclesiarum caput et cardo, mater atque magistra, ad quam profecto libere licet omnibus appellare. Appellatione vero interposita omnia in eodem statu manere debent, et tandiu nihil erit penitus innovandum donec Romanus pontifex, si ad eum appellatum est, prius examinet si justa vel injusta fuerit appellatio. Et si judicaverit renovandum esse iudicium vel et novos dare iudices, sive probaverit talem causam esse ut non replicentur ea quæ acta sunt, quod ab eo decretum fuerit, irrefragabiliter observatur. Quæ cum ita sint, miramur admodum et gravi mœrore afficimur quoniam in conventu nuper Peveris habito pro causa matrimonii inter Ar. de Soliaco et filiam Ra. de Baugentiaco, quibus opponebatur titulus parentelæ, cum pro iudice resideres, par esse beato Petro aut super eum ascendere contumaciter attentasti. Post appellationem namque ab eodem Ar. ad nos factam qui licet indigni Christi legatione fungimur, et beati Petri in terris vices exsequimur, quantum in te fuit, os in cœlum ponens et ejusdem principis apostolorum

claves evacuans, in tantum super eodem negotio A procedere præsumpsisti, ut de parentela quæ opponebatur testium iuramenta susciperes. Cæterum in hanc culpam nullatenus incidisses si sedes apostolica, quæ mater est tuæ dignitatis, foret quod esse debuerat, magistra tuæ rationis. Ne igitur tantam offensam reliquisse impunitam a Domino arguamur, donec B. Petro et nobis satisfacias, te ab officio episcopali suspendimus.

Data Pisis, xviii Kalendas Februarii.

CCXVIII.

Ad Robertum abbatem Sanctæ Mariæ de Rota in diocesi Andegavensi.

(Anno 1136, Jan. 25.)

[BALUZ., *Miscell.*, III, 17.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Roberto abbati Sanctæ Mariæ de Rota, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Religiosis desideriis facilem præbere debemus assensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Quocirca, dilecte in Domino filii Roberte abbas, venerabilis fratris nostri Ulgerii Andegavensis episcopi, religiosi utique, prudentis ac discreti viri, certisque experimentis in Catholica fide probati, postulationibus annuentes, Ecclesiam Beatæ Mariæ de Boseo, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, eamque præsentis privilegii pagina communimus, in primis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum beati Augustini regulam ibidem est Deo propitio institutus, in eodem loco perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Quæcunque præterea bona, quascunque possessiones eadem Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, quæcunque etiam in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis largiente Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata serventur. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: Ecclesiam videlicet Sanctæ Mariæ de Liureio, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Camazeio cum capellis suis, scilicet Sancti Petri et Sancti Leonardi, ecclesiam Sancti Salvatoris, ecclesiam Sancti Germani de Daona, ecclesiam Sancti Petri de Vaus, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Arisel, ecclesiam Sancti Bomiri de Fonte Cooperto, ecclesiam Sancti Petri de Bremio, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Roalderia, ecclesiam Sancti Germani, ecclesiam Sanctæ Mariæ Villaportus, ecclesiam Sancti Petri de Chanceio, capellam Sanctæ Mariæ de Portu Sononia, capellam Sanctæ Mariæ de Peston, capellam Sancti Joannis de Longo-Alneto, capellam Sanctæ Crucis de Can cellis, capellam Sanctæ Mariæ Magdalænæ Brelieu gaudi, capellam Sancti Lamberti, capellam Sancti Dionysii de Molendini Blochet. Concedimus etiam vobis dationem trium præbendarum in ecclesia Sancti Nicolai Credonensis tribus honestis clericis, qui nimirum, post susceptum a vobis beneficium,

PATROL CLXXXIX.

Andegavensi episcopo, remota exactionis molestia, præsententur. Defuncto quoque aliquo eorum, quælibet earumdem præbendarum in manu vestra malo studio minime teneatur, sed absque frustratoria dilatione a vobis honesto clerico præbeatur. Et quoniam idem locus frequentationi religiosorum virorum incongruus esse cognoscitur, vobis ibidem habitare non liceat, sed potius, sicut statutum est, in eodem loco sex canonici statuamur. Mensura vero olei quæ eidem Ecclesiæ a vobis annualiter præstabatur, ulterius non detur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit vestram Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione concessa sunt usibus profutura, salva siquidem Andegavensis episcopi debita justitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, excommunicationi subiaceat. Conservantes autem eidem loco quæ sua sunt, omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus gratiam consequantur. Amen, amen, amen. Bene valete.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Ulgerius dictus Andegavensis episcopus subscripsi.

Ego Guido cardinalis Sancti Adriani subscripsi.

Ego Vasallus diaconus cardinalis Sancti Eustachii subscripsi.

Ego Grisogonus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu subscripsi.

Ego Litifredus presbyter cardinalis tit. Vestinæ subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli subscripsi.

Ego Guido indignus sacerdos.

Ego Gregorius cardinalis presbyter tituli Sanctæ Priscæ subscripsi.

Data Pisis per manum Aimerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, viii Kalendas Februarii, indictione xiiii, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus domni Innocentii papæ II anno sexto.

CCXIX.

Privilegium pro monasterio Fossatensi.

(Anno 1136, Febr. 20.)

[*Gall. Christ.*, VII, Instrum., 56.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ASCELINO abbati monasterii Sancti Petri Fossatensis, quod in Parisiensi pago situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Proinde, dilecte in Domino filii Asceline abbas, tuis rationabilibus postulationibus affectione paterna gratum præbentes assensum, B. Petri Fossat monasterium, cui Deo auctore præesse dignosceris, apostolicæ sedis privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, seu bona ex concessione, vel confirmatione Romanorum pontificum, seu Francorum regum, vel quorumlibet episcoporum in præsentiarum juste et canonicè possidetis, quæcunque etiam in futurum auxiliante Domino poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum, et illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda.

In archiepiscopatu Senonensi, villam quæ dicitur Seia, et ecclesiam ejus, prioratum Capellæ et ecclesiam ejus, ecclesiam de Acheriis, ecclesiam de Colliaco.

In episcopatu Carnotensi, prioratum S. Arnulfi, et ecclesiam ejus, prioratum de Monasteriis, ecclesiam de Longo villari, ecclesiam de S. Mauricio.

In episcopatu Parisiensi, in burgo Castrensi, prioratum S. Clementis, et ecclesiam ejus, ecclesiam de Evriaco in castro Corboilo, prioratum S. Joan. Bapt. in castro Turnomio, prioratum S. Dionysii, et ecclesiam ejus, cum capellis et rebus ad prioratum pertinentibus, ecclesiam de Oratorio, ecclesiam de Ferreolis, ecclesiam de Brucia, ecclesiam S. Hilarii de Varennis, cum capella S. Nicolai, sita in Fossat villa, ecclesiam de Boissiac, ecclesiam de Mansionibus, ecclesiam de Nobiliaco, ecclesiam de Noisiaco sicco, præterea prioratum S. Eligii, infra civitatem Parisiensem situm, et ecclesias ad ipsum pertinentes, videlicet ecclesiam S. Martialis, ecclesiam Sancti Petri de Arsonibus, ecclesiam S. Crucis, ecclesiam S. Petri de Bobus infra muros ejusdem civitatis sitas, ecclesiam S. Boniti ultra magnum pontem, ecclesiam S. Pauli extra civitatem, cum terris et rebus ad eam pertinentibus; et in archiepiscopatu Senonensi, ecclesiam Sancti Hilarii, in villa quæ dicitur Messia; præterea prioratum S. Verani, cum terris et rebus ad eum pertinentibus, prioratum de Equata, cum omnibus ad eum pertinentibus. Vobis nihilominus confirmamus in ecclesia Parisiensi præbendam unam ad monasterium vestrum spectantem, et in eadem ecclesia aliam præbendam ad prioratum S. Eligii pertinentem.

episcopatu vero Meldensi, ecclesiam de Curte Prothasii. Auctoritate insuper apostolica firmiter inibemus, ut nullus episcopus seu archiepiscopus nisi de mandato Romani pontificis, aut nisi legatus ad hoc missus specialiter in vos, vel aliquem de congregatione vestra fratrem, sive monachum excommunicationis sententiam promulgare nedum ferre præsumat. Quæ si lata fuerit, seu modo quolibet promulgata, eam auctoritate apostolica decer-

animus non tenere. Pro dedicationibus ecclesiarum, pro consecrationibus altarium, chrismatis, olei et similibus, pro locatione abbatis, cum in novitate sua pastoraliter locatur, nullus decanus, nullus archidiaconus, nullus Ecclesiæ prælatus, aliquid aliquando exigere vel extorquere præsumat. Obeunte vero tunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, et B. Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, etc.

Datum Pisis per manum Almerici S. R. E. diaconi, cardinalis et cancellarii, x Kal. Martii, indictione xiii, Incarnationis Dom. 1136, pontificatus domini Innocentii papæ II anno vi.

CCXX.

Ad Gregorium Bergomatem episcopum.

(Anno 1136, Febr. 28.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, IV, 456.]

INNOCENTIUS, etc., venerabili fratri GREGORIO Bergomensi episcopo, etc.

Non dubium est quod controversiam, quæ inter canonicos Sanctorum martyrum Vincentii et Alexandri est hactenus agitata, in nostra præsentia terminavimus. Cæterum canonici Sancti Vincentii plusquam oportet sapere cupientes, sicut accepimus, sententiæ nostræ verba cavillantur, et ad suum intellectum atque voluntatem invertunt. Nec his contenti sedes in choro antiquitus institutas transposuerunt. Sed hæc mutatio dexteri Excelsi non fuisse cognoscitur. Ideoque fraternitati tuæ mandamus, atque præcipimus, ut tam de sedibus in choro seu in mensa, omni transportatione submota, quam de pace, incenso, aut aliis, quemadmodum a nobis statutum est, inviolabiliter facias observari. Atque hujusmodi scrupulositates seu cavillationes superinduci nostræ sententiæ ulterius non permittas. De fidelitatibus etiam faciendis, de pœnitentiis, vel de capellanis, seu sedibus, in choro, synodo, vel mensa episcopi, etc., seu de aliis capitulis, quæ in nostro privilegio continentur, ita æquus arbiter inter eos resideas, ut canonici Sancti Alexandri non habeant unde adversus te juste conqueri debeant.

Data Pisis, 11 Kal. Martii.

CCXXI.

Ad Petrum venerabilem Cluniacensem abbatem. — Confirmatio ecclesiæ Rochabovecurtiensis.

(Anno 1136, Mart. 15.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 411.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio PETRO Clun. abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Bonus et diligens paterfamilias gaudio magno

gaudet cum vineam suam locatam, agricolis vigilant studio videt excoli, et tribulis ac sentibus pariter emundari. Cuius profecto gaudii lætitia jucundior cumulatur, si eadem vinea, propagatione ordinaria, per multorum spatiorum dimensionem incipiat dilatari. Proportionali igitur ratione Deo credimus gratissimum esse, si Deo dicati religio Clun. monasterii, et diversas ecclesias exornet, atque plurimorum mentes disciplinis regularibus instruat, et fide, quæ per dilectionem operatur, inflammet. Eapropter, dilecte in Domino fili, Petre abbas Cluniacensis, memores devotionis, quam erga sedem apostolicam cum commissa tibi ecclesia semper habuisti, et honoris et servitii, quod nobis efficaciter fideliterque, maxime tempore schismatis, impendisti: ecclesiam de Rochabovecourt, laudantibus ejusdem clericis a venerabili fratre nostro Willelmo Petragoricensi episcopo Pontio abbati antecessori tuo, et per eum ecclesie Clun. canonicè donatam, et a felicis memoriæ papa Calixto antecessore nostro, sicut privilegium ejus testatur, solemniter confirmatam, tibi, successoribusque tuis, non solum confirmamus, sed etiam confirmando, auctoritate apostolica donamus, ut ordo Clun. ad laudem Dei, ad quam specialiter institutus est, et ad honorem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui omnino devotus est, perpetuis temporibus ibi floreat. Statuentes ut nulli hominum liceat eandem ecclesiam, vel bona, quæ in præsentiarum legitime possidet, aut in futurum justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, temere perturbare, auferre, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, etc.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus, subscr.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi, subscripsi.

Ego Guido card. diac. S. Adriani subscripsi.

Ego Vassalus diac. card. S. Eustachii, subscr.

Ego Hubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata, subscripsi.

Ego Anselmus presb. card. subscripsi.

Ego Luitfredus card. tit. Vestinæ, subscripsi.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli, subscripsi.

Data Pisis per manum Aimerici S. R. E. diaconi cardin. et cancellarii, 11 Idus Martii, indictione XIV, Incarn. Dominicæ anno 1136, pontificatus domini Innocentii papæ II anno VII.

CCXXII.

Ad eundem. — Confirmatio Montis Desiderii.

(Anno 1136, Mart. 13.)

[Mansi, Concil., XXI, 1412.]

Idem est omnino concepta verbis atque præcedens, usque ad inflammet. Tum: Hoc profecto intuitu Montisdesideriensem [forte pro Montisdesideriensem] ecclesiam a venerabilibus fratribus nostris Guarino

A Ambianensi, et Simone Noviomensi, episcopis, monasterio Cluniacensi canonicè et devotè collatam, idipsum quoque charissimo filio nostro Ludovico illustri et glorioso Francorum rege, et Raynaldo Remensi archiepiscopo, atque Radulpho de Perrona concedentibus, et pro ejus confirmatione sedem apostolicam suppliciter exorantibus, cum omnibus ad ipsam pertinentibus, in perpetuum tibi tuisque successoribus confirmamus. Statuentes, ut nulli omnino homini liceat eandem ecclesiam vel bona, quæ in præsentiarum legitime possidet, vel in futurum justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, temere perturbare, auferre, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, etc.

B Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episc. subscripsi.

Ego Anselmus presb. card. subscripsi.

Ego Luitfredus presb. card. subscripsi.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli, subscripsi.

Ego Guido card. diac. S. Adriani, subscripsi.

Ego Vassalus diac. card. S. Eustachii, subscripsi.

Ego Hubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata, subscripsi.

C Datum Pisis per manum Aimerici S. R. E. cardinalis et cancellarii, 11 Idus Martii, indict. XIV, Incarn. Dominicæ anno 1136, pontificatus domini Innocentii papæ II anno VII.

CCXXIII.

Privilegium pro Ecclesia Niciensi.

(Anno 1136, Mart. 29.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, IV, 1110.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Petro Niciensi episcopo, ejusque successoribus canonicè promovendis in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti et utilitatibus salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque et honestati congruum esse cognoscitur ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequitia tuamur, et B. Petri atque apostolicæ sedis patrocinio muniamus, et Niciensem Ecclesiam, cui Domino auctore præesse dignosceris, S. R. E. privilegio roboramus, statuentes ut ordo canonicus, qui secundum B. Augustini regulam tuo laudabili studio est in Niciensi Ecclesia Dei gratia institutus, ibidem futuris temporibus irrefragabiliter observetur, et decedentibus clericis, qui in præsentiarum in eo Domino famulantur, nullus eis nisi regularem vitam professus canonicus subrogetur. Obeunte quoque te nunc ejusdem loci episcopo, nemo ibi præter quam regularis episcopus præponatur, qui eidem Ecclesiæ cooperante Domino præesse valeat et prodesse. Decernimus etiam ut quæcunque bona, quæcunque possessiones eadem

Ecclesia impræsentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum et principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis permittente Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus in perpetuum et illibata serventur, in quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjunximus: ecclesiam videlicet S. Mariæ de Clansio, ecclesiam Sancti Laurentii de Illontia, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Pila, ecclesiam Sanctæ Teclæ, et castrum quod vocatur Drapum, ecclesiam Sanctæ Mariæ Villæ Veteris, monasterium Sancti Pontii cum ecclesiis ad ipsum pertinentibus, quas in Niciensi episcopatu episcopale legitime pertinere dignoscitur, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Olivo, ecclesiam Sancti Hospitii. Nulli ergo hominum liceat quod a te super institutione præfatæ Ecclesiæ factum est, et a nobis firmatum, infringere, vel mutare, seu qualibet occasione convellere, nec ejus possessiones auferre, vel abbatias retinere, seu quibuslibet molestationibus fatigare, sed omnia semper conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contraire et temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si nec reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic bonæ actionis fructum percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guilelmus Prænestinus episcopus.

Ego Hubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata.

Ego Grisogonus diac. card. S. Mariæ in Porticu.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Lutefredus presb. card. tit. Vestinæ.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli.

Datum Pisis per manum Almerici S. R. E. diaconi card. et cancellarii, iv Kalend. Aprilis, ind. xv, Incarnationis Dominicæ anno 1137, pontif. vero domini Innocentii papæ II, anno septimo.

CCXXIV.

Ad Alvisum episcopum Atrebatensem.

(Anno 1136, Mart. 29.)

[BALUZ., *Miscell.*, II, 165.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALVISO, Atrebatensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Super devotione tua et sollicitudine quam circa nos ipsos et sanctam Romanam geris Ecclesiam,

A fraternitati tuæ multiformas gratias exhibentes, dilectionem tuam apostolicis litteris visitamus, atque nos et fratres nostros Deo propitio bene valere tibi tanquam speciali beati Petri filio indicamus. Cæterum pro Hasnoniensi et Monasteriensi abbatibus æ No, archidiacono, qui ad concilium invitati non venerunt, preces tuas admisimus, et licet propter hoc ex decretis sanctorum Patrum ultionem sumere deberemus, tamen apostolicæ sedis mansuetudinem imitantes, hoc ipsum eis pro tua charitate duximus indulgendum, atque ab interdicti sententiæ prædictum archidiaconum et abbates absolvimus. De aliis quoque abbatibus qui vocati ad concilium minime venisse noscuntur eandem nihilominus sollicitudinem geras. De cætero, quoniam Sydrac a tua fraternitate ad nostram præsentiam invitatus non venit, quod de causa ipsius canonice tua discretio decreverit nos auctore Deo ratum habebimus. Ad hæc tuæ devotioni compatientes, Condiacenses canonicos ad venerabilem fratrem nostrum Renoldum Remensem archiepiscopum remisimus, ut ipsius iudicio controversia quæ inter te et illos agitur Deo propitio terminetur.

Datum Pisis iv Kal. Aprilis.

CCXXV.

Privilegium pro Camaldulensi congregatione.

(Anno 1136, April. 22.)

[*Annales Camaldul.*, tom. III, col. 353.]

C INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis AZONI priori Camaldulensi, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Incomprehensibilis et ineffabilis divinæ miserationis potestatis, nos hac providentiæ ratione in apostolicæ sedis administratione constituit, ut paternam de omnibus Ecclesiis sollicitudinem gerere studeamus. Siquidem sancta Romana Ecclesia, quæ a Deo sibi concessum omnium Ecclesiarum retinet principatum, tanquam diligens et pia mater singulis debet Ecclesiis instanti vigilantia providere. Condecet igitur, ut Ecclesiæ et venerabilia loca, præsertim quæ in veræ religionis habitu omnipotenti Domino famulari noscuntur, specialioris prærogativæ sortiantur honorem, et apostolicæ auctoritatis munimine roborentur. Prædecessoris itaque nostri bonæ memoriæ papæ Honorii vestigiis inhærentes, et vestris, dilecti in Domino filii, petitionibus annuentes, præsentis decreto statuimus ut Camaldulensis eremus perpetuis futuris temporibus in sui statu et religionis vigore consistat, et ordo monasticæ observantiæ in tota vestra congregatione statutus nullius personæ insolentia et superstitione aliqua permutetur. Hoc etiam adjicientes ut nemini fratrum vestræ congregationis post factam morasticam professionem absque prioris et rationabili fratrum licentia sit egrediendi facultas. Si vero exire præsumpserit, et secundo tertiove commonitus, redire contempserit, quousque congrue satisfecerit, ipsum excommunicationis sententiæ subjugamus. Prohibemus insuper, ne in ecclesiis, quæ a vestræ congregationis fratri-

bus gubernantur, a nullo episcoporum absque canonica examinatione, divinum interdicitur officium. Præterea in communi civitatis seu parochiæ interdicto, clausis januis et non admissis diœcesanis, ecclesiarum vestrarum monachi nequaquam prohibeantur divina officia celebrare. Quicumque vero pro obsequio servorum Dei in eremo Camaldulensi degentium ad aliquas partes perrexerint, tam in eundo quam in redeundo, seu etiam in stando a nullo penitus molestentur. Porro quæcunque bona, quascunque possessiones in præsentiarum juste atque canonicè possidetis, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus in eadem religione permanentibus in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjunximus: ecclesiam videlicet Sancti Donati, quæ Fons bonus dicitur, cum hospitali et omnibus suis bonis, monasterium Sanctæ Mariæ in Poplena, monasterium Sancti Petri in Luco, monasterium Sancti Salvatoris secus civitatem Florentiam, monasterium Montismuri, monasterium Sancti Petri in Cerreto, monasterium Sanctæ Mariæ in Polliciano, monasterium Sancti Petri in Fontignano, monasterium Sancti Justi in Vulterre, monasterium Sanctæ Mariæ in Morrena, monasterium Sancti Fridiani, monasterium Sancti Michaelis infra civitatem Pisarum, monasterium Sancti Savini in territorio ejusdem civitatis, monasterium Sancti Stephani in Cintoria, monasterium Sancti Salvatoris in Cantignano, monasterium Sancti Petri in Puteolis, monasterium Sancti Salvatoris in Silvamunda, monasterium Sanctæ Mariæ in Aguano, monasterium Sancti Petri in Rota, monasterium Sancti Salvatoris Berardingerum, monasterium Sancti Vigili in borgo Senensi, monasterium Sancti Petri in vivo montis Amiati, salva ejusdem loci propria consuetudine; monasterium Sancti Quirici in Rosa, monasterium Sancti Savini in Chio, eremum de Fleri cum suo monasterio, monasterium Sancti Viriani, monasterium Sancti Bartholomæi in Anglari. In episcopatu Castellano abbatiam Dezane, salvo jure Castellanzæ ecclesiæ, monasterium Sanctæ Mariæ in trivio, eremum Sancti Petri in Lajolo, monasterium Sanctæ Mariæ in Insula, monasterium Sanctæ Mariæ in Iacu, monasterium Sancti Angeli juxta castrum Britti: monasterium Sanctæ Christinæ in eadem curte, in Marchia camerina monasterium Sancti Georgii, monasterium Sancti Martini in Accole cum ecclesia quæ dicitur Heremite. In Sardinia insula, monasterium Sanctæ Trinitatis, in Saccari ecclesiam Sanctæ Eugenæ in Samanar, ecclesiam Sancti Michaelis et Sancti Laurentii in Vanari; ecclesiam Sanctæ Mariæ et Sancti Joannis et Sancti Siraonis in Salvenero, ecclesiam Sancti Nicolai in Trulla, ecclesiam Sancti Petri in Scano, ecclesiam Sancti Pauli in Cotroniano, monasterium Sancti Bartholomæi de Anglari, cum castro et omnibus

A pertinentiis suis, castrum Montorii cum omnibus pertinentiis suis. In civitate Pisana, monasterium Sancti Zenonis, salvo per omnia jure Romanæ Ecclesiæ, Villam de Montione, quam emistis ab abbate Sanctæ Floræ, et ecclesiam ejusdem villæ. Villam de Modionas quam emistis ab Henrico præposito, et reliquis canonicis, sicut in vestris chartulis continetur, et ecclesiam ejusdem villæ cum decimatione, decimationem villæ de Lagnano, et villæ Agnæ et ecclesiam ejusdem villæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prædictum eremum et congregationem vestram temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, religiosorum fratrum, et pauperum usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se existere divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

C Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.
ADJUVA NOS, DEUS, SALUTARIS NOSTER.
Ego Guillelmus Prænestinus episcopus ss.
Ego Maurus Arretinus episcopus ss.
Ego Anselmus presbyter cardinalis ss.
Ego Lictifredus presbyter cardinalis tit. Vestinæ ss.
Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Sanctorum Joannis et Pauli ss.
Ego Wido indignus sacerdos ss.
Ego Azo presbyter cardinalis tit. Sanctæ Anastasiæ ss.
Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi ss.
D Ego Guido cardinalis diaconus Sancti Adriani ss.
Ego Boetius diaconus cardinalis Sanctorum Viti et Modesti ss.
Ego Vassalus diaconus cardinalis Sancti Eustachii ss.
Ego Hubaldus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata ss.
Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu ss.
Datum Pisis per manum Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, x Kalend. Maii, Indictione xiii, Incarnationis Dominicæ anno 1157, pontificatus vero domini Innocentii papæ secundi anno vii.

CCXXVI.

Lothario Romanorum imperatori de victo Friderico, Sueviæ duce, gratulatur. Monet agat ut obtineat Daviticum imperium et Salomoniticum regnum.
(Pro Papæ legendum est Pisis.)

(Anno 1136, April. 24.)

[SCHLOSSER U. BERCHT, *Archiv.* II, 370.]

CCXXVII.

Privilegium seu bulla confirmatoria Ecclesiæ Rorensis.

(Anno 1136, April. 24.)

[*Monumenta Boica*, t. XVI, p. 102.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BRUNONI præposito et fratribus in Rorensi Ecclesia congregatis canonicam vitam professis, tam futuris quam præsentibus in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas religiosa diligere loca, et ea optatæ petitionis patrocinio confortare. Proinde, dilecti in Domino filii, vestris petitionibus clementer annuimus et Rorensi Ecclesiam in qua divino vacatis officio sub beati Petri et nostra tutela suscipimus et præsentis scripti pagina communitus, statuentes ut ordo canonicus juxta beati Augustini regulam in eodem loco perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea, quæcumque bona, quascumque possessiones ex concessione venerabilis fratris nostri Henrici episcopi Ratisponensis, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, propitio Deo, poteritis adipisci, firma vobis et in perpetuum illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli hominum fas sit vestram præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus profutura. Si qua sane in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subfaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus.

Ego Guido Tiburtinus episcopus.

Ego Wido indignus sacerdos.

Data Pisis per manum Almerici S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, viii Kalend. Maii, indictione xiii, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo sexto; pontificatus domni Innocentii secundi papæ anno vii.

A

CCXXVIII.

Privilegium pro monasterio Laureacensi.

(Anno 1136, April. 24.)

[PETRUS, *Suevia ecclesiastica*, p. 537.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GRAFDONI abbati monasterii quod Laureacus dicitur, in Augustensi episcopatu situm, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Quoties a nobis ea, quæ ad religionem et honestatis decorem pertinent, postulatur, moras ad concedendum facere non debemus, ne differre bona desideria, quæ magis fovenda sunt, videamur. Proinde, dilecte in Domino filii Grafdo abbas, tuis justis postulationibus duximus annuendum, et monasterium quod Laureacum dicitur, ab illustri viro Friderico duce juxta patris sui voluntatem ac desiderium, qui illud in proprio allodio fundaverat, sub censu annuo unius aurei beato Petro oblatum, sub apostolicæ sedis tutelam protectionemque suscipimus, et ejusdem apostolorum principis patrocinio communitus. Per præsentis itaque scripti paginam statuimus ut in eodem cœnobio monasticus ordo secundum beati Benedicti Regulam futuris temporibus inviolabiliter observetur. Quæcumque etiam bona seu possessiones ab ipsius loci fundatoribus, seu ab aliis Dei fidelibus eodem loco collecta esse noscuntur, aut quæcumque in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, ducum seu principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Ut autem fratres qui in eodem monasterio pro tempore fuerint divinis obsequiis mancipati de bonis ipsius loci valeant sustentari, auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus abbas, nulla omnino ecclesiastica vel sæcularis persona, prædicti loci possessiones et bona auferat, vel vendat aut in feudum dare, vel aliquo modo distrahere præsumat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam præviderint eligendum. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium vel basilicarum, benedictionem abbatis, ordinationes monachorum vel clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit, et gratiam Ecclesiæ Romanæ habuerit, et ea gratis et absque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere, alioquin Catholicum, quem malueritis, adeatis antistitem. Qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulat indulgeat. Decernimus ergo ut nulli episcopo aut advocato, vel eorum ministris, nulli etiam ecclesiasticæ personæ liceat prænominatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia vobis integra con-

serventur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut qui illic se sepeliri deliberaverint, eorum extremæ voluntati nisi excommunicati sint, nullus obsistat, salva matricis Ecclesiæ justitia. Decimas sane, quas legitime possidemus, et usque ad hæc tempora quiete et pacifice possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Ad iudicium autem perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis, et quod idem locus beati Petri juris existat, bisantium unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis. Si quis igitur huic nostræ constitutioni ausu temerario contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, a corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Conservantibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guilielmus Prænustinus episcopus ss.

Ego Guido Tiburtinus episcopus ss.

Ego Litifredus presbyter cardinalis S. Justinæ ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis ss. Joannis et Pauli ss.

Ego Wido indignus sacerdos ss.

Ego Azo presbyter cardinalis titulo S. Anastasiæ ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis ss. Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido cardinalis diaconus Sancti Adriani ss.

Ego Hubaldus diac. cardinalis S. Mariæ in Via Lata ss.

Ego Chrysogonus diac. cardinalis S. Mariæ in Porticu ss.

Data Pisis per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, octavo Kalendas Maii, indictione decima quarta, incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo sexto, pontificatus domini Innocentii papæ secundi anno septimo.

CCXXIX.

Monasterii P. Pauli Viridunensis disciplinam bonaque confirmat.

(Anno 1136, April. 24.)

[D. CALMET, *Hist. de Lorraine*, II, Pr. p. CCCX.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, dilecto filio ROGERO, abbati monasterii Sancti Pauli, quod in suburbio Viridunensi situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Cum omnibus ecclesiasticis personis debitores ex iuncto nobis a Deo apostolatus officio existamus, illis tamen propensioris charitatis studio nos convenit imminere quos in veræ religionis habitu Dominò militare cognoscimus. Ideoque, dilecte in Christo filii Rogere abbas, tuis petitionibus clementer annuimus, et beati Pauli monasterium cui Deo auctore præesse dignosceris, apostolicæ sedis pri-

vilegio communimus, statuentes ut quod a venerabili fratre Alberone Viridunensi episcopo de institutione ejusdem loci propter insolentiam fratrum quondam ibidem conversantium factum est, et a dilectissimo fratre nostro Alberone Trevirensi archiepiscopo collaudatum, perpetuis temporibus ratum et inconvulsum auctoritate nostra permaneat, ut videlicet ordo canonicus, secundum beati Augustini regulam et normam, atque institutionem fratrum Præmonstratensium, in eodem loco inviolabiliter observetur, et per eos divinæ majestati debitum impendatur. Decrevimus etiam ut quæque bona, quasque possessiones in præsentiarum idem monasterium juste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis causis, præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata serventur. Nulli ergo omnino hominum liceat præfatum monasterium perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva nimirum diocæsani episcopi justitia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere veniro tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino

judicio existere de perpetua iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Pisis octavo Kalend. Maii, indictione decima quarta, incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo trigesimo septimo, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno sexto.

CCXXX.

Monasterii Celtæ Paulinæ cæmeterium confirmat.

(Anno 1136, April. 26.)

[MULDNER, *Hist. Nachr. der Gottesackerpelle zum heil Kreutz*, 59, teste Schultes, *Directorium diplomaticum*, I, 317.]

CCXXXI.

Ad daynardum archiep. Remensem: — Ut archidiaconum suum in archiepiscopum Bituricensem electum petenti populo concedat.

(Anno 1136, Maii 12.)

[PEZ, *Thes. Anecd.* VI, I, 310.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri R. archiepiscopo, et capitulo Remensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Charitatis bonum est proprium alienis tanquam suis gaudere profectibus. Sed et particeps mercedis existit, qui bonorum operum se exhibet adjutorem.

Quia ergo Bituricensis clerus et populus pastoris A solatio destituti, charissimum filium nostrum ma. [magistrum?] A. archidiaconum Remensis Ecclesiæ sibi in archiepiscopum elegerunt, universitatem vestram convenit exultare, quæ dono divinæ gratiæ talem personam habere promeruit, quæ ad regimen tam gloriosæ ac nobilis Ecclesiæ cum magna instantia ac summo desiderio postulatur. Jamque dilectioni vestræ per apostolica scripta rogando mandamus, et mandando præcipimus quatenus personam ejusdem electi in nomine Domini Bituricensi Ecclesiæ concedatis, et qualiter eorum desiderium qui sibi eum elegerunt in Patrem et archiepiscopum laudabiliter impleatur efficiatis.

Data Pisis iv. Id. Maii.

CCXXXII.

Aa ma. A. archidiaconum Remensem. — Ut Deo ad archiepiscopatum Bituricensem vocanti obediat.

(Anno 1136, Maio.)

[Pez, ubi supra.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio su. ma. Remensi archidiacono, salutem et apostolicam benedictionem.

Fidelis et sapiens dispensator talentum, quod, suscipit a Domino, nummulariis erogandum in sudario [non] reponit, sed potius pervigili studio et summa diligentia elaborat, ut cum fructu multiplicato creditam sibi pecuniam Domino suo reconsignet. Ad hoc summus pastor, Dominus noster Jesus Christus, sicut evangelica testatur auctoritas, B. Petro, tertio confitenti se eundem Magistrum suum diligere, tertio intulit: *Pasce oves meas* (Joan. xvii, 21). Unde colligitur quia qui diligit pascit, et qui non diligit non pascit. Si ergo Dei Filius de secreto Patris egressus est ad publicum nostrum, ut nobis æternæ beatitudinis pascua ministraret, nullus Deo placens præponere debet quietem suam utilitati proximorum. Cæterum, in Christo charissime fili, scire te volumus quoniam nobilis et gloria Bituricensis Ecclesia, pontificis solatio destituta, personam tuam sibi elegit in pastorem et archiepiscopum. Vocat te Dominus, invitat Christus ut de sua gratia tibi commissa præfata Ecclesiæ filios foveas et salutaribus disciplinis plenius informes. Nos igitur quoque præcipue interest universæ Ecclesiæ Dei providere, et bonis studiis opem et consilium adhibere, electionem ad te factam roborantes, auctoritate apostolica in remissionem peccatorum injungimus tibi, rogamus et præcipimus quatenus, omni contradictione et excusatione submota, et tam gratum Deo ministerium et tam gloriosum opus assumes, ut, divina cooperante gratia et tuo annitente studio, præfata Ecclesiæ prærogativa integre conservetur, et populo salubriter consulatur.

(57) *Altare de Ivurio cum appendicio Ramocurth;* On peut conclure de là qu'il a existé auprès d'Iwry

CCXXXIII.

Privilegium pro ecclesia S. Auberti Cameracensi.
(Anno 1136, Maii 31.)

[Le Glay, *Glossaire*, 39.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GALTERO abbati et filiis ecclesiæ Sancti Auberti quæ in Cameracensi civitate sita est, eorumque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere ac earum quieti et utilitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur et beati B Petri atque apostolicæ sedis patrocinio muniamus. Proinde, dilecti in Domino filii, postulationibus vestris impertimur assensum et Beati Auberti ecclesiam, in qua divino vacatis servitio, præsentis scripti pagina roboramus, statuentes ut quæcunque bona, quascunque possessiones eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, rationabiliter poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: Ecclesiam videlicet Sancti Vedasti in Cameracensi civitate sitam, cum multis mansis, et quinque cambas ad molendum vestrum, quod habetis in civitate, molentes et tres furnos et a porta Salis usque ad viam Sancti Remigii in sinistra parte, quidquid in aqua, in piscibus, in terris et in hospitibus possidetis, furnum unum, cambam unam cum molitura et manum vestrum cum rivulis interius et exterius profluentibus cum toto districto, villam quoque totam Tilletum dictam, cum omnibus pertinentibus, altare de Vinciaco, cum omnibus appendiciis suis, videlicet Lesden, Liegiscurch, Scurviler et unum molendum et unum furnum et unam cambam et omnia quæ ad prædictum altare pertinent, altare de Vilers Renardi et terram quam tres fratres Hugo, Wibaldus et Elbertus in eadem villa de Haistaldi Prato et quidquid juris possidebant in villa que dicitur Berilgias et apud Deherecias prædictæ ecclesiæ contulerunt, altare de Goeio, altare de Silviniaco, altare de Otvilers, ecclesiam Sancti Auberti cum altari in villa quæ Andra dicitur cum i mansis et terra arabili, altare de villa quæ dicitur Sanctus Vedastus et quarta pars allodii de Albertiis, allodium quod dedit Robertus de Bello Manso apud Fontanas; in Haynoensi pago, ecclesiam cum altari de Siccis Avesnis cum l mansis terraque arabili et silva, altare quoque de Thiens, altare de Maheng, altare de Sausoith, altare de Ivurio cum appendicio Ramocurth (57), altare de Riva, participante ecclesia un village ou un hameau du nom de Ramecourt ou Ramocourt, assez considérable pour former une

Sanctæ Mariæ, altare de villa quæ Strada (58) nuncupatur, cujus sonogia duodecim denariorum est, altare de Barastra cum appendiciis suis (59) Haplencurth et Rahiercurth, altare de Chaum (60) cum appendicio suo Provilla, altare de Gahuncurth, capellam in Vitriaco (61) cum terra arabili, altare de Gavera (62), altare de Aesna (63) cum appendiciis suis, scilicet Houlcourt et Grandi Ponte. Ceræ vero, quam sacerdotes de majori archidiaconatu afferunt in die Pentecostes, sexta pars prædictæ ecclesiæ et nunc et antiquitus conferatur; apud Naviam tredecim mansos, apud Scaldevvrium duos mansos et terram arabilem cum decima ejusdem terræ, apud Guennecurth allodium, quod Gunhardus tradidit, apud Ramelias quinque mansos et dimidium allodii quod ibidem possidetis, apud Chementias (64) mansos et allodium, apud Reiglencurth (65) mansum unum et terram arabilem, apud Meevrias tres campos, apud Blahercurth mansos, apud Seherias duas partes quatuor mansorum de allodio quod Osto miles dedit, allodium de villa Manullo nuncupata et terram et silvam et quidquid ad eandem villam pertinet, apud Locheneias quatuor mansos de franco allodio et aliud allodium quod dedit Doda uxor Engeranni et Alaisa uxor Roberti, apud Fontanas Fagalæ allodium quod dedit Robertus de Pulchro Manso, et quidquid ad illud pertinet, apud Atrebatum, in Strata (66), camba una quam dedit Robertus sacerdos filius Thamardi, concedente et confirmante Alviso ejusdem civitatis episcopo, apud Bantheneias

A duos mansos et terram arabilem; apud Roseth in Viromandensi pago allodium, apud Belveverth quod singulis annis tres solidos reddit Cameracensis monete, terram etiam quæ in procinctu ecclesiæ est, ubi ortus et officinæ fratrum sunt, quam Burcardus ejusdem civitatis episcopus contulit et confirmavit cum toto districto libere prædicta ecclesia possideat. Chrisma vero et oleum infirmorum et catechumenorum, secundum antiquas et rationabiles vestras consuetudines a Cameracensi absque contradictione suscipiatis Ecclesia. Nulli ergo omnino hominum liceat præfatam Beati Auberti ecclesiam perturbare, aut ejus possessiones auferre, minuere seu quibuslibet fatigationibus molestare, sed omnia integre conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva nimirum diocæsani debita justitia et reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioque communita, nisi reature suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ quæ sua sunt servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud di-

annexe de la paroisse d'Iwuy. Quelle était la situation précise de Ramecourt? C'est ce que nous ne pouvons déterminer; mais on en retrouverait peut-être des vestiges dans la plaine qui sépare Iwuy de Villers-en-Cauchie. Carpentier, III, 206, cite une Marguerite de Ramecourt mariée au xiv^e siècle à Jean de Beaumont, qui appartenait à une famille patricienne de Cambrai.

(58) *Altare de villa Strada.* Il y a tant de lieux du nom d'Estrées que nous ne savons auquel attribuer celui-ci: d'ailleurs, l'état des cures dont l'abbé de Saint-Aubert avait la collation, ne présente aucune dénomination analogue à celle-là.

(59) *Altare de Barastra cum appendiciis suis Haplencurth et Rahiercurth.* Barastre a été signalé sous la charte 15. Les deux appendices désignés ici sont Haplincourt, aujourd'hui Pas-de-Calais, canton de Bertincourt, anciennement Artois, décanat de Beaumez, et Ruyaulcourt, mêmes conditions topographiques. Haplincourt, ayant été érigé en paroisse, resta à la collation de l'abbé de Saint-Aubert; mais la cure de Ruyaulcourt appartenait au chapitre cathédral.

(60) *Chaum cum appendicio suo Provilla.* Quéant et Pronville en Artois, décanat de Braumetz, dont les cures étaient en effet à la collation de l'abbé de Saint-Aubert.

(61) *Capellam in Vitriaco.* L'abbé de Saint-Aubert nommait à la chapelle castrale de Vitry, aujourd'hui chef-lieu de canton du Pas-de-Calais, sur la Scarpe, lieu célèbre sous les rois Mérovingiens. V. GRÉGOIRE de TOURS, édition de MM. Guadet et Taranne, t. IV, 52, 169 et 501. Dans cette histoire des Francs, Vitry est toujours nommé *Victoriacum*.

(62) *Altare de Gavera.* Gavre ou Gaver, sur l'Escaut, à 12 kilomètres de Gand, était, avant 1559, du diocèse de Cambrai et du décanat d'Alost.

C La cure fut toujours conférée par l'abbé de Saint-Aubert.

(63) *Altare de Aesna cum appendiciis Houlcourt et Grandi Ponte.* Esne, canton de Clary, Hancourt, même canton. Grand-Pont n'est plus qu'un hameau entre Esne et Lesdain. *Naviam*, Naves, *Scaldevvrium*, Escaudœuvres. *Guennecurth*, sans doute le même que *Gahuncurt*, expliqué ci-dessus, 161. *Ramelias*, Ramillies, canton de Cambrai-ouest.

(64) *Apud Chementias.* Ce nom que nous trouvons ailleurs écrit Chimentia ou Kimmela, désigne évidemment un lieu situé dans le voisinage de Boistrancourt et de Cattenières, comme l'indique assez le passage suivant d'une bulle d'Eugène III, sous la date de 1145: *Capellam de Busteronis Curte, cum casa, decimam quoque Oilardi Corbelli cum decima præcentorie S. Gaugerici a via Cameracensi Bosteronis Curtis usque Besen et a Chimneis usque Castinieres.* Je n'aperçois dans ces parages aucun hameau, aucune ferme qui rappelle cette dénomination, si ce n'est peut-être la terre de Chantemelle, qui se trouve à peu près à distance égale de Cattenières et de Boistrancourt.

(65) *Reiglencurth, Raillencourt*, canton de Cambrai-ouest. *Meevrias*, Mœuvres, canton de Marcoing. *Blahercurth*, Blécourt, canton de Cambrai-ouest. *Seherias*, peut-être faut-il lire *Deherias*, Deheries, déjà mentionné ci-dessus. *Manullo* et *Lochenieas*, nonis douteux.

(66) *Atrebatum in Strata.* Ce mot *Strata* désigne une certaine portion de la ville d'Arras nommé l'Estrée, sans doute parce qu'elle était traversée par l'une de ces grandes voies romaines connues sous le nom de chaussées Brunehaut; une des paroisses de cette ville s'appelait *Saint-Jean-en-Lestree*.

strictum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Data Pisis per manum Emerici diaconi cardinalis et cancellarii, 11 Kal. Junii, indictione XIV, anno Dominicæ Incarnationis 1137, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno VII.

CCXXXIV.

Ad Alvisum episcopum Atrebatensem.

(Anno 1136, Jun. 1.)

[BALUZ., *Miscell.*, II, 164.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALVISO Atrebatensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitatis tuæ scripta debita benignitate susceptimus atque dilectum filium nostrum Nicolaum Cameracensem electum, qui infra sacros ordines est, tum pro Ecclesiæ necessitate, tum pro tua et aliorum qui nos pro ipso rogaverunt instantius charitate ex apostolica dispensatione remisimus. Tua itaque interest ut, juxta collatam tibi a Deo prudentiam, pro servitio et utilitate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quemadmodum de te bene confidimus, tanquam devotus ejus filius efficaciter elaborēs.

Data Pisis Kalend. Junii.

CCXXXV.

Privilegium pro abbacia Balneensi.

(Anno 1136, Jun. 11.)

[*Annal. Camaldul.*, III, col. 311.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis JOANNI archipresbytero et canonicis Balnensibus tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, atque earum quieti et utilitati auxiliante Domino salubriter providere. Dudum atquidem, dilecte in Domino filii Joannes archipresbyter, apud nos sæpe numero questus es pro injuriis et pressuris, quas Balnensi Ecclesiæ tibi commissæ irrogari dicebas. Inter cætera vero quæ de eisdem gravaminibus nobis exposuisti, adversus Tiiviensem abbatem graviter questus es, asserens quod duodecim capellas cum decimis, oblationibus tam vivorum quam mortuorum, et reliquo parochiali jure Ecclesiæ Balnensi violenter auferret. Quamobrem nuntium nostrum ad partes vestras direximus, qui et negotium ipsum diligenter inquireret, et tam te quam prædictum abbatem prinis Kalendis Maii ad agendam causam sufficienter ante nostram præsentiam vocaret. Quo nimirum termino utraque parte nostro conspectui præsentata, præfatus abbas quoddam scriptum sub nomine prædecessoris nostri papæ Paschalis in argumentum causæ suæ in medium protulit. Quod diligentius intuentes suspectum atque fallatum subtiliter deprehendimus, eo quod quædam rasuræ inibi invenire et alia pro aliis mutatis descripta nominibus, cum luce clarius

constet tam auctoritatibus sanctorum canonum, quam etiam generali Ecclesiæ consuetudine, capellas quasque suis debere plebibus subjacere, eisquæ de decimis et aliis ad jus parochiale pertinentibus respondere. Cum manifestum sit eandem plebem in massa beati Petri apostolorum principis sitam esse, et sub ipsius dominio proprietario jure consistere. Auditis igitur utriusque partis allegationibus, visum nobis est et fratribus nostris super eadem lite definitivam ferre sententiam. Cæterum abbas negotium cupiens protelare, subterfugium quærere, longiores inducias postulavit, promittens se termino, quem sibi provideremus, plenius instructum adesse negotio, et instrumenta quædam, quæ domi reliquerat, allaturum. Nos autem ne forte quidquam præcipitare videremur, usque ad octavas beati Martini inducias ei dedimus, præcipientes qualiter interim erga eandem ecclesiam, quam beati Petri juris esse se haberet, eique portiones et oblationes seu decimas earundem capellarum bona fide persolveret. Statuto itaque termino, abbas ad nos rediens quendam veterem tonum protulit, in quo nihil, quod ad commodum suæ causæ pertinens invenire potuimus. Qui etiam a nobis sæpius requisitus præfatas capellas infra ejusdem plebis parochias sitas esse respondit, adjiciens quod ministri earundem capellarum cum litanis et oblationibus singulis annis plebem ipsam visitare solebant, et tam eadem plebs quam capellæ ac totius Balnensis territorii fundus C. B. Petri juris existat. Sanctorum ergo canonum auctoritate perspecta, et fratrum nostrorum ac plurimum sapientium archiepiscoporum, abbatum et aliorum, qui aderant, communicato consilio, cum præfatus abbas super acquisitionem earundem nullum possit instrumentum authenticum exhibere, decimas omnes prædictarum capellarum, quarum nomina sunt hæc, videlicet Sancti Salvatoris, Sancti Nicolai, Sancti Pauli, Sanctæ Appollinaris, Sancti Martini, Sancti Paterniani, Sancti Hilari, Sanctæ Floræ, Sanctæ Margaritæ, Sancti Andree, Sancti Blasii, Sancti Angeli, ac totum ejus parochiale in eisdem capellis tibi, dilecte in Domino filii Joannes archipresbyter, et per te Balnensi Ecclesiæ per sententias restituimus atque concessimus, ut videlicet eandem potestatem in eisdem capellis de cætero habeas, quas et in aliis prædictæ plebi subjectis exeres, id est ponendi seu removendi presbyteros, interdicendi eos, sibi officio restituendi, et debitas portiones habendi tam de oblationibus vivorum quam mortuorum, et si qua alia sunt, quæ ad matricem ecclesiam et tuum officium pertinent, concessa tibi insuper facultate disponendi et dispensandi, secundu[m] sanctorum canonum instituta, omnes decimas, quæ de curtis prædictarum capellarum a parochianis quocunque tempore colliguntur, vel de toto Balnensi territorio habentur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat Balnensem super his Ecclesiam infestare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibus-

libet eam molestiis fatigare, sed omnia ei cum integritate serventur vestris usibus profutura. Prohibemus insuper ut nulli ecclesiasticæ sæcularive personæ fas sit in prædictis capellis, quæ infra Balnense territorium sitæ sunt, decimas, vel oblationes aut reliqua, quæ ad matricis Balnensis Ecclesiæ dispositiones vel proprietates pertinent, absque ejusdem plebis concessione recipere vel habere. Si quis autem huic nostræ constitutioni sciens, obviare tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiatur, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat

Cunctis autem eidem Ecclesiæ jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subs.

Ego Willelmus Prænestinus episcopus subs.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus subs.

Ego Drogo Ostiensis episcopus subs.

Ego Albertus Albonensis episcopus subs.

Ego Alberius Bituricensis archiepiscopus subs.

Ego Umberto Bisuntinus archiepiscopus subs.

Ego Robertus Erfordensis episcopus subs.

Ego Milio Servannensis episcopus subs.

Ego Ugo Gratianopolitanus episcopus subs.

Ego Guillelmus Aurasicensis episcopus subs.

Ego Wido Lausannensis episcopus subs.

Ego Paganus Nolanus episcopus subs.

Ego Anselmus presb. card. subs.

Ego Litifredus presbyter cardinalis tituli Vestinæ subs

Ego Lucas presbyt. cardin. tit. Sanctorum Joannis et Pauli subs.

Ego Martinus presbyt. cardin. tit. Sancti Stephani subs.

Ego Wido indignus sacerdos subs.

Ego GG. presbyter cardinalis tituli Sanctæ Priscæ subs.

Ego Guido presbyter card. titulo Sancti Chrysgoni subs.

Ego Gregorius diacon. Sanctorum Sergii et Bacchi subs.

Ego Guido diacon. cardinalis Sancti Adriani subs.

Ego Boetius diacon. cardin. Sanctorum Viti et Modesti subs.

Ego Grisogonus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu subs.

Datum Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi card. et cancellarii, III Idus Januarii, indictione XIV, pontificatus domni Innocentii II papæ anno VII.

CCXXXVI.

Henrico patriarchæ Gradensi pallii crucisque præferendæ usum tribuit, Ecclesiæque bona confirmat.

(Anno 1136, Jun. 12.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, V, 1120.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HENRICO patriarchæ Gradensi, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Tunc apostolicæ sedi et Romanis pontificibus honor integer conservatur, si universis Ecclesiis collata dignitas custodiatur. Et quemadmodum nulli debemus ultra quam meretur favente gratia imperitari, ita nemini, quod sui juris est, stimulantæ ambitu, convenit derogare. Quanto ergo majori prærogativa nosceris sublimatus, tanto propensius tibi noveris attendendum, ut in corrigendis subditis plus possit apud te ratio quam potestas, et te boni dulcem, et mali pinni sentiant correctorem. Personas diligas, vitia persequaris, ne si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, et perdas quod emendari desideras; sicque vulnus debes abscondere, ut non possis ulcerare quod sanum est, ne si plusquam res exigit ferrum impresseris, noceat cui prodesse festinas. Sed sic alterum conditur ex altero, quatenus et boni habeant amando quod caveant, et mali metuendo quod diligant. Quapropter, venerabilis frater Henrice patriarcha, tuis postulationibus clementer annuimus, et Gradensem Ecclesiam, cui, auctore Deo, præesse dignosceris, præsentis scripti patrocinio communimus. Igitur prædecessorum nostrorum Pelagii, Alexandri et Urbani II auctoritatem sequentes, illius præcipue constitutionis tenorem servantes, quam prædecessor noster Leo IX sanctissimus, et synodali judicio, et privilegii pagina confirmavit, tibi, tuisque successoribus canonice substituendis, et patriarchalem concedimus dignitatem, et magisterium Gradensis Ecclesiæ gerendum, in his tantum finibus confirmamus, qui per supradictos prædecessores eidem noscuntur Ecclesiæ constituti. Crucem quoque ante te ferendam esse concedimus, nisi cu.n Romæ fueris, aut in præsentia et comitatu Romani pontificis; pallium etiam fraternitatis plenitudinem pontificalis officii ex apostolicæ sedis liberalitate largimur, quo intra Ecclesiam tuam ad missarum solemnia celebranda uti memineris eis diebus, quibus prædecessores, tuos usos fuisse non ambigimus, ut in Nativitate Domini, Epiphania, tribus festivitatis S. Mariæ, Cæna Domini, Sabbato sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, in Natalitio S. Joannis Baptistæ, et omnium apostolorum, in festivitatis quoque S. Marci, protomartyris Stephani, S. Laurentii, S. Maximi, in solemnitate Omnium Sanctorum, et principalibus Ecclesiæ tuæ festis, nec non in ecclesiarum, episcoporum, et cæterorum clericorum consecrationibus, et anniversario consecrationis tuæ die. Statuimus etiam ut quæcunque bona,

quascunque possessiones Gradensis Ecclesie in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum justis modis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Porro ecclesias a religiosis viris eidem Ecclesie Gradensi oblatas, per parochias ejusdem provincie constitutas, tibi tuisque successoribus libere confirmamus, ita ut nulli episcopo absque tuo assensu liceat in eis consecrationes celebrare, aut sacerdotibus in eisdem Domino servientibus donec in locis ipsis fuerint, divina officia prohibere. Decernimus ergo ut nulli omnino, etc. Si qua igitur in futurum, etc. Cunctis autem, etc. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesie episc. ss.

Ego Guillelmus Prænestinus episc. ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem ss.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli ss.

Ego Guido indignus sacerdos ss.

Ego Azo presb. card. tit. S. Anastasie ss.

Ego Gregorius diaconus card. SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido card. diac. S. Adriani ss.

Ego Hubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata ss.

Ego Grisogonus diac. card. S. Mariæ in Porticu ss.

Datum Pisis per manum Almerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, in Id. Junii, indict. xiv, anno Dominicæ Incarnationis 1136, pontificatus autem D. Innocentii papæ II anno vii.

CCXXXVII

Ecclesie S. Victoris Massiliensis possessiones confirmat.

(Anno 1136, Jun. 18.)

[*L'Antiquité de Marseille*, I, p. 461.]

CCXXXVIII.

Ecclesie Guesnensis possessiones, petente Jacobo archiepiscopo, confirmat.

(Anno 1136, Jul. 7.)

[*RACZINSKI. Cod. diplom. majoris Poloniæ*, I; *HASSELBACH. Cod. Pomeran. diplom.*, I, 28.]

CCXXXIX.

Ad Gregorium Bergomatem episcopum.

(Anno 1136, Jul. 24.)

[*UGHELLI, Italia Sacra*, IV, 455.]

INNOCENTIUS, etc., venerabili fratri GREGORIO Bergomensis episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Lites et controversie extenduntur in infinitum, si quod judicatum est, non fuerit effectui mancipatum. Ideoque per apostolica scripta fraternitati tue mandamus atque precipimus, quatenus sicut gratiam B. Petri, et nostram habere desideras, omni tepiditate supposita sententiam quam de causa S. Vincentii et S. Alexandri protulimus, irrefragabiliter facias observari. Quod si canonici S. Vincentii parere contempserint, vigor justitie non elanguat, inobedientes ab ecclesiarum ingressu submoveas,

et in eorum ecclesiis divina prohibeas officia celebrari.

Data Pisis 1x Kal. Aug.

CCXL.

Privilegium pro ecclesia B. Mariæ de Reno.

(Anno 1136, Aug. 27.)

[*SAVIOLI, Annal. Bolognesi*, I, Append., p. 193.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GUIDONI priori et fratribus in ecclesia Beatæ Mariæ de Reno regularem vitam professis tam presentibus quam futuris in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi et honestati noscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, et potentium desideriis congruum impartiri suffragium. Proinde, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus et ecclesiam Beatæ Mariæ in qua divino vacatis servitio apostolicæ sedis privilegio communimus. Statuentes ut ordo canonicus, qui secundum beati Augustini Regulam in vestra ecclesia noscitur institutus, perpetui futuris temporibus ibidem inviolabiliter conservetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum eadem ecclesia juste et canonice possidet, quæcunque etiam in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Porro quia juxta sacræ Scripturæ testimonium decimæ sunt tributa egentium animarum, et religiosæ personæ quæ de aliorum elemosynis seu beneficentia solent vivere de rebus suis non debent molestias sustinere; decernimus ut de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus colitis vel etiam de nutrimentis vestris nullus a vobis decimas exigere vel suscipere audeat. Liceat etiam vobis clericos sive laicos e sæculo fugientes, dummodo nulli conditioni teneantur obnoxii, ad conversionem suscipere, et juxta canonicæ institutionis regulam in vestro collegio retinere. Nullus ergo hominum eadem ecclesiam audeat temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt, usibus profutura, salva nimirum diæcesani episcopi debita reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis

percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Guilielmus Prænestinus episcopus ss.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem ss.

Ego Anselmus presbyter cardin. ss.

Ego Liutifredus presbyt. card. tit. Vestinæ ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Sanctorum omnium et Pauli ss.

Ego Guido card. diac. Sancti Adriani ss.

Ego Hubaldus diacon. card. Sanctæ Mariæ in Via Lata ss.

Ego Grisogonus diac. card. S. Mariæ in Porticu, ss.

Datum Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacon. cardinalis et cancellarii, vi Kal. Septembris, indictione xiii, Incarnationis Dominicæ anno 1156, pontificatus domni Innocentii II papæ anno vii.

CCXLI.

Privilegium pro monasterio Sancti Georgii Pristinensis.

(Anno 1156, Oct. 22.)

[*Monumenta Boica*, t. XIII, p. 155.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HERBONI abbati monasterii Sancti Georgii de Privinigen, quod inter Ratisponam et Danubium situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas religiosas personas ac loca eorum regimini commissa diligere, atque ipsorum quieti et utilitati auxiliante Domino salubriter providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eos a pravorum hominum nequitia tueamur, et beati Petri ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ patrocinio muniamus. Ideoque, dilecte in Domino filii Herbo abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et beati Georgii monasterium cui, auctore Deo, præesse dignosceris, apostolicæ sedis privilegio decoramus. Statuimus enim ut quas-cunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, tibi tuisque successoribus, et per vos jam dicto cænobio hujus scripti pagina confirmemus. Porro decimam a venerabili fratre nostro Ottone Babenbergensi episcopo vobis concessam, quam ab Hartvico Ratisponensi episcopo per gratum concambium obtinuisse cognoscitur, vobis præsentis scripto firmamus. Cellam etiam Aspach dictam, quam idem episcopus suis laboribus ac studio conquistam divini amoris intuitu eidem loco contulit, a nullo unquam hominum alienari, vel aliquo modo auferri sancimus. Decernimus etiam ut ordo monasticus qui in eodem cænobio a patris temporibus ibidem integer conservetur. Obeunte vero te nunc ejusdem loci

abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu,

aut fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. De laboribus quoque vestris tam infra quam extra septa monasterii, quos propriis sumptibus excolitis, decimas a vobis nemo exigere præsumat. Interdicitur etiam ut nullus episcopus qui in Babenbergensi Ecclesia pro tempore fuerit, vel aliquis alius occasione alicujus rei, vel advocatiæ idem ea nobis aliquibus exactionibus gravare vel ejus possessiones a prædicto episcopo vobis collatas, vel undecunque acquisitas, seu oblatas, alicui in beneficium dare, vel fratrum usibus subtrahere præsumat. Quæcun-

que præterea bona idem monasterium concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, in futurum poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum fas sit idem cænobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, tam vestris quam fratrum vestrorum ac pauperum usibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, haec nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Guilielmus Prænestinus episcopus ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus ss.

Ego Guido diaconus card. sancti Adriani ss.

Ego Anselmus presbyter cardinalis ss.

Ego Boetius diacon. card. Sanctorum Viti et Modesti ss.

Ego Latrifredus presbyter card. tituli Vestinæ ss.

Ego Lucas presbyter cardin. tit. Sanctorum Joannis et Pauli ss.

Ego Grisogonus diaconus card. Sanctæ Mariæ in Porticu ss.

Data Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xi Kal. Novembris, indictione xiv, Incarnationis Dominicæ

anno 1136, pontificatus vero domini Innocentii pape
III anno VII.

CCXLII.

Ad Henricum Ratisponensem episcopum.

(Anno 1136, Oct.)

[*Monumenta Boica*, t. XIII, p. 152.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HENRICO Ratisponensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Æquum et rationabile est ut monachi et regulares canonici qui de aliorum elemosynis et beneficentia vivere debent, de laboribus quos propriis sumptibus ac manibus excolunt, dare decimas non cogantur. Quod profecto in Pisano concilio, quod nuper Deo propitio celebravimus, a nobis est apostolica auctoritate firmatum. Eapropter fraternitati tuæ per apostolica scripta præcipimus quatenus fratres Pruviningenses tam de novalibus, quam de aliis laboribus quos propriis sumptibus ac manibus excolunt, neque per te, neque per Hoholdum militem ullatenus inquietes, neque per alios inquietari permittas; alioquin scire te volumus quoniam contemptum sedis apostolicæ impunitum nullatenus dimittimus.

CCXLIII.

Privilegium pro ecclesia Pottingensi.

(Anno 1136, Oct. 23.)

[*Monumenta Boica*, t. X, p. 39.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis CHUNONI præposito, et fratribus in ecclesia Pollingensi regularem vitam professis tam præsentibus quam futuris in perpetuam rei memoriam.

In eminenti apostolicæ sedis specula disponente Domino constituti, sollicitè providere nos convenit, ut religiosa loca paternis affectibus diligamus et ne pravorum hominum agitentur molestiis, attentam diligentiam adhibere curemus. Quamobrem dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Waltheri Augustensis episcopi precibus inclinati, vestris postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam sancti Salvatoris, sitam in villa quæ Pollinga dicitur, in qua divinis estis obsequiis mancipati, apostolicæ sedis privilegio communimus. Statuentes, ut vita apostolica, et ordo canonicus in eadem ecclesia divina suffragante clementia institutus, perpetuis futuris temporibus ibidem inviolabiliter conservetur. Quæcunque præterea bona, quascunque possessiones in præsentiarum juste et canonicè possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci firma vobis in perpetuum et illibata serventur; in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: villam videlicet in qua eadem ecclesia ædificata est, ubi etiam secundum beati Augustini Regulam omnipotenti Domino divina exhibetis obsequia, villam Villhaim, villam Ubingen, villam Friheim, villam Rieden, villam Ascherigen, villam Hluenwanch,

villam Pfaffenloven, necnon cæteras possessiones, quas quondam secundus rex eidem ecclesiæ vestræ restituit, atque contradidit. Sancimus etiam ut nulli absque fratrum licentia, post factam in eodem loco professionem, ad aliam ecclesiam liceat transigrare; prohibemus insuper ut nemo aliquem ex pravo studio in ecclesia, vel monasterio suo suscipere, vel susceptum audeat retinere; quod si iidem transfugæ secunda vel tertia fratrum suorum denuntiatione comoniti ad eandem ecclesiam redire contempserint, prælato et fratribus suis in eos interdicti vel anathematis sententiam proferendi licentiam indulgemus. Decimas sane, quas concessione pontificum possidetis, aut etiam in posterum adipisci poteritis, apostolica vobis auctoritate firmamus. Porro chrisma, oleum sanctum, ordinationes etiam clericorum, qui ad sacros ordines sunt promovendi, vel si quæ alia sunt ecclesiastica sacramenta a diocesanis suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, eaque vobis sine pravitate et exactione voluerit exhibere; alioquin quemcunque malueritis catholicum adeatis antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat vestram ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, vestris, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus profutura. Si quis ergo hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio comonitus, si non præsumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui periculum patiat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Conservantes autem eidem loco quæ sua sunt, omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli benedictionem et gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus ss.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus ss.

Ego Anselmus presbyter cardin. ss.

Ego Insifredus presbyter cardinalis tituli Vestinæ ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis Sanctorum Joannis et Pauli ss.

Ego Guido indignus sacerdos ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Guido diaconus cardinalis Sancti Adriani ss.

Ego Boetius diaconus cardinalis Sanctorum Viti et Modesti ss.

Datum Pisis per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, x

Kal. Novembris, Indictione xv, Incarnationis Dominicæ anno 1136; pontificatus vero domni Innocentii pape II anno vii.

CCXLIV.

Privilegium pro abbacia Schutterana.
(Anno 1136, Oct. 28.)

[WURTEIN, *nova Subsidia diplom.*, t. VII, p. 92. — Ex vidimus iudicia Caricæ Argentinensis anni 1391, in tabulario abbatiæ Schutteranæ.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio CONRADO abbati Schutterensis monasterii, quod in episcopatu Argentinensi, in loco qui Mortinaugia dicitur, situm est, ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisorio omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et benivolentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare; nec enim gratus Deo aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens a puritate Religionis fuerit confirmatus, hoc nimirum charitatis intuitu, dilecte in Domino fili Conrade abbas, tuis postulationibus accommodantes assensum, Schutterense monasterium, cui Deo auctore præses, sub cura beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti pagina communimus; statuimus ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata serventur, in quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda, videlicet Friesenheim (67) cum ecclesia, Scopheim (68) cum ecclesia, Rogenswiler (hodie Heiligenzell), Zunsvilere (Zuntwyhr) cum ecclesia, Odenheim (Ottenheim) cum ecclesia, Wagenhurst (Wanhurst), Kippenheim, Kirrechella (Kirtzel) cum ecclesia, Albeswiler (Almansweiler), Ichenheim; ecclesia Sasbach (Saspach) cum suis pertinentiis, et ea quæ ministeriales vestri possident in Brisangia, Heimbach, Dirmuntigen, ecclesia Wopelinesbergen cum suis appendiciis, et his quæ ministeriales vestri in eadem provincia possident. In Alsatia Gersheim (Gerstheim), Herbousheim (Herbolsheim), Sigelesheim (Sigolsheim), cum suis appendiciis, et his quæ ministeriales vestri in eadem provincia possident; mancipia nihilominus quæ noscitur habere in Suevia, in Lotharingia, in Altdorff (Altorff). Prohibemus etiam ut neque alicui de successoribus tuis liceat possessiones monasterii alienare, aut in beneficium dare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas

A retinere, minuere, vel aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur, vestra, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura. Si qua igitur ecclesiastica sæcularisve persona, hæc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire attentaverit, secundo tertiove commonita, si non præsumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Conservantes autem eidem loco quæ sua sunt, omnipotentis Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

B Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.
Ego Theodwinus Sanctæ Rufinæ episcopus.
Ego Guido Tiburtinus episcopus.
Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli.
Ego Grisogonus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu.

Data Pisis per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, v Kalendas Novembris, indictione xv, Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo tricesimo sexto, pontificatus vero domni Innocentii secundi pape anno septimo.

CCXLV.

Privilegium generale pro monasterio S. Nicasii Remensi.

(Anno 1136, Nov. 10.)

[VARM, *Archives administ. de Reims*, I, 288.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio suo JORANNO abbati monasterii Sancti Nicasii, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

. . . Quascunque possessiones, quæcunque bona cœnobium. . . . possidere cognoscitur, tibi tuisque successoribus, præsentis scripti pagina confirmamus. In quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda: in Remensi diocœsi altare de Buxolo super Maternam fluvium, super fluvium Auxonam altare de Celto, altare de Anteniaco cum tribus capellis de Oggeio, de Altovillari, de Fulzeio; altare de Branzonis curte cum capella Sancti Nicolai de Sarpeia curte; altare de Hlanonia, altare de Burcio; altare de Sancto Leodegario cum ecclesia, eremum Azonis de Ham; dimidiam partem potestatis in allodio S. Leodegarii, cum banno et justitia, pasenis, cursu aquæ, piscaria cum cæteris redditibus, dimidiam quoque partem molendini cum piscatura; allodium quoddam de domno Trajano, cum servis et ancillis ad ipsum pertinentibus, cum banno et

(67) *Friesenheim* ad marggravium Badensem spectat; situs est in ballivata Mahlbergensi, in quo abbatiæ Schutterana fruitur decimis et jure patronatus.

(68) *Oberschopfen* pertinet ad eundem marggravium in quo decimas percipit et jure patronatus gaudet abbacia Schutterana.

justitia, et cursu aquæ, et molendino cum piscatura. Altare de Gous, et mansum Fulcaudi, et mansum Roberti de Corbincio, villam de Singli, cum hanno et justitia et omni dominatione quam in ea Hugo comes Registetensis tenuerat. Dimidiam partem molendini de Coepello cum terra ibidem pertinente; allodium Hugonis de Cirelio. Terram quæ dicitur mons Reguli, et omnem terram et silvam quæ est a rivulo Canis Spinæ quæ decurrit ad vallem Morendi, usque ad silvam archiepiscopi, versus Remis, ab Hugone quondam Trecentensi comite monasterio vestro collatam, cum hanno, justitia cursu aquæ, et omnibus consuetudinibus quas idem comes ibidem tenuerat. Duas partes decimæ de omnibus terris ad montem Reguli pertinentibus, terras etiam quæ Aceles appellantur; molendinos Helberti de Halmericurte cum terra ad ipsos pertinente; allodium secus eandem villam, quadraginta jornalium in episcopatu Laudemensi apud Riboldi montem. Curtem unam cum domibus ad eam pertinentibus, et duobus viridariis, et de culturis eidem castello proximis; terram arabilem uni carrucæ sufficientem, et tertiam partem prati castello adjacentis. In episcopatu Cathalaunensi, altare Sancti Hilarii de Buxito, cum capella ibidem pertinente, quæ est in honore sanctæ genitricis Mariæ et beati Nicasii; altare de villa quæ cappa dicitur; altare de villa Sancti Basoli; altare de domno Martino. In episcopatu Leodiensi, altare de Morelineis; altare de Senzelia, altare Sanctæ Mariæ Magdalenzæ de Cynaco cum appendiciis suis. Clastrum quoque et suburbium quod circa monasterium est, et ad ipsum pertinet, ab omni exactione liberum esse decernimus, ut in eis nullus audeat aliquas exactiones imponere; sed tam tu quam successores tui, qui in eodem loco pro tempore fuerint vel cui ipsi præceperint, et consuetudines quas idem cœnobium in ipsis habuisse cognoscitur, libere vobis liceat possidere, videlicet portagium, rotagium, thelonagium, modagium, foragium, cum bauno et justitia Prohibemus ut nulli unquam monachorum post factam professionem, absque libera abbatis et fratrum licentia, monasterium vestrum relinquere, et ad alium locum liceat pertransire. Si vero, quod absit, hoc ipsum evenire contigerit, post secundam et tertiam fratrum suorum commonitionem, ad proprium locum [non] redierit, abbati et fratribus suis eum interdicens, vel excommunicandi concedimus facultatem.

Nulli ergo hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet modis fatigare, sed integra conserventur omnia eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum diœcesani episcopi canonica justitia et reverentia. Si qua igitur ecclesiastica sæcularisve persona, hanc paginam nostræ constitutionis sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si

non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Wilhelmus Prænestinus episcopus ss.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus ss.

Ego Guido Tiburtinæ episcopus ss.

Ego Anselmus presbyter cardinalis ss.

Ego Linfredus presbyter cardinalis ss.

Ego Lucas presbyter cardin. tituli sanctorum Joannis et Pauli ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Grisogonus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu ss.

Data Pisis per manum Almerici, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, vi Idus Novembris, indictione xv, Incarnationis Dominicæ anno 1136; pontificatus vero domni Innocentii papæ secundi anno vii.

CCXLVI.

Carthusiensium Montis-Dei in diœcesi Remensi institutionem confirmat.

(Anno 1136, Nov. 23.)

[MARLOT, *Metropolis Remensis*, II, 312.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis fratribus in monasterio S. Mariæ Montis-Dei divino famulatu mancipatis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisor omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosos diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare: nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex radice charitatis procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Ideoque, dilecti in Domino illi, vestris justis desideriis clementer annuimus, et beatæ Dei genitricis monasterium, in quo divino vacatis servitio, apostolicæ sedis privilegio communimus, in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum normam et institutionem fratrum Carthusiensium, in eodem loco noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus ibidem irrefragabiliter observetur. Sancimus etiam ut nulli omnino liceat ordinem Carthusiensium in eodem monasterio stabilitum infringere, minuere vel mutare, et libertatem quam Carthusia, scilicet caput hujus ordinis, habet, vestrum cœnobium nihilominus obtineat, nec alicui eam liceat ullatenus violare. Ut

antem mente et corpore omnipotenti Deo servire A
 literius valeatis, simili modo decernimus vos ab
 omni inquietudine cuiuslibet rei vel placiti quietos
 ac liberos remanere, nec de his quas in terris,
 pascuis, silvis aut agricultura vobis collata sunt,
 ullam vos injuriam vel molestiam sustinere. Ter-
 minos autem loci vestri propriis terminis duximus
 exprimendos, ab eodem scilicet Monte-Dei usque ad
 montem qui est juxta Sotonam, versus orientalem
 plagam, sicut dederunt, ipsam terram Nicolaus de
 Burgo, et Willehnus; versus occidentem usque ad
 aquam Bairoæ; a meridie usque ad antiquam
 aggerem, qui vadit de ponte Bairone [vel Bariorene,
 ut est in bulla Eugonii], usque ad Mosomense ca-
 strum; a septentrione usque ad fagos in fundo vallis
 silvæ, quæ est comitis Regitegensis, cujus voluntate B
 et concessione hoc donum factum atque firmatum
 est. Adjicientes etiam ut nulla femina fines vestros
 introeat, nisi forte id fiat propter transitum, qui per
 loca vestra viatoribus debet esse communis. Decer-
 nimus igitur ut nulli omnino hominum liceat præfa-
 tum cænobium temere perturbare, aut ejus posses-
 siones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu
 aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra
 conserventur eorum, pro quorum sustentatione et
 gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis pro-
 futura, salva nimirum diocæsani episcopi debita
 justitia et reverentia [in charta Eugonii habetur:
 salva sedis apostolicæ auctoritate et diocæsani epi-
 scopi canonica reverentia].

Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive
 persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens,
 contra eam tenere venire tentaverit, secundo ter-
 tiore commonita, nisi reatum suum congrua satis-
 factione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate
 careat, reamque se divino judicio existere de per-
 petrata iniquitate cognoscat, a sacratissimo corpore
 et sanguine Dei ac Domini Jesu Christi aliena fiat,
 atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat.
 Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit
 pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic
 fructum bonæ actionis percipiant, et apud distric-
 tum judicem præmia æternæ pacis inveniant.
 Amen.

Ego Innocentius Ecclesiæ Catholicæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestiæ episcopus.

Ego Theodevinus Rufinensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et
 Bacchi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Ego Chrisogonus diaconus cardinalis Sanctæ
 Mariæ in Porticu.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum
 Jean. et Pauli.

atum Pisis per manum Armeraci S. R. E. dia-
 coni cardinalis et cancellarii, ix Kalend. Decemb.,
 indict. xiv, Incarnat. Dominicæ anno 1136, pontifi-
 catus vero domini Innocentii P. R. II anno vii.

PATROL. CLXXIX.

CCXLVII.

Confirmat immunitatem ecclesiæ Marsensis prope
 Trajectum Mosæ ad monasterium B. Remigii per-
 tinentis, in qua canonicorum loco monachi substi-
 tuuntur.

(Anno 1136, Nov. 25.)

[COCQUELINES, II, pag. 232.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
 lecto filio Odoni abbati monasterii S. Remigii,
 ejusque successoribus regulariter substituendis in
 perpetuum.

Locorum venerabilium cura nos admonet, de
 eorum quiete atque utilitate sollicitè cogitare. Nec
 dubium quod si servorum Dei petitionibus benigne
 concurrimus, nostris opportunitatibus clementer
 Dominum reperimus. Ideoque, dilecte in Domino
 filii Oddo abbas, tuis rationabilibus postulationibus
 clementer annuimus, atque libertatem ecclesiæ de
 Marsna, ad monasterium Beati Remigii pertinentis,
 ab Alexandro quondam Leodiensi episcopo tibi con-
 cessam, et ab Hermanno ejus archidiacono et fratri-
 bus suis laudatam atque firmatam, præsentis scrip-
 ti pagina roboramus, et futuris temporibus inconvulsam
 manere decernimus, ut videlicet tam in præpositura
 quam etiam in canoniis, decentibus clericis, qui
 præfatæ ecclesiæ beneficia possident, juxta pruden-
 tiam et dispositionem tuam et successorum tuorum,
 loco eorum monachi substituantur.

Præpositus vero, qui ex parte tua vel successo-
 rum tuorum eidem loco præfuerit, sacerdotem sub
 tali præbenda, quem ipse præpositus, consensu
 abbatis et fratrum cænobii Sancti Remigii, qui pro
 tempore fuerit, providerit, constitutum Leodiensi
 archidiacono præsentabit, a quo nimirum sibi cura
 committetur, et ipse sacerdos de omni episcopali et
 synodali jure secundum Leodiensis episcopatus con-
 suetudinem respondebit.

Nulli ergo hominum liceat eandem concessionem,
 monasterio B. Remigii factam, infringere vel mu-
 tare, aut qualibet occasione convellere; sed omnia
 tibi tuisque successoribus integra conserventur,
 quemadmodum præsentis scripti sanctione, præfati
 Alexandri quondam episcopi concessionem noscitur
 institutum. Si qua sane ecclesiastica sæcularive
 persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens,
 contra eam tenere venire tentaverit, secundo ter-
 tiore commonita, nisi reatum suum congrua satis-
 factione correxerit, potestatis honorisque sui digni-
 tate careat, reamque se divino judicio existere de
 perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo
 corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris
 nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo
 examine districtæ ultionis subjaceat.

Cunctis autem hanc nostram confirmationem
 servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, qua-
 tenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et
 apud districtum judicem præmia æternæ pacis inve-
 niant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

10

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. SS. Joannis A et Pauli.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus.

Ego Guido diaconus cardinalis S. Adriani.

Ego Chrysogonus diaconus cardinalis S. Mariæ in Porticu.

Datum Pisis per manum Aymerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, ix Kalendas Decembris, indictione xiv, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno vii.

CCXLVIII

Canonicorum ecclesiæ S. Laurentii Januensis possessiones et privilegia confirmat.

(Anno 1136, Dec. 7.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, IV, 860].

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GUIDONI præposito et canonicis matricis ecclesiæ Sancti Laurentii Januensis, tam presentibus quam futuris in perpetuum.

Apostolicæ sedis nos monet auctoritas, etc. Statuimus enim ut qualescunque possessiones, etc. In quibus hæc propriis nominibus adnotanda, etc. Nulli, etc. Si qua igitur, etc. Amen (69)

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.)

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus.

Ego Theodevinus S. Rufinæ episc.

Ego Anselmus presb. card.

Ego Lucas presb. card.

Ego Guido indignus sacerdos.

Ego Gregorius diac. SS. Sergii et Bacchi

Ego Guidus diac. card. S. Adriani.

Ego Chrysogonus diac. card. S. Mariæ in Porticu.

Datum Pisis per manum Aymerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, vii Idus Decembris, ind. xiv, Incarn. Dom. anno 1136, pontificatus vero D. Innocentii papæ II anno vii.

CCXLIX.

Confirmat ordinem canonicorum regularium S. Augustini, recens introductum in Steinfeldense cœnobium Coloniensis diœcesis.

(Anno 1136, Dec. 10.)

[COCQUELINES, t. II, p. 232.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis EVERARDINO præposito et fratribus in ecclesia de Steinvelt canonicam vitam professis, tam presentibus quam futuris in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri, quatenus devotionis sinceritas laudabiliter entescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Proinde, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus gratum præbentes assensum, ecclesiam Steinvelt, in qua divinis estis obsequiis mancipati, apostolicæ sedis privilegio communimus in vris siquidem statuentes ut ordo ca-

nonicus, qui secundum beati Augustini regulam ibidem noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur. Præcipimus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam professionem, absque libera præpositi et fratrum licentia ecclesiam vestram relinquere, et ad alium locum licet transvolare, nec aliquis eum retinere præsumat in præposituris quæ per fratres vestros instituuntur. Ordo vester secundum beati Augustini regulam teneatur, et si quid novi in ordine statuendum fuerit, communi assensu prælatorum vestri anni conventus concorditer statuatur. Præposituras quoque a vestris fratribus institutas, a vobis pro confirmatione ordinis visitari, et præpositos earum, per singulos annos vestram ecclesiam visitare decernimus. Monasteria

R quoque sanctimonialium, qui se magisterio vestræ ecclesiæ regenda subijciunt ab eodem se absolvi, et alii subdi postea non præsumant. Ut autem omnipotenti Domino servire securius valeatis, libertatem a recolendæ memoriæ Friderico archiepiscopo Coloniensi ecclesiæ vestræ concessam, et a venerabili fratre nostro, Brunone, ejus decessore, postmodum approbatam, ipsius precibus inclinati, omnimodam firmitatem in perpetuum tenere sancimus. Porro quascunque possessiones, quæcunque bona, eadem ecclesia Steinvelt in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum, concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata consistent. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate recognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

D Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Anselmus presbyter cardinalis.

Ego Benfredus presbyter cardinalis.

Ego Chrysogonus diaconus card. S. Mariæ in Porticu.

Ego Lucas presbyter card. tituli SS. Joannis et Pauli.

Ego Martinus presbyter card. tit. S. Stephani.

(69) Quæ in hoc privilegio omittuntur supple ex bulla anni 1133, Mart. 19, supra, sub num. 132.

Ego Guldo indignus sacerdos.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. S. Priscæ.

Data Pisis per manum Aymerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi card. et cancellarii, iv Idus Decembris, indictione xiv, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus vero domni Innocentii papæ H anno vii.

CCI.

Ad Stephanum Anglorum regem. — In regem unanimiter electum et consecratum in specialem B. Petri et Romanæ Ecclesiæ filium recipit.

(Anno 1136.)

[D. BOUQUET, t. XV, p. 391.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio STEPHANO, illustri Anglorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Rex regum et Dominus dominantium, in cujus manu sunt omnium potestates et omnia jura regnorum, ex incomprehensibili supernæ providentiæ dispensatione, quando vult, mutat tempora et transfert regna. Sicut enim attestatur Propheta: *Dominator excelsus in regno hominum, et cui voluerit dat illud* (Dan. iv, 14). Quot commoditates, quanta jucunditatis tranquillitas, quantumque justitiæ censura in regno Angliæ et ducatu Northmanniæ, regnante filio nostro glorioso Henrico rege, viguerunt, eo humanis rebus exempto, oculata fide perclaruit. Cum etiam idem esset religiosorum virorum amator, pacis et justitiæ cultor, viduarum et orphanorum propitijs consolator, et eorum qui impotentia defendere se non poterant pius defensor, ipso sublato de medio, prout accepimus, turbata est religio in regno Angliæ, et nullum mandatum pacis seu justitiæ in adjutorio regali vigeat, atque atrocitatem tantorum scelerum comitabatur impunitas. Ne autem diutius grassando in populum Dei debacchari posset dira ferocitas, inclinata est ad preces religiosorum virorum divinæ misericordiæ pietatis; et tantis flagitijs poterat occurrere quemadmodum venerabilium fratrum nostrorum archiepiscoporum, episcoporum earundem regionum, et amatorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, gloriosi Francorum regis et illustris viri comitis Theobaldi scripta testantur, et industriorum virorum nobis iudicavit assertio, communi voto et unanimi assensu tam procerum quam etiam populi, te in regem eligere, et a præsulibus regni consecrari providit (70). Nos cognoscentes vota tantorum viro-

(70) Stephanus Boloniensis comes (inquit Ordericus Vitalis, lib. xiii, p. 902), audita morte juvenis sui, proinus transfretavit, et a Guillelmo Cantuariensi archiepiscopo aliisque præsulibus et principibus terre susceptus, regale fastigium ascendit, et xviii Kal. Januarii (anni 1135) coronatus rex quartus de stirpe Northmannorum regnavit. Northmanni autem Thebaldo fratrem ejus apud Novumburgum convenientes sibi præferre voluerunt, sed in ipso conventu a quodam monacho, qui Stephani legatus erat, audierunt quod omnes Angli Stephanum suscepissent, eique omnes obedire, eumque sibi regem præficere vellent: mox omnes, annuente Thebaldo, decreverunt uni domino militare, propter honores

Arum in personam tuam, præeunte divina gratia, convenisse, pro spe etiam certa te beato Petro in ipsa consecrationis tuæ die obedientiam et reverentiam promississe, et quia de præfati regis prosapia prope posito (71) gradu originem traxisse dignosceris; quod de te factum est gratum habentes, te in specialem B. Petri et sanctæ Romanæ Ecclesiæ filium affectione paterna recipimus, et in eadem honoris et familiaritatis prærogativa qua prædecessor tuus egregiæ recordationis Henricus a nobis coronabatur, te propensius volumus retinere.

CCLI.

Bulla in gratiam canonicorum regularium S. Joannis in suburbio Senonensi

(Anno 1136.)

[*Gall. Christ.*, XII, Instrum. 359.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HAIMARDO abbati ecclesiæ S. Joannis evangelistæ quæ in Senonensi suburbio sita est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Officii nostri hortatur nos auctoritas Ecclesiarum statuta satagere et earum quieti ac utilitati salubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque est et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti fuimus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et B. Petri atque apostolicæ sedis patrocinio muniamus. Quamobrem, dilecte in Domino filii Raynarde abbas, petitiones tuas clementer admittimus, et ecclesiam S. Joannis, cui Deo auctore præesse dignosceris, sanctæ Romanæ Ecclesiæ privilegio communimus, statuentes ut quæcunque bona, quascunque possessiones eadem ecclesia in præsentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, sive aliis justis modis, ampliante Deo, poterit adipisci, firma tibi tisque successoribus in perpetuum et illibata serventur, in quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjunximus: ecclesiam scilicet Sancti Stephani de Castro-Raynardi cum suis appendiciis, a venerabili fratre nostro Henrico Senonensi archiepiscopo de consensu capituli sui præfate ecclesiæ S. Joannis concessam, ecclesiam quoque S. Salvatoris a capitulo et canonicis Senonensibus, jam dicto fratre nostro Henrico archiepiscopo assensum præbente, vobis cum omnibus pertinentiis commissam,

quos in utraque barones possidebant regione. Theobaldus igitur, cum major natu esset, indignatus quod regnum non habuerit, ad magna negotia quæ in Gallis eum urgebant festinavit, et Northmanniam diu conculari negligenter permisit. Rege vero nihilominus in Anglia occupato, rectore Northmannia caruit, etc., tom. XII, p. 755.

(71) Stephanus natus erat ex Adela, sorore Henrici I Angliæ regis, qui, ut regnum Mathildi filie suæ quondam imperatrici, tunc Andegavensi commisit, et nepotibus ex ea natis aut nascituris assereret, ei procerum et ipsius Stephani fidem sacramentis pridem obligaverat.

et a beatæ memoriæ prædecesore nostro papa Honorio confirmatam concedimus, ratificamus et approbamus auctoritate apostolica, etc.....

Datum anno Domini millesimo centesimo tricesimo sexto.

CCLII.

Ad canonicos ecclesiæ S. Frigidiani Lucensis.

(Circa annum 1136.)

[BALUZ., *Miscell.*, IV, 591.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis S. Frigidiani, salutem et apostolicam benedictionem.

De obitu charissimi filii nostri A. prioris vestri, recolendæ memoriæ, tanto amplius condolemus, quanto in ejus subtractione nobis ac vobis majora consilia et solatia sunt sublata; verumtamen non modicum consolamur, quod et vita ejus coram Deo et hominibus laudabilis exstitit, vosque ipsius sacris disciplinis instructos in persona dilecti filii nostri Jer. unanimiter convenisse, et in pace atque unitate.... *Cætera desunt.*

CCLIII.

Universis clericis et laicis per episcopatum Lucensem consuetudinis Attonem priorem et fratres ecclesiæ S. Frigidiani commendat.

Anno 1133-1137, Jan. 5.

[BALUZ., *ibid.*, p. 589.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis universis clericis ac laicis per Lucanum episcopatum consistentibus, salutem et apostolicam benedictionem.

B. Frigidiani ecclesia pro religione et vitæ ibidem Domino famulantium honestate, tam apud vicinas quam apud nationes externas, maximâ devotione et reverentia honoratur. Per cujus profecto institutionem, quamplures hominum Spiritus sancti gratia illustrati, relictis pompis sæcularibus, se ad omnipotentis Dei servitium transtulerunt, et suæ bonæ conversationis exemplo ad recta opera exercenda informare fidelium populorum animos non desistunt. Æquum est igitur ut sedes apostolica fratres ipsius loci paternis affectionibus diligat, et sui erga eos amoris efficaciam patenter ostendat. Quapropter universitatem vestram exhortamur in Domino, ut dilectum filium vestrum Attonem priorem ac fratres præfata S. Frigidiani Ecclesiæ devotissime honoretis, et tam in hospitalitate quam in aliis eorum opportunitatibus hilari benignitate eis solatia præbeat. Qui autem illis hospitalitatem denegat, se non manere in charitate demonstrat. Vestra igitur interest, dilectissimi in Domino filii, nostris commonitionibus humiliter obedire, quatenus ejusdem B. Frigidiani et aliorum sanctorum intercedentibus meritis, pro eorumdem fratrum susceptione et impensis beneficiis, orationum, quæ in eodem loco Domino exhibentur, participes fieri, et post hujus vitæ cursum æternæ retributionis mercedem a remuneratore omnium bonorum Deo percipere mereamini.

Data Pisis Nonis Januarii.

CCLIV.

Ad Petronillam Fontis Ebraldi abbatissam.

(Anno 1133-1137, Jan. 5.)

[PAVILLON, *Vie de Robert d'Arbrissel*, Pr., p. 628.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ in Christo Petronillæ abbatissæ Fontis Ebraldi, salutem et apostolicam benedictionem.

Significatum est nobis te magnopere requiem querere, et gregis tibi commissi colla velle quiescere; quod profecto tanto gravius ferimus, quanto diebus istis novissimis periculosa tempora instare noscuntur. Attende ad hoc quod apostolorum principi voce Dominica dicitur: *Si diligis me, pasce oves meas*, ex quo nimirum colligitur quia, si is qui dono supernæ gratiæ gregem Dominicam pascendo præest, et hoc ipsum facere renuit, pastorem summum se minime amare demonstrat; sed B. Martinus confessor Domini gloriosus, prælatis Ecclesiæ laudabile relinquens exemplum, semetipsum, si adhuc caset populo necessarius, laborem pro eo subire humiliter paratum esse ostendit. Quapropter dilectionem tuam monemus, et per obedientiam imperamus, ut gregem tibi commissum nulla ratione relinquas, sed potius more solito sorores tuas temporaliter et spiritualiter studeas procurare, quatenus una cum ipsis præsentari Reginæ virginum merearis, immortalitatis stolam a remuneratore omnium bonorum Domino perpetuis laboribus susceptura.

Datum Pisis vi Idus Januarii.

CCLV.

Ad Hugonem archiepiscopum Rothomagensem, in corrigendis vitiis severum, ad mansuetudinem adhortatur, promittit, si abbas S. Wandregisili usque ad proximam Pentecostes solemnitatem obedire ei contempserit, se sententiam quam in illum rationabilem promulgaverit, ratam habiturum. Stolam dono mittit.

(Anno 1133-1137, Jan. 20.)

[*Neustria pia*, p. 174.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HUGONI, Rothomagensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Fervorem tuæ dilectionis ac constantiam fidei, quæ in persona tua hactenus claruerunt, exigente temporis necessitate, tam apud ecclesiasticas quam sæculares personas, ipsis operum fructibus sancta Dei Ecclesia comprobavit. Unde et in specula domus Domini divina providentia constitutus, super commissum gregem, more boni pastoris, diligenter invigilas, et te severum in corrigendis vitiis exhibendo, episcopale officium verbis et exemplis adimplere contendis. Age nunc, charissime, et, juxta Apostoli vocem, *obsecra, increpa, argue* (II Tim. IV), in omnibus tamen charitate et mansuetudine, ac sanctorum canonum forma servata. Nec ullatenus arbitris quod ea, quæ recte a te statuta sunt, in irritum devocare, et quæ plantaveris disperdere aut eradicare velimus, quin potius ea quæ secundum Deum et justitiam feceris, perpetua firmitate volumus observari. Quod si abbas S. Wandregisili, usque ad

proximam Pentecostes solemnitate obodire fraternitati tuæ contempserit, sententiam, quam in ipsum rationabilem promulgabis, apostolica auctoritate, *רצ׳רם* habebimus. Præterea, frater dilectissime, te presentibus litteris duximus commonendum, quatenus personam tuam studeas præparare, ut, cum nuntium nostrum acceperis, B. Petri servitium valeas exercere. Stulam ob insigne dilectionis de collo nostro assumptam, per dilectos filios nostros, R. et G. viros industrios tibi devotos, charitati tuæ transmittimus, ut videlicet ad honorem Dei et B. Petri reverentiam nostrique memoriam, ea assidue perfruaris.

Data Pisis xiii Kalend. Februar

CCLVI-CCLVII.

Privilegium pro monasterio Sancti Petri Mellicensis.

(Anno 1137, Jan. 3.)

[HUEBER, *Austria illustrata*, p. 8.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HERCHINFRIDE abbati monasterii Sancti Petri de Medelik ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Apostolicæ sedis cui, disponente Domino, præsidemus, auctoritate compellimur, ut venerabilia loca, præsertim quæ beati Petri juris existunt, atque per sanctas inibi Domino familiaritates diligamus, et eorum quieti et utilitati salubriter, auxiliante Deo, providere curemus. Hujus itaque rationis intuitu, dilecte in Domino fili Herchinfride abbas, tuis rationabilibus postulationibus annuentes, Beati Petri monasterium, cui divina providentia præsidet, quod utique illustris vir Luipoldus marchio a parentibus suis in Medlick, in parochia Pataviensi constructum, et sub patronatus sui jure possessum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ obtulit, ejus tuitione perpetua conservandum ad instar prædecessorum nostrorum recolendæ memoriæ Paschalis et Calixti Romanorum pontificum, apostolicæ sedis privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones quascunque prædia sive ecclesias cum decimarum oblationibus prædicti principes Luipoldus, et pater ejus Luipoldus, ac ceteri parentes ejus, seu alii fideles de jure proprio eidem cœnobio contulerunt, sive in posterum offerri contigerit, tibi tuisque successoribus presentis scripti pagina roboramus. Obveniat vero te nunc ejus loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, providerint eligendum. Electus autem ad Romanum pontificem veniat consecrandus. Porro circummanentium abbatum sebere iudicium non cogamini, nisi forte illorum qui ad jus et proprietatem sedis apostolicæ pertinentium ecclesiasticæ necessitatis causa exegerit. Christum, oleam sanctum, consecrationes altarium seu basilicaram, ordinationes monachorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Pataviensi accipietis

A episcopo, si quidem gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate aliqua voluerit exhibere; alioquin quem malueritis Catholicum ad eatis antistitem, qui nimirum apostolicæ sedis fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Laicos sane seu clericos sæcularem vitam agentes, absque ullius episcopi vel præpositi contradictione ad conversionem suscipiendi licentiam habeatis. Sepulturam quoque ipsius loci liberam omnino esse decernimus, ut videlicet eorum qui illic sepeliri desideraverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstat. Advocatus autem ejusdem loci Luipoldus marchio maneat, vel ejus hæres, quicumque in posterum marchiam obtinuerit. Verumtamen neque illis, neque alicui prorsus hominum liceat in eodem monasterio vel in bonis ejus quidquam tibi temere vindicare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia quæ in præsentiarum idem cœnobium juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, auxiliante Deo, poterit adipisci, integra et illibata conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem perceptæ Injus a Romana Ecclesia libertatis, nobis nostrisque successoribus aureum unum annis singulis persolvetis. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit; si secundo tertiove commonita, reatum suum congrua satisfactione non emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Pisis per manum Hunnerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi et cancellarii, in Nonas Januarii, indict. xiv, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus domini Innocentii II papæ anno vii.

·CCLVIII.

Agnatem, uxorem quondam Leopoldi marchionis, et filios ejus de Leopoldi morte consolatur. Monachos Mellicenses commendat. Hac addit: «Juxta petitiones vestras charissimum filium imperatorem Lotharium, cum ipsum nos videre contigerit, ut vestrum robis justitiam conservet, libenter et affectuose rogabimus.»

(Anno 1.57, Jan. 8.)

[FISCHER, *Merkw. Schicks. v. Klostersambrurg II*, 152 (SCHRAMM, *Chron. Mellic.*, 71).]

CCLIX.

*Monasterium S. Trinitatis Sacargiense tuendum
incipit ejusque privilegia confirmat.*

(Anno 1137, Jan. 21.)

[*Annal. Camaldul.*, III, 258.]

CCLX.

Privilegium pro ecclesia Bonæ Spei.

(Anno 1137, Jan. 27.)

[*Hugo, Annal. Præmonstr.* I, 301.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Odoni, abbati de Bona Spe, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quamobrem, dilecte in Domino filii Odo abbas venerabilis fratris nostri Milonis Tervanensis episcopi, religiosi siquidem, prudentis atque discreti viri precibus inclinati, tuis justis desideriis clementer annuimus, et ecclesiam de Bona Spe, cui Deo auctore, præesse dignosceris, apostolicæ sedis privilegio, communimus statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis rationabiliter, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata serventur. In quibus hæc propriis visa sunt exprimenda vocabulis: Alodium scilicet, in quo præfata Beata Dei genitricis ecclesia sita est in loco de Vallereilla. Alodium de Ramelgiis; alodium de Gays; tria molendina, duo videlicet juxta abbatiam et tertium in valle de Lestinis. Alodium de Morteri, salvo siquidem censu annuo, quam canonicis S. Yonnis de Valencianis debetis pro ea persolvere, scilicet quinque modios avenæ; duos modios boni frumenti, et dimidium; duos modios siliginis et dimidium; tredecim nummos, et totidem Gallinatos. Pro tota decima tam annonæ, quam pecorum decem modios et tres solidos. Pro decima curiæ juxta abbatiam, sex nummos ecclesiæ Sanctæ Mariæ Cameracensis solvendo. Pro decima de Ramelgiis, annonæ ac pecorum, ecclesiæ Lobienis decem solidos. Pro decima pecorum de Gays, ecclesiæ S. Huberti de Marolis, quinque solidos. Quæ utique supradicta, scriptis seu chirographis eorum, per quos eadem possidetis vobis sunt concessa atque firmata. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam Beatæ Mariæ de Bona Spe temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia ei, cum integritate serventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura, salva nimirum diocæsani episcopi canonica justitia et reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis

A paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit potestatis honorisque sui periculum patiator, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholice Ecclesiæ episcopus

Ego Guillelmus Prænustinus episcopus.

Ego Theodwinus S. Rufinæ episcopus.

Ego Drogo Ostiensis episcopus.

B Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Anselmus presbyter cardinalis titulo S. Laurentii in Licina.

Ego Bezifredus, presbyter cardinalis titulo Vestinæ.

Ego Lucas presbyter cardinalis Sanctorum Joannis et Pauli.

Et Ego Martinus, presbyter cardinalis titulo Sancti Stephani.

Ego Guido indignus sacerdos

Ego GG. presbyter cardinalis titulo S. Priscæ

Ego Bernardus presbyter cardinalis titulo Sancti Chrysogoni.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

C Ego Guido diaconus cardinalis titulo Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Datum Pisis per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, vi Kal. Februarii, indictione xv, Incarnat. Domini anno 1137, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno vii.

CCLXI.

Bulla confirmatrix translationis abbatie a S. Firmino ad Joannem secus Seylam, nec non possessionem ejusdem abbatie.

(Anno 1137, Jan. 30.)

[*Hugo, Annales ord. Præmonstr.*, I, 691.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Fulconi Ambianensi abbati de S. Joanne, ejusque fratribus regulariter substituendis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quamobrem, dilecte in Domino filii Fulco abbas, venerabilis fratris nostri Milonis Tervanensis episcopi, religiosi siquidem, prudentis atque discreti viri, precibus inclinati, tuis justis desideriis clementer annuimus, et ecclesiam de S. Joanne cui Deo auctore præesse dignosceris, apostolicæ sedis privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet,

ut in futurum concessione pontificum, largitione A regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis rationabiliter præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata serventur; in quibus hæc propria visa sunt exprimenda vocabulis: altare videlicet S. Germani, et altare S. Firmini de valle, et altare S. Marcelli, cum tota decima ecclesiæ, ad quod videlicet altare S. Marcelli pertinet, villa quæ dicitur Marlemont, et villula quæ dicitur Bertineuria. Molendinum quoque quod dedit vobis vicedominus de Pincheni (*Pe-pigny*). Decimas etiam animalium et nutrimentorum vestrorum quas utique venerabilium fratrum nostrorum precibus Rainaldi Remensis archiepiscopi et Guarini Ambianensis episcopi, vobis canonici S. Mariæ Ambianensis ecclesiæ concesserunt. Curiam quoque in valle Guidonis sitam cum oratorio et terra quæ pertinent ad ipsam vallem cum decima. Extra vero ubicunque in territorio de Mairiu terram fratres excoluerint. Tertiam partem decimæ casæ ecclesiæ de Waubercurte quam dedit Robertus clericus. Quæ nimirum omnia ad vestram ecclesiam spectare noscuntur. Decernimus ergo ut nulli hominum liceat præfatam ecclesiam B. Joannis Baptistæ temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus visitationibus fatigare, sed omnia ei in integritate serventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura, salva nimirum diocesani episcopi canonica justitia et reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire temere tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiatur, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Guillelmus Prænestinus episcopus.

Ego Theodwinus S. Vulfinæ episcopus.

Ego Drogo Ostiensis episcopus.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Anselmus presbyter cardinalis titulo S. Laurentii in Lucina.

Ego Lettifreus presbyter cardinalis titulo Vestinæ.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli.

Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani.

Ego Guido indignus sacerdos.

Ego GG. presbyter cardin. tit. S. Priscæ.

Ego Bernardus presbyt. card. tit. S. Grisogoni.

Ego Gregorius diacon. card. tit. SS. Sergii et Bacchi.

Ego Guido diacon. card. SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Guido diacon. card. titulo S. Adriani

Data Pisis per manum Alberici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacon. cardinalis et cancellarii, m Kal. Febr., indictione xv, incarnationis Dominicæ anno 1137; pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno vii

CCLXII.

Privilegium pro monasterio S. Petri Selincurtensis.

(Anno 1137, Jan. 30.)

[Hugo, *Annal. ord. Præmonstrat.*, t. II, p. 360.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GALTERO abbati Sancti Petri de Selincuria, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum

D Piæ postulationes voluntatis effectu debemus prosequente complere, ut et devotionis sinceritas indubitanter vires assumat. Quamobrem, illi Galtero abbas Sancti Petri de Selincuria, tuis justis desideriis clementer annuimus, et ecclesiam cui, Deo auctore, præesse dignosceris, apostolicæ sedis privilegio communimus, statuente ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis rationabiliter, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata serventur. In quibus hæc propriis exprimenda sunt vocabulis: terra scilicet quæ est contra ecclesiam, et duæ partes decimæ de Selincuria; tertia pars decimæ de Warsuvio, decimæ etiam omnium animalium et horticulorum ejusdem loci quas concessit dominus Frumoldus prior, et universum capitulum Sancti Martini Ambianensis, et tertia pars decimæ de Tancheremaisnil, etc..... Omnia quæ Guarinus episcopus et Simon archidiaconus prædictæ ecclesiæ concesserunt, etc..... Decernimus ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia cum integritate serventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura, salva nimirum diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire temere tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui piaculum patiatur, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant

Data Pisis per manum Alberici, sanctæ Romanæ

Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, in Kalendas Februarii, indictione xv, Incarnationis Dominiæ anno 1137, pontificatus domni Innocenti II papæ anno vii.

CCLXIII.

Monasterii S. Mariæ de Columba possessiones rogatu Bernardi abbatis Clarevallensis, confirmat

(Anno 1137, Febr. 7.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, II, 215.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, charissimi in Christo filio BERNARDO Clarevallensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituentis in loco qui Columba dicitur, et Carettum antiquitus vocabatur, quique in Placentino episcopatu situs est, in perpetuum.

Pie postulatio voluntatis effectu debet promovere complementum, quatenus devotionis singularitas laudabiliter entescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quamobrem, charissime in domino filii Bernarde abbas, tuis precibus annuentes, monasterium, quod in loco qui Columba dicitur situm est, apostolicæ sedis privilegio communimus, statuente ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem totus inpresentiarum iuste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, fratribus, qui ibidem pro tempore fuerint, firmiter in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hæc specialiter duximus adnotanda: omnes videlicet terras illas, quas illustr. vir Pallavicinus (72) marchio, et nobilis signifer Placentiæ civitatis, sive alii boni viri, eidem loco devotionis intuitu, contulerunt, quas nimirum ejusdem loco fratribus quietas, et liberas jure perpetuo permanere, et ab omni sæculari exactione remotas fore sancimus. Et quoniam communem vitam degentes de aliorum elemosynis et beneficentia debent vivere, constituimus ut de laboribus, quos fratres ipsius monasterii propriis manibus, aut sumptibus excolunt, nullus ab eis decimas exigere nec suscipere audeat. Decernimus etiam ut a villa, quæ Senna dicitur, usque Bundium, seu infra alios terminos, a venerabili fratre nostro Arduino episcopo, nec non a clero, et populo Placentino specialiter designatos, nulla ecclesia quolibet tempore construat, nullaque sæcularis habitatio prorsus fiat. Nulli ergo hominum fas sit idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra

(72) Marchio Pallavicinus, de quo hic tanquam cœnobii singulari benefactore mentio habetur, Obertus fuit, ut in chartulario ejusdem cœnobii: *Confinia, quæ Obertus Pallavicinus marchio una cum uxore, et filiis, et Conradus Cavalcabovem marchionem uxore sua de terris sui juris pro remedio animarum suarum venerabili monasterio S. Mariæ de Columba consilio suorum hominum, et aliorum bonorum virorum concesserunt, et suis propriis manibus*

conserventur usibus fratrum ibidem Domino famulantium profutura. Si qua sane ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ concessionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiat, et a sanctissimo corpore et sanguine Dei, et Domini nostri Jesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Conservantes autem hæc omnipotentis Dei, et B. Petri et Pauli, apostolorum ejus, gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subs.

Ego Albericus Ostiensis episcopus subs.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem subs

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli SS.

Ego Bernardus presb. card. tit. S. Chrysogoni SS.

Ego Ivo diaconus cardin. S. Mariæ in Aquiro SS.

Datum Pisis per manum Americi S. R. E. diacon. card. et cancellarii, vii Id. Febr., ind. xv, Incarn. Dom. ann 1137, pontific. vero D. Innocentii papæ II anno vii.

CCLXIV.

Xenodochii S. Joannis Hierosolymitani protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia auget.

(Anno 1137, Febr. 8.)

Privilèges de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem, p. 85.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio RAYMUNDO magistro xenodochii sanctæ civitatis Hierusalem, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, in perpetuum.

Christianæ fidei religio hoc pie credit et veraciter proficitur, quod Dominus et Salvator noster Jesus Christus, cum omnium dives esset, pro nobis est pauper effectus. Unde etiam ipse suis imitatoribus opportune consolationis præmia reponit, *Beati, inquit, pauperes, quoniam vestrum est regnum cælorum*; idemque pater orphanorum et refugium pauperum ad hospitalitatem ac beneficentiam nos exhortans in Evangelio ait: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*; quique ad comprobendam tantæ humanitatis excellentissimam bonitatem, etiam pro calice aquæ frigidæ se mercedem redditurum asseruit. Et nos igitur quibus ex injuncto

posuerunt, et ponere fecerunt, atque in chartis, quas præfato monasterio fecerunt, subscripti sui munimine roboraverunt an. Incarnationis Domini nostri Jesu Christi 1136. Hic ille Obertus est, cujus familia ab antiquo Longobardorum sæculo, longa serie deducta, ad nostram usque ætatem pervenit. Excessit vero Obertus an. 1147. Nobili marmoreo tumulo sepelitur prope fores Columbani cœnobii absque ulla prorsus inscriptione.

officio imminet his qui longe et his qui prope sunt A paterna sollicitudine providere, devotionem vestram debita benignitate complectimur, et quemadmodum postulastis, hospitalem domum sanctæ civitatis Jerusalem, sub beati Petri tutela suscipimus, et personas sive res ad eam pertinentes apostolicæ sedis privilegio communitimus; statuentes ut quas-cunque possessiones, quæcumque bona idem locus inpræsentiarum justo et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Si quando vero fuerint loca deserta, eidem venerabili domui ab aliquo pia devotione collata, liceat vobis ibidem villas ædificare, ecclesias et cæmeteria ad opus omnium ibi namentium fabricare. Cum autem vobis terræ cultæ vel incultæ justo titulo conferatur, facultatem et licentiam habeatis ibidem oratoria construendi, et cæmeteria faciendi ad opus tantum fratrum qui de vestra fuerint mensa. Decernimus ergo ut receptores vestrarum fraternitatum, sive collectarum, salvo jure dominorum suorum, in beati Petri et nostra protectione consistent et per terras in quibus fuerint, pacem habeant. Simili modo sancimus ut quicumque in vestra fuerit fraternitate receptus, si forte ecclesia ad quam pertinet a divinis officiis erit prohibita, eumque mori contigerit, eidem sepultura ecclesiastica denegetur, nisi nominatim anathematis vinculo fuerit innotatus. Præterea si quis fratrum vestrorum, qui ad recipiendas easdem fraternitates vel collectas, a vobis fuerint missi in quamlibet civitatem, castellum vel vicum advenerint, si forte locus ipse a divinis officiis sit interdictus, pro omnipotentis Dei reverentia, in eorum adventu, semel in anno aperiatur ecclesiæ, et exclusis excommunicatis, divina ibi officia celebrentur. Quia vero, omnia vestra sustentationibus pauperum et peregrinorum debent cedere, ac pro hoc nullatenus ea aliis usibus convenit applicari, constituimus, ut de laboribus quos vestris sumptibus colitis, dare decimas non cogamini.

Nulli ergo hominum fas omnino sit, super hac concessione nostra vos temere perturbare, aut possessiones vestras auferre, vel ablatas retinere, D minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur, vestris et pauperum usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi reatum suum, congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eisdem locis sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi,

quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Sigilli loca scriptum est in orbem :

ADJVA NOS, DEUS, SALUTARIS NOSTER.

Et in medio :

SANCTUS PETRUS, SANCTUS PAULUS, INNOCENTIUS
PAPA SECUNDUS

Signatum :

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis titulo Sanctæ Crucis in Hierusalem.

Ego Anselmus presbyter cardinalis titulo Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Lucas presbyter titulo Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego frater Bernardus presbyter cardinalis titulo Sancti Chrysogoni.

Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Drogo Ostiensis episcopus.

Ego Grisogonus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Portu.

Ego Ubaldus cardinalis S. Mariæ in Via Lata.

Ego Theodeumirus S. Rufinæ episcopus.

Ego Wido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Ego Guido cardinalis Sancti Adriani.

Ego Vassallus diaconus cardinalis Sancti Eustachii.

Data Pisis per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, vii Idus Februarii, indictione xv, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo septimo, pontificatus vero domini Innocentii papæ secundi anno septimo.

CCLXV.

Privilegium pro monasterio Petri Perusini.

(Anno 1137, Febr. 10.)

[COCQUELINES, II, p. 234.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HIERONYMO abbati monasterii Sancti Petri, quod secus Perusinam civitatem situm est, ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectum debet prosequente compleri, quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecte in Domino filii Hieronyme, tuis postulationibus clementer annuimus, atque prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, monasterium beati Petri, cui auctore Deo præsides, apostolicæ sedis privilegio communitimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona idem locus inpræsentiarum justo et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, tibi tuisque successoribus firma et illibata

permaneat, tam in ecclesiis quam in cellis, curtibus, plebibus, monasteriis, fundis atque casalibus: in quibus utique hæc propriis nominibus duximus exprimenda: plebem scilicet Sancti Constantini, Sancti Rufini, Sancti Martini, et Sancti Joannis; plebem Sancti Martyrii, ecclesiam Sancti Benedicti in Angellione cum suis pertinentiis, ecclesiam Sancti Justini cum curte sua, ecclesiam Sancti Andreæ, et Sancti Angeli de Aliano, cum suis pertinentiis, ecclesiam Sanctæ Mariæ in Petiviano, et Sancti Clementis; curtem de Casale, curtem de Petroniano, et hoc, quod vobis pertinet de curte et ecclesia Sancti Donati de Civitella, necnon et terram Ugonis nepotis Bernonis de monte Nigro. Apostolicæ quoque sedis tibi munimine confirmamus ecclesias Sanctorum Apollinaris, Blasii et Montani, cum suis omnibus pertinentiis, salvo annuo censu Farfensis Ecclesiæ. Quin etiam confirmamus massas tres in comitatu Perusino positas, unam quæ vocatur Cusulo, alteram Filontio, et aliam quæ nuncupatur Casalina, cum ecclesiis, vineis, campis, hortis, montibus, cultis et incultis, omnibusque suis pertinentiis: monasterium quoque Sancti Angeli in comitatu Astisinate, in loco qui dicitur Limisano, cum cellis et capellis suis, et cum omnibus sibi pertinentibus, atque monasterium Sancti Salvatoris in Cathale, cum omnibus sibi pertinentibus; et monasterium Sancti Petri in Plojano cum universis suis pertinentiis, ecclesiam Sancti Sylvestri in Murcella, ecclesiam Sancti Donati, et quidquid vestri juris esse dignoscitur in Agelo, ecclesiam Sanctæ Mariæ in Podio cum omnibus pertinentiis, ecclesiam Sancti Pauli in Monticello, atque ecclesiam Sancti Petri de Petroniano, cum curte sua. Sane chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi et clericorum ad idem monasterium pertinentium, a diocesano accipietis episcopo, si quidem Catholicus fuerit, et si ea gratis et sine pravitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis Catholicum, quem malueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere; qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ fultus auctoritate, quæ postulatis indulgeat. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti Regulam, elegerint a Romano pontifice consecrandum. Missas autem publicas in eodem monasterio per episcopum fieri, vel stationes, aut ordinationes aliquas celebrari, præter abbatis ac fratrum voluntatem omnimodo prohibemus, ne in servorum Dei recessibus occasio popularibus præbeatur ulla conventibus. Nec ulli episcopo facultas sit, præter Romani pontificis conniventiam, idem cœnobium, aut ejus cellas, gravare, interdicare, vel excommunicare, seu exactiones novas im-

ponere, nec sæcularium procerum cuiquam liceat, fodrum, vel aliud servitium, ab eodem monasterio aut ejus pertinentiis extorquere, salvo nimirum jure ac dominio sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Decernimus igitur ut nulli omnino hominum liceat eandem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas injuste, usibus suis vindicare, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua ergo in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerario ausu venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reanque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus SS.

Ego Drogo Ostiensis episcopus SS.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus SS.

Ego Berardus presbyter cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem SS.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina SS.

Ego Martinus presbyter cardinalis tituli S. Stephani SS.

Ego Guido indignus sacerdos SS.

Ego Bernardus presbyter cardinalis tituli S. Chrysogoni SS.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi SS.

Ego Vassalus diaconus cardinalis Sancti Eustachii SS.

Datum Pisis per manum Aymerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, iv Idus Februarii, indictione xv, incarnationis Dominicæ anno 1137, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno vii.

CCLXVI.

Bulla pro monasterio Eleemosynensi.

(Anno 1137, Febr. 18.)

[*Gall. Christ.*, VIII, Instrum. 422.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio OLTRICO abbati monasterii de Eleemosyna ejusque successoribus regulariter instituendis in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti atque utilitati salubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cogno-

scitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen sumus assumpti, eas et a pravorum hominum incursibus tueamur, et beati Petri apostolicæ sedis patrocinio confovere curemus. Quamobrem, dilecte in Domino filii Ulrice abbas, tuis postulationibus elementer annimus, et monasterium de Eleemosyna, cui auctore Deo præesse dignosceris, præsentis scripti privilegio communitus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum idem locus juste et legitime possidet, aut in futurum liberalitate principum, concessione pontificum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis largiente Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Et quoniam monachi et alii religiosi viri communi vita viventes, debent aliorum elemosynis ac beneficentio sustentari, simili modo sancimus, ut de laboribus quos propriis sumptibus colitis, seu etiam de nutrimentis vestris, nullus a vobis decimas exigere, nullusque suscipere audeat, at quanto estis ab ecclesiasticarum vel sæcularium personarum infestationibus liberi, et ab eorum actionibus expediti, tanto propensius, divinis famulatus intendatis, et vota vestra juxta monasticæ professionis observantiam omnipotenti Domino humiliter exhibere curetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit vestrum monasterium temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu aliquibus molestationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona scienter contra hanc nostræ concessionis paginam temerario ausu venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem præfato monasterio jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus.

Ego Drogo Ostensis episcopus.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Gregorius diaconus cardinalis tituli Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Crysoyonus diaconus cardinalis Sanctæ Marie in Porticu.

Datum Pisis per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xii Kalend. Martii, indictione xiv, Incarnationis Dominicæ anno 1136, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno viii (75).

CC.LXVII.

Privilegium pro Ecclesia Arausicana.

(Anno 1137, Febr. 25.)

[*Gall. Christ.*, 1, Instrum., 132.

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Guillelmo Araucensi episcopo, ejusque successoribus canonice promoventibus [*f. promoventis*].

In beati Petri cathedra disponente Domino constituti, fratres nostros episcopos debemus diligere, et loca eis commissa apostolicæ sedis munimine confovere. Quamobrem, venerabilis frater Guillelme episcopo, tuis postulationibus impartimur assensum, et ecclesiam Arausicensem, cui Deo auctore præsidet, præsentis scripti pagina communitus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentis anno, juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, operante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam scilicet Sancti Florentii, cum cæmeterio et villa quæ Claustrum nominatur, infra ipsum cæmeterium constituta, cum palude, condamina quam comitissa Araucensis, assensu filii sui Raimbaldi, Beato Florentio contulit, cum decimis et cæteris possessionibus suis; ecclesiam Beati Eutropii, cum decimis totius territorii de Cadarossa, et possessionibus suis; ecclesiam Sancti Petri cum decimis et possessionibus suis; ecclesias de Monte Draconis, de Sagarriis, de Jocondatis, cum decimis et possessionibus suis, de Mornatio, de Serigniano, de Grapontis, de Sancto Juliano, de Derbuicio, de Guarda, de Travailiano, de Camareto, de Vellaiga, de Vaquayrassio, de Albuna, de Durbano, et Balmis, de Albagnano, de Jonqueriis, cum decimis et possessionibus suis et decimis de Sarriano, et de Podio d'Icardo, de Sancto Privato, de Causianis, de Gausianis et de Aselano, et ecclesiam Sancti Genesii, cum appendiciis suis, et cætera omnia quæ venerabilium fratrum nostrorum prædecessorum tuorum episcoporum fraternitas de occupantium manibus eripuit. Ea etiam omnia quæ per vos vel per feudales vestros præfata ecclesia possidere videtur, vobis nihilominus confirmamus; ad exemplum quoque prædecessoris nostri beatæ memoriæ papæ Calixti apostolica auctoritate sancimus, ut in præfata Araucensi ecclesia perpetuis futuris temporibus episcopalis sedes absque Tricastini episcopi, vel cujuslibet alterius contradictione consistat;

(75) Signa chronologica sunt corrupta.

similiter idem locus propriam parochiam episcopalem obtineat, in qua tu, vel successores tui clericos ordinandi, ecclesias et oratoria consecrandi, et alia quæ ad episcopale officium pertinent ministrandi facultatem liberam habeatis. Terminos sane Arausicensis parochiæ, quos ex præcepto ejusdem prædecessoris nostri, in præsentia Attonis quondam Arelatensis archiepiscopi, et suffraganeorum ejus, per assertiones testium et instrumenta chartarum a prædecessore tuo bonæ recordationis Berengario episcopo constat esse probatos, et Romæ assistente Pontio Tricastino episcopo per eundem Romanum pontificem, indagatis utrinque diligenter rationibus, in præsentia episcoporum et cardinalium collaudatis, prædictæ Arausicensi ecclesiæ quiete et sine aliqua infestatione habendos, possidendosque firmamus; videlicet a ponte Abolena, per stratam regalem, quæ vadit inter duos montes usque ad Diganum, et a prædicto ponte sicut ascendit aqua de Lez versus meridiem, et usque ad fines Vasensis episcopatus. Porro debitam portionem decimarum et cunctarum oblationum, quæ pro vivis et pro defunctis, ecclesiis offeruntur, sanctorum canonum instituta distinguantur; ideoque venerabilis frater episcope, quartam partem decimarum ad te pertinentium, tibi ab aliquo usurpari prohibemus. Simili modo statuimus, ne aliquis detensiones ecclesiæ non ad se pertinentes, suis usibus indebite vindicare præsumat.

Nulli ergo hominum fas sit, præfatam Arausicensem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu cuiuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat existere, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco quæ sua sunt servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum suæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Angelus presbyter cardinalis titulo Sancti Laurentii ss.

Ego Litafredus presbyter ss.

Ego Lucas presbyter titulo Sanctorum Joannis et Pauli.

Marton presbyter cardinalis titulo Sancti Stephani.

Ego Guido indignus presbyter.

Ego Gregorius presbyter cardinalis titulo Sanctæ Priscæ.

Ego Bernardus presbyter cardinalis titulo Sancti Chrisologi [f. Chrisogoni].

Ego Theodevitus Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Drogo Ostensis episcopus.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis titulo Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Guiguo diaconus cardinalis S. Adriani.

Ego Ulbordus cardinalis S. M. in Via Lata.

Ego Chryzogonus cardinalis diaconus S. Mariæ in Porticu.

Ego Ivo diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ.

Datum Pisis per manum Aymerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, quinto Kalendas Martii, indictione decima quinta, Incarnat. Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo septimo, pontificatus vero domini Innocentii papæ anno octavo.

CCLXVIII.

Ad Petronillam Fontis Ebraldi abbatissam.

(Anno 1157, Febr. 28.)

[PAVILLON, *Vie de Robert d'Arbrissel*, p. 627.

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ in Christo Petronillæ ejusque sororibus, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Quod rationi convenit et honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilectæ in Christo filix, vestris justis prelationibus clementer annuimus et monasterium B. Mariæ Fontis Ebraldi in quo divinis estis obsequiis mancipatæ, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, sub apostolica sedis protectione susceptum præsentis scripti pagina communimus, statuentes ut quæcunque bona, quascunque possessiones prædictum monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, vel in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium rationabiliter poterit adipisci, tam tibi quam his quæ tibi in eodem regimine regulariter successerint, firma et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus exprimenda subjunximus: videlicet ecclesiam S. Quintini de Fontanis cum omnibus redditibus, possessionibus ac suis pertinentiis; Altam Brueriam cum suis pertinentiis, vineis, atque aliis bonis ab Amolmico comite ecclesiæ vestræ collatis, elemosynam seu donum a Roberto comite vobis concessum, scilicet x marchas argenti vobis singulis annis persolvendas, etc. Ut autem quietius Domino deservire possitis, et frequentationibus hominum ad hoc ipsum devotius efficiendum, vester sacer conventus nullatenus impediatur, præsentis scripto omnimodis prohibemus, ut nullæ prorsus habitationes circa vestrum cœnobium fiant, nullus etiam juxta vos ecclesiam ædificare vel consecrare præsumat, unde quietes et religio vestri cœnobii valeat perturbare, etc. Datum Pisis per manum Aimerici, S. Romanæ Ecclesiæ cardinal. cancellarii, ii Kal. Martii, indict. xv, Incarnat. Domini anno 1157.

CCLXIX.

Ecclesie S. Mariæ Pisanae bona, petente Uberto archiepiscopo, confirmat.

(Anno 1157, Mart. 5.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, III, 388.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri USZATO Pisano archiepiscopo, ejusque successoribus canonicis substituendis in perpetuum.

Pisanorum Ecclesia specialis sanctæ Romanæ Ecclesiæ filia a longis retro temporibus ad serviendum beato Petro et Romanis pontificibus prompta existit et devota. Quod et ipsum in persona nostra manifestis iudiciis comprobavimus, et præ cæteris intercessoribus nostris ingruente necessitate Ecclesiæ devotionem cleri et populi Pisanae civitatis certis rerum sensimus argumentis. Accedit ad hoc tua familiaritas, et dilecte venerabilis frater Uberte archiepiscopo, quem ob specialem prærogativam ad regimen Ecclesiæ Beatæ Mariæ semper virginis, cui Deo auctore præsidet, de gremio sedis apostolicæ, ex magna benignitate concessimus, et propriis tanquam beati Petri manibus archiepiscopalis dignitatis infula decoravimus. Pro quibus omnibus eamdem præfatæ Dei Genitricis domum ampliori gratia, et benevolentia dignam fore censemus, et cum omnibus ad eam pertinentibus præsentis scripti pagina communimus, in primis siquidem statuentes ut decima Pisani episcopatus, quæ sibi competunt secundum sanctorum canonum instituta, honestas quoque personas in episcopali sede ac præfata Dei Genitricis ecclesia, juxta sanctiones canonum, ordinare, et ibidem canonicos constituere, et quæ ibidem fuerint corrigenda canonice corrigere, seu alias plebes, vel capellas suas disponere nihilominus habeas facultatem. Decernimus etiam ut quascunque possessiones, quæcunque bona præfata B. Mariæ ecclesia in præsens juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet castrum de Cucilla, castrum et curte de Locenthana, castrum et curte de Sancta Lucia, castrum et curte de Monte Calvo, tres partes castri et pogii de Ripasticaria, novem partes de quatuordecim partibus castelli, et curtis de Bellora et Boccello, quintam partem castri de Segalare, duas partes castri et curtis de Plumbino, placitum et fodrum de Vada, placitum et fodrum de Zassignans, castrum et curtem de Gari, medietatem castri et curtis de Ceule, medietatem castri et curtis de Lucagnano, placitum et fodrum de Buti, placitum et fodrum de Vico, curtem de Plentina, placitum et fodrum Sancti Joannis de Vena, Sanfain novum et vetus, castrum episcopale de Calche cum curte sua, curte de Papiana cum suis pertinentiis, curtem de Avane cum morlo, et boyario et aliis suis pertinentiis, tumulum ab

A Arnousque ad stagnum a terra filiorum Dodonis, et Castagnolo usque ad mare, et a solatio usque ad mare, tertium in stagno positum, castrum et curte de Livorna, castrum et curte de Uriliano, positum prope Chesinam, medietatem castri et curtis de Callirile, castrum et curte de Riojacco, terram Ubertingam. Præterea plebes præfatæ Dei Genitricis ecclesiæ pertinentes sibi, suisque successoribus nihilominus confirmamus, videlicet plebem de Calcinaria cum capella Sancti Angeli de Travalda, capella de Rupida cum capella de Planthule, et omnibus aliis capellis eidem plebi pertinentibus, plebem de Buti cum capella Sancti Marci de Submonte, cum omnibus aliis suis capellis, plebem de Vico Ausurrisole cum omnibus aliis suis capellis, plebem S. Joannis de Vena cum omnibus suis capellis, plebem de Cassina cum omnibus suis capellis, plebem S. Cassiani cum omnibus suis capellis, plebem S. Juliæ cum omnibus suis capellis, plebem S. Laurentii de curte cum omnibus suis capellis, plebem de Calci cum omnibus suis capellis, plebem de Asciano cum omnibus suis capellis, plebem de Massazuculi cum capella S. Agathæ, et Clatri, capella S. Prosperi de Bozzano, capella de Balzano cum omnibus suis aliis capellis, plebem de Avone cum, etc.; plebem de Pugnano cum capella de Lajano cum, etc.; plebem de Rujano, plebem de Arena, ecclesia S. Nicolai de Patino, plebem de Livorna, plebem de Larzenta cum, etc.; plebem de Limone cum, etc.; plebem S. Laurentii de Patha cum, etc.; plebem S. Angeli cum, etc.; plebem de Pomaria, et Monte vaso, et omnibus capellis suis, plebem de Rosignano cum, etc.; plebem de Vada cum, etc.; plebem de Ripabella cum ecclesia S. Perpetuæ, et territorio ecclesiæ S. Cassiani de Molazzano, et omnibus aliis capellis eidem plebi pertinentibus. Ut autem ad complementum securitatis, seu corroborationis horum omnium nihil vobis desit, cunctaque in territoriis prædictarum plebium, seu etiam infra terminos plebium infra positarum, videlicet plebis de Trajana, plebis de Miliana, plebis de Tripallo, plebis de Gello in Colline, plebis de Bibone, plebis de Pararini jure proprietatis ad præfatam Pisanam Ecclesiam pertinent, apostolica vobis auctoritate firmamus, salvo nimirum jure beati Petri, et sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Nulli igitur omnino hominum fas sit prædictam Pisanam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre. Si qua igitur, etc., cunctis autem, etc. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus SS.

Ego Theodevinus S. Rufinæ episcopus SS.

Ego Gerardus presb. cardinal. tit. S. Crucis in Jerus. SS.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii SS.

Ego Gotifredus presb. card. tit. S. . . SS.

Ego Lucas presb. cardinal. tit. SS. Joannis et Pauli SS.

Ego Ivo diac. card. S. Mariæ in Aquiro SS.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii, et Bacchi SS.

Ego Guido diaconus cardinalis S. Adriani SS.

Ego Ubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata SS. A
Ego Chrysogonus diac. cardin. S. Mariæ in Porticu SS.

Ego Bernardus presb. card. tit. S. Chrysogoni SS.
Datum apud Campilium per manum Anericii S. Romanæ Ecclesiæ diac. card., in Nonas Martii, indict. xv, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero D. Innoc. papæ II anno ix.

CCLXX.

Ad Didacum Compostellanum episcopum.

(Anno 1137, Mart. 10?)

[FLOREZ, *España sagrada*, XX, 584.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri DIDACO Compostellano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Universa Romana curia et Ecclesiæ fideles nostri pro latore præsentium Aria communi filio nostro et clerico sedem apostolicam suppliciter exoraverunt. Nos igitur eorum precibus diligenter annuentes, fraternitati tuæ pro eodem apostolica scripta dirigimus, rogantes mandando, ut eum benigne suscipias, eique pro B. Petri et nostra reverentia ecclesiasticum beneficium cum præbenda in Compostellana Ecclesia in proximo concedas.

Dat. in Bibione Castro vi Idus Ks. Mart. (i. e. post Kal.)

CCLXXI.

Adulberto archiepiscopo Moguntino mandat ut familiam monasterii S. Emmerammi Ratisponensis contra Sigebotum militem tueatur.

(Anno 1137, Mart. 26.)

[PEZ, *Thesaurus Anecd.*, I, III, 136.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri A. Moguntino archiepiscopo, apostolicæ sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Lator præsentium Gerhardus, ad nos veniens, adversus Sigebotum militem questus est quod, cum ipse et consanguinei ejus de familia B. Emmerammi existant, idem Sigebotus in propriam servitutem vindicare conetur. Eapropter fraternitati tuæ rogando mandamus quatenus contra vexationes ejusdem Sigeboti præfatum Gerhardum ejusque consanguineos in sua justitia manuteneas. Et si idem Sigebotus eos contra justitiam gravare præsumpserit, debitam in eum sententiam proferas.

Data Viterbii vii Kal. Aprilis

CCLXXII.

Privilegium pro Ecclesia Londinensi.

(Anno 1137, April. 8.)

[RYMER, *Fœdera, conventiones, litteræ inter reges Angliæ et alios*, I, 1, p. 14.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio NORMANNO, priori ecclesiæ Christi infra muros Londoniensis civitatis sitæ, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Apostolicæ sedis elementæ congruit religiosas personas affectione paterna diligere, et loca eis commissa optatæ defensionis munimine confovere :

proinde, dilecti in Domino filii, vestris petitionibus rationabilibus elementer annuimus, et ecclesiam Christi, in qua divinis estis obsequiis mancipati, apostolicæ sedis patrocinio communitus.

Statuimus enim ut quascunque possessiones, quascunque bona eadem ecclesia in præsentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata consistant : in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda : duas scilicet partes redditus de civitate Exoniæ ; terram de Lectuna, quam Simon de Molins et uxor ejus Adelina eidem loco, divinæ pietatis intuitu, contulit ; terram et B socam de Anglishechnite-Gylde ; ecclesiam de Dix cum redditibus suis ; ecclesiam de Totenham : præterea quascunque ecclesias, seu terras, extra civitatem Lundiniensem, vel infra, a Dei fidelibus vobis rationabiliter collata seu alia quæ in posterum offerri contigerit, vobis et per vos eidem ecclesiæ auctoritate apostolica firmamus

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum diocesanæ episcopi debita reverentia.

C Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat : et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Theodewinus episcopus ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Drogo Ostiensis episcopus ss.

Ego Anselmus presbyt. cardin. ss.

Ego Albertus Albanensis episcopus ss.

Ego Hubaldus diaconus cardinalis S. Mariæ in Via Lata ss.

Ego Chrysogonus diacon. card. tituli S. Mariæ in Porticu ss.

Ego Godefredus presbyt. cardinalis tit. Sanctæ Anastasiæ ss.

Ego Lucas presbyter cardinal. Sanctorum Joannis et Pauli, ss.

Ego Martius presbyter card. tit. S. Stephani ss.

Ego Gregorius presbyt. card. tit. S. Priscæ ss. A storff de vestro collegio sibi expedit habere præpositum. Quamobrem universitati vestræ per apostolica scripta rogando mandamus atque præcipimus quatenus unum de fratribus vestris quem eadem ecclesia ad suum regimen postulaverit ipsius loci fratribus concedatis et eorum bonum propositum nequaquam impediatis.

Datum apud Barum iv Nonas Julii.

CCLXXXIII.

Privilegium pro xenodochio Roncevallensi.

Anno 1137, Maii 6.

[OIBENARTUS, *Notitia utriusque Vasconia, tum Iberia, tum Aquitania*, p. 95.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, fidelibus universalis, ad quos istæ litteræ pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Honor et reverentia, quæ piis locis impenditur, omnipotenti Deo procul dubio exhibetur; eleemosyna siquidem, quæ Dei nostri opus interpretatur, si sollicita consideratione pensatur, non est donum sed mutuum, et quod Christi pauperibus ministratur, in præsentem sæculo auctorem suum adjuvat eique in futuro præmium æternæ retributionis apportat. Nos hoc nimirum intuitu venerabilis frater noster Sanctius episcopus Pampiloniensis in loco qui dicitur Roncevallum ad susceptionem pauperum atque peregrinorum hospitalalem domum et ecclesiam in honorem beatæ Mariæ pro sua devotione construxit. Quam nimirum ab eodem fratre nostro, aliisque devotis viris honeste ditatam, sub beati Petri apostoli et nostra protectione suscepimus, et cum omnibus rebus suis apostolico privilegio communivimus. Quamobrem charitati vestræ rogando mandamus atque in peccatorum remissionem vobis injungimus quatenus a Deo vobis præstitis ad ejusdem loci sustentationem opportuna subsidia tribuatis, hoc scientes quod omnibus benefactoribus ejus totius apostolicæ benedictionis gratiam impertimur, et eos qui tam venerabilem locum infestare præsumperint dignæ animadversionis sententiæ subjugamus.

Datum in territorio Anagninensi secundo Nonas Maii.

CCLXXXIV.

[Per omnia Casinensi Ecclesie adjacentia monasteria litteras mittit ne Ruinaldo, electo abbati Casinensi, vel fratribus obediunt.]

(Anno 1137, Maio.)

[PETRI, *Chronic. mon. Casin.*, l. iv, c. 108 (*Patrologia* t. CLXXXIII).]

CCLXXXV.

Ad monachos Morchbacenses.

(Anno 1137, Jun. 11.)

[HUND, *Metropolis Salisburg.*, III, p. 440.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis præposito et fratribus Ecclesiæ Morchbach, salutem et apostolicam benedictionem.

Juxta apostolicam sententiam non tantum debemus attendere quod nobis est utile, sed quod multis ut salvi fiant atque de nostra abundantia indigentium inopiam supplere debeamus. Cæterum sicut nostris est auribus intimatum ecclesiæ Beati Petri Unden-

Ad Walterum episcopum Augustensem. — Mandat, ut ab inferendis monasterio Burano, utpote regali, molestiis absteat.

(Anno 1137, Jun. 11.)

[PEZ, *Theat. Anecd.*, III, III, 635, ex codice Tegernseusi sæc. XII.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri W. Augustensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Veniens ad nos fidelis noster E. Burensis abbas se a tua fraternitate multa gravamina pertulisse asseruit, tum pro sua dejectione, tum pro sententia anathematis super eum posita. Præterea gloriosus filius noster L. imperator Burensem abbatiam dicit esse regalem, atque id a curia sua esse recognitum, et sententia principum judicatum atque imperiali privilegio confirmatum.

Ideoque fraternitati tuæ mandamus atque præcipimus quatenus per te vel per submissam personam nullam præfato abbati vel ejus fratribus de cætero injuriam vel molestiam inferas, sed potius eos in pace vivere et Deo servire permittas. Quod enim in curia imperiali causa cognita sententia principum judicatum esse cognoscitur, nolumus immutari, sed ratum haberi, de fundo videlicet in quo idem cœnobium situm est.

Data Bari III Id Julii [leg. Junii].

CCLXXXVII.

Ad cœnobitas Benedictoburanos, quibus præcipit, ut Engelschalcho abbati a vinculo excommunicationis absoluto tanquam prælato et magistro suo reverentiam et obedientiam deferant.

(Anno 1137, Jun. 15.)

[PEZ, *ibid.*, p. 631.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Burensis monasterii monachis, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut Scriptura sacra testatur, libat Domino prospera qui ab afflictis pellit adversa, quia ergo filius noster E. abbas vester ad nos veniens, a fratre nostro W. Augustensi episcopo, tum pro sua dejectione, tum pro sententia anathematis posita super eum, multa gravamina se pertulisse asseruit, ejus oppressionibus paterna affectione compassimus. Accedit ad hoc quod gloriosus filius noster Lotharius imperator Burensem abbatiam dicit esse regalem, atque id in sua curia esse recognitum, et sententia principum judicatum, et imperiali privilegio asserit confirmatum.

Ideoque nos, quorum præcipue interest venerabilium locorum quieti attentius providere, fratri nostro

W. Augustensi episcopo mandando præcipimus quatenus præfato abbati vestro in bonis aut etiam in personis nullam de cætero injuriam vel molestiam inferat, sed potius, tam vos quam ipsum in pace vivere et Deo servire permittat. Quod enim in curia imperiali causa cognita sententia principum est rationabiliter judicatum, de fundo videlicet in quo idem monasterium situm est, nolumus immutari, sed ratum haberi.

Nec vos lateat quoniam præfatum abbatem vestrum a vinculo supradictæ excommunicationis absolvimus, et, ut ei tanquam prælato ac magistro obedientiam et reverentiam deferatis, mandando præcipimus.

Datum Bari xvii Kal. Julii.

CCLXXVIII.

Monasterii Salvatoris et S. Bonifacii Fuldensis possessiones et privilegia rogatu Chunradi abbatis confirmat.

(Anno 1137, Jun. 21.)

[DROCKE, *Cod. diplom. Fuld.*, 387.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio CHUNRADO abbati monasterii Salvatoris Domini nostri Jesu Christi et Sancti Bonifa ii, quod situm est juxta ripam Fluminis quod Fulda vocatur, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Cum omnibus Ecclesiis et ecclesiasticis personis debitores ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio ac benevolentia existamus, illis tamen propensiori charitatis studio nos convenit imminere quas de jure ac proprietate apostolicæ sedis speciali prærogativa constat existere. Nec dubium quod si fratrum nostrorum petitionibus clementer annuimus, nostris procul dubio desideriis propitium Dominum reperimus. Quam ob rem, dilecte in Domino fili Chunrade abbas, tuis postulationibus debita benignitate impertimur assensum, et monasterium Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi atque Bonifacii, cui Deo auctore præses, apostolicæ sedis privilegio confirmamus, in primis siquidem statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona idem venerabilis locus hodie juste ac legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Monasterium scilicet Sancti Andreæ apostoli, quod vocatur Exajulum, situm Romæ juxta ecclesiam Sanctæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ, quæ dicitur ad Præsepe, a prædecessore nostro beatæ recordationis papa Leone, intuitu dilectionis prædecessori tuo Heberto religioso abbati collatum, cum omnibus caminatis, mansionibus, cellis vinariis, et coquina, cum vineis, hortis, diversisque pomorum generibus, cum curte, puteo, et introitu per portam majorem a via publica, et generaliter cum omnibus tam intra quam extra urbem juste ac recte ad idem monasterium pertinentibus. Prohibemus etiam omnem cujuslibet Ecclesiæ

sacerdotem in eodem vestro cœnobio sibi ditionem vel auctoritatem aliquam usurpare, excepta duntaxat apostolica nostra sede. Sed neque episcopo in cujus diœcesi idem monasterium situm est, nisi ab abbate ipsius loci fuerit invitatus, missarum solemnia ibidem liceat celebrare. Porro donationes, oblationes decimasque fidelium, absque alicujus personæ contradictione eidem monasterio perpetuo firmas et inconvulsas fore decernimus. Interdicimus insuper ne femina unquam illuc intrare præsumat, nec aliquis ibidem vel in cæteris ejus locis aliquando placitum habeat, nec ad aliquod servitium ipsius loci servos colonosve constringat, nisi is cui abbas ad utilitatem ejusdem venerabilis domus id consenserit faciendum. Obente vero te nunc ipsius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus tibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quæ fratres communi consensu, aut fratrum pars consilii senioris secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Electus autem non nisi a Romano pontifice benedicatur. Constituimus sane ut congruis temporibus ecclesiasticæ nostræ sollicitudini suggeratur, qualiter ordo monasticus inter fratres regimini tuo, dilecte in Domino filii abbas Chunrade, commissos regulari habitu dirigatur, concordiaque conveniunt inter eos ecclesiastico studio conservetur, ne forte (quod absit!) sub obtentu hujus privilegii animus gressusque rectitudinis vestræ a norma justitiæ in aliquo reflectatur. Concedimus tibi præterea, fili charissime; verbum Dei auctoritate nostra apostolica prædicare, et ut tam tu quam successores tui aut alios abbates Galliæ seu Germaniæ primatum obtineatis, in omni loco atque conventu ubi præsentis fueritis. Ad exemplum quoque prædecessorum nostrorum usum dalmaticæ ac sandaliorum in missarum solemnibus ex apostolicæ sedis benignitate tibi concedimus. Et ut tua devotio erga beatum Petrum ac nos ipsos amplius augeatur, ad majoris familiaritatis evidentiam, quæ te sub apostolicæ sedis gremio volumus confovere, tibi tuisque successoribus utendi mitra et annulo tribuimus facultatem. Quod si abbas præfati monasterii aliquo crimine fuerit forte pulsatus, Romanæ tantummodo sedis judicium exsequatur. Illud autem huic nostræ sanctioni generaliter addendum esse prospeximus, ut quidquid auctoritate prædecessorum nostrorum, regum, vel imperatorum, eidem Fuldensi cœnobio constat fuisse concessum, eidem loco perpetuis temporibus præsentis privilegii maneat auctoritate subnixum. Nulli ergo omnino hominum liceat præfatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive personæ, hæc nostra constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satis-

factione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Domini Dei Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Conctis autem eidem cœnobio sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

(S. p.) Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus. (B. V.)

Ego Guido diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Datum Bari per manum Lucæ presbyteri cardinalis, agentis vicem domini Almerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xi Kal. Julii, indictione xv, Incarnationis Dominicæ anno 1137, pontificatus autem domini Innocentii papæ II anno viii.

CCLXXIX.

De reverentia debita canonicis Sancti Sepulcri.

(Anno 1137, Jul. 18.)

[De Rozière, *Cartulaire du Saint-Sépulcre*, p. 5.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus F[ULCHERO], Tyrensi archiepiscopo, JO[ANNI] Acconensi, B[ERNARDO] Sidoniensi, B[ALDUNO] Berithensi [episcopis], Tyrensis Ecclesiæ suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem.

Tunc in Ecclesia Domini juxta illud sacri eloquii est charitas ordinata, cum subjecti prælati obedientiam et reverentiam deferunt, et prælati non ut dominantes in clero, sed potius se mansuetos ac benevolos exhibent. Si enim in rebus sæcularibus suum cuique jus et proprius ordo servandus est, multo magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio. Hujus rei gratia, fraternitatem vestram exhortamur in Domino et apostolica auctoritate mandando præcipimus quatenus venerabili fratri nostro Willelmo, Jerosolymitano patriarchæ, debitam reverentiam exhibeatis, ipsumque, prout tantum virum decet, pariter honorare curetis; qui enim aliis se novit præpositum esse, non indigne ferre debet sibi alium esse prælatum.

Datum in territorio Potentiensi, xv Kalendas Augusti.

CCLXXX.

Ad Petrum abbatem Cluniacensem.

(Anno 1137, Jul. 20.)

[*Biblioth. Cluniac.*, p. 765.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO abbati Cluniacensium, salutem et apostolicam benedictionem.

Super sollicitudine atque diligentia quam erga nos et beati Petri negotia te exhibere cognovimus, omnipotenti Deo et tua devotioni gratias agimus. Benedictus igitur Dominus Deus Israel, qui visitavit et fecit redemptionem plebis suæ. Qui etiam ita nobiscum magnificare dignatus est misericordiam suam,

PATROL. CLXXIX.

ita fecit prosperum iter nostrum, ut ab urbe Roma usque Barrum. vix aliqua civitas castrumve romaniserit quod beato Petro et nobis subjectum et obediens non existat. Qua in re gaudemus divinæ manus antiqua coruscare miracula, dum sancta Ecclesia quanto amplius sub malleo tribulationis tundi conspicitur, tanto altius sublevatur [at. sublimatur], et more aromatum. quo magis verberibus teritur. eo latius odoramenta suavitatis effundit. Et quidem optabile nobis erat si, quemadmodum nobis per litteras indicasti, personæ tuæ possemus habere præsentiam, ut vel sic labores nostri diurni atque nocturni valerent Deo propitio mitigari. Sed quoniam æstivi fervores et aeris intemperies, necnon fragilitas complexionis tuæ id minime patiuntur, charitatem tuam hortamur in Domino quatenus, his omissis, una cum sacro Cluniac. collegio, orationibus consuetis insistas, ut benignitatem quam Conditor noster voluit nobis hactenus exhibere, felici consummatione perficiat: et diutinis laboribus sponsæ tuæ, atque Christiani populi, sub jugo illius tyranni Siculi macerati, vestris et aliorum religiosorum precibus inclinatus, jam nunc optatum finem imponat. Quod profecto, sicut de ipsius pietate confidimus, velociter consummabitur. De cætero præfatum conventum per te in Domino salutantes, nos et fratres nostros tuis, et eorum orationibus commendamus.

Data in territorio Potentiensi xiii Kal. Augusti
CCLXXXI.

Bulla pro Aldone primo abbate Castellionis.

(Anno 1137, Sept. 20.)

[*Gall. Christ.*, IV, Instrum., p. 170.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, dilecto filio ALDONI abbati S. Mariæ de Castellione ejusque successoribus, etc.

Quod per aspirantem gratiam, dilecte in Domino filii Aldo abbas, in B. Dei Genitricis ecclesia constitutus, nobis exstat acceptum, unde etiam charitatem tuam duximus commonendam, ut more boni agricolæ commissam tibi vineam summi patrisfamilias diligenter excolere, eamque pro viribus meliorare contendas: quia vero exhortatione confratrum nostrorum Guilenci quondam Lingonensis episcopi et Bernardi Clarævallensis abbatis est in B. Mariæ ecclesia institutum, ut obeuntibus sæcularibus ejusdem loci canonicis, nonnisi regulares substituantur, id ipsum nihilominus gratum habemus, statuentes ut decedentibus sæcularibus canonicis. qui inpræsentiarum apud vos esse noscuntur, nullus eis nisi regularem vitam professus canonicus subrogetur. Sancimus etiam ut quascunque possessiones idem locus hodie canonice possidet, aut in posterum concessione pontificum, largitione regum et principum poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus permaneant. Nulli ergo, etc.

Ego Innocentius Ecclesiæ Catholicæ episcopus.

Ego Drogo Ostiensis episcopus.

Ego Gerardus cardinalis S. Crucis in Hierusalem. **A**
 Ego Anselinus presbyter cardinalis.
 Ego Lucas presbyter cardinalis.
 Ego Martinus presbyter cardinalis
 Ego Vido diaconus cardinalis.
 Ego Grigonus diaconus cardinalis.
 Ego Yvo diaconus cardinalis.

Datum apud S. Germanum per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii xii Kal. Octob., indictione i, anno 1138, pontificatus Innocentii II octavo.

CCLXXXII.

Ad Guillelmum Montispessulani dominum. — Rogat ut pro Romanæ Ecclesiæ honore et utilitate, tanquam specialis ejus filius, efficaciter laboret, vicem ab eo, cum tempus et res postulaverit, recepturus.

(Anno 1137, Sept. 21.)

[D. BOUQUET, *Recueil*, XV, 393.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio GUILLELMO de Montepessulano, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut mater non potest oblivisci infantem suum, ita etiam [Romanæ pontifex] filium suæ genitricis oblivisci non debet; sed potius, quantum potest et quantum sapit, maternis obsequiis eum debet fovere. **Detus** ergo probata devotione plurimum confidentes, per apostolica scripta rogando mandamus quatenus pro his quæ ad honorem et utilitatem B. Petri apostolorum principis spectare cognoveris, tanquam specialis ejus filius efficaciter elaboras; sciturus quoniam, cum tempus postulaverit aut res, in tuis vel amicorum tuorum causis id ipsum, Deo propitio, faciemus. De cetero, noverit dilectio tua nos per Dei gratiam bene valere atque hoc idem de te expectare.

Datum apud Sanctum Germanum, xi Kalendas Octobris.

CCLXXXIII.

Alberoni archiepiscopo Trevirensi ejusque successoribus primatum Galliæ Belgicæ asserit.

(Anno 1137, Oct. 1.)

[GUNTHER, *Cod. diplom. Rheno-Mosell.*, I, 226.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALBERONI Trevirensium archiepiscopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Singularum Ecclesiarum decus et gloria ad laudem et exaltationem sanctæ Romanæ Ecclesiæ atque cujusque ecclesiasticæ prerogativa personæ, ad apostolicæ majestatis refunditur dignitatem, Trevirensis siquidem Ecclesia, a longis retro temporibus Deo gratias inter cæteras provincias regni Theotonici gloriose refulsit et in maxima nobilitate præclaruit. Persona vero tua, frater in Christo charissime, Albero archiepiscopo, a primævo juventutis flore ita noneste vixit et in exhibendis obsequiis sedi apostolicæ viriliter militavit, et post adeptum Trevirensis Ecclesiæ regimen quanto potentius, quanto sublimius ostendisti, tanto robustior murus

A pro domo Domini exististi. Proinde tam tua quam etiam Ecclesiæ tibi commissæ charitate succensî, prædecessorum nostrorum Joannis tertii decimi, Benedicti VII, Leonis etiam noni, Victoris II, sanctæ memoriæ Romanorum pontificum, vestigiis inhærentes dignitates, ab eis Ecclesiæ Trevirensi concessas et præceptis imperialibus roboratas, auctoritate apostolica communimus, et primatum Galliæ Belgicæ hoc modo vobis scripti præsentis pagina confirmamus; statuimus enim ut quandocumque a nostra principali atque apostolica sede presbyter el diaconus, vel subdiaconus, seu quilibet ordinarius legatus pro ecclesiasticæ utilitatis causa sive peragenda synodo in Galliam, Belgicam Germaniamve fuerit destinatus, tam tu quam successores tui, post eundem apostolicum legatum primatum inter alios obtineatis antistes; si vero legatus Ecclesiæ Romanæ defuerit, nihilominus post imperatorem aut regem sedendi, et sententiam edicendi ac synodale judicium promulgandi facultatem atque licentiam habeatis. Sancimus etiam ut juxta quod in sacro Chalcedonensi concilio statutum est et a nobis in generalibus conciliis innovatum, nullo regi vel imperatori, seu advocato, nulli ecclesiasticæ sæcularive personæ liceat decedentium archiepiscoporum seu presbyterorum vel reliquorum clericorum Trevirensis Ecclesiæ bona pervadere vel diripere, sed potius hæc ipsa ad opus successoris sui juxta dispositionem æconomi et clericorum libere conserventur. **C** Ob reverentiam vero Trevirensis ecclesiæ et familiaritatem personæ tuæ, tam de equitando cum hæc per stationes quam etiam de cruce ante te ubiubi deferenda, quod a prædecessoribus nostris apostolicæ memoriæ viris Trevirensibus archiepiscopis est concessum, nos quoque tibi apostolica auctoritate concedimus. Inter hæc etiam omnia quæ ad prædictam Trevirensis Ecclesiam, tam intra civitatem quam extra, pertinere videntur, id est ecclesias cum universis rebus sibi attinentibus, sive canonicorum regularium, sive monachorum aut virginum quæ ex scriptis vel præceptis regum seu imperatorum sive fundatorum eorumdem locorum institutione ad eam pertinent et pertinere debent, et quidquid omnino quoquo modo ubiubi eadem venerabilis Ecclesia possidet et possidere debet, **D** tam generaliter quam specialiter, tibi tuisque successoribus concedimus et auctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergo omnino hominum las sit personam tuam seu successorum tuorum vel Trevirensis ecclesiam super hac nostra concessione temere perturbare, aut bona vestra auferre, minuire aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur vestris et pauperum usibus futura. Si qua igitur in futurum ecclesiasticæ sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire attentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini

Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Conservantibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Drogo Ostiensis episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis titulo Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Lucas presbyter cardinalis titulo Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Grisogonus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu.

Data in territorio Romano per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii Kal. Octobris, indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno 1137, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno octavo.

CCLXXXIV

Adalberonem archiepiscopum Trevirensis constituit S. sedis legatum per archidioceses Trevirensis, Moguntinam, Coloniensem, Salisburgensem, Bremensem et Magdeburgensem.

(Anno 1137, Oct. 2.)

[*НОНТРЕМ, Hist. Trevir. diplom., I, 536.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis universis, abbatibus, clero, principibus et populo per Trevirensis, Moguntinam, Coloniensem, Salisburgensem, Bremensem et Magdeburgensem provincias constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Juxta sententiam doctoris gentium beati Pauli apostoli, non tantum sapientibus, sed etiam insipientibus, nec tantum vicinis, verum etiam longe positis, ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio, existimus debitores, utpote quibus beati Petri vincula commissa, et omnium ecclesiarum, quæ per mundi elimata sitæ sunt, sollicitudo incumbit; quatenus ea, quæ per locorum distantiam, vel causarum multipliciter, per nostram præsentiam terminare non possumus, hæc eadem per apostolicæ sedis vicarios, auctore Domino, exsequamur. Cujus rei gratia venerabilem fratrem nostrum Adalberonem, Trevirensis archiepiscopum, virum utique sapientem, discretum, et in ecclesiasticis necessitatibus ab ineunte ætate probatum in partem sollicitudinis nostræ assumpsimus, eumque in partibus vestris legatum sedis apostolicæ constituimus. Mandamus itaque vobis, et præsentium auctoritate præcipimus ut eidem fratri nostro obedientiam et reverentiam deferre, et pro celebrandis conventibus synodalibus ad

A ejus convocationem convenire non gravemini, quo vestro nimirum fretus consilio et auxilio, corrigenda corrigere, et quæ recta sunt, adjuvante Domino, valeat stabilire.

Datum in territorio Romano sexto Nonas Octobris (74).

CCLXXXV.

Privilegium pro monasterio S. Mariæ Salisburgensi.
(Anno 1137, Oct. 2.)

[*SCHATEN, Annales Paderborn. I, p. 747.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis monachis monasterii Sualenbergensis, tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.

Sacrosancta Romana Ecclesia, quæ per beatum Petrum apostolorum principem Ecclesiarum omnium obtinuit primatum, omnibus ejus suffragio indigentibus subvenire misericorditer consuevit. Dignum est enim ut qui ad animarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum nequitia tueamur, et beati Petri patrocinio uniamus. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris desideriis impertimur assensum, et Sualenburgense monasterium a nobili viro Widekindo in honore beatæ Dei Genitricis fundatum, atque consilio et assensu gloriosi filii nostri Lotharii Romanorum imperatoris Augusti, necnon bonæ memoriæ fratris nostri Adalberti Moguntini archiepiscopi regimini Paderborniensi Ecclesiæ ab eo pro sua devotione oblatum, præsentis scripti pagina communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona ex dono fratris nostri Bernardi Paderbornensis episcopi, vel ejusdem Widekindi, idem locus in præsentiarum canonice possidet, quæcunque etiam concessione pontificum, largitione imperatorum vel principum, seu quorumlibet fidelium eidem venerabili loco rationabiliter offerri contigerit, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Obeunte vero te ejusdem loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres ipsius monasterii communi assensu, seu fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendum; advocatumque nisi per electionem atque providentiam abbatis et fratrum ibidem constitui omnino prohibemus. Decernimus ergo ut nulli omnino liceat vestrum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur vestris usibus profutura. Si vero, quod absit! advocatus, qui in vestro monasterio pro tempore fuerit, inutilis apparuerit, liceat vobis loco ejus alium idoneum substituere ad honorem et utilitatem loci

(74) Occasionem concessæ Alberoni hujus prærogativæ sic exponit Baldericus in Vita Alber.: *Albero in expeditionem Italicam cum rege Lothario profectus est cum centum militibus secundum æstimationem, sed secundum veritatem cum sexaginta septem; pulsoque Rogerio rege Sicelio de finibus Apuliæ, quam occupaverat, dataque ea Remaldo duci, et recuperatis B.*

Petri regalibus, cum imperator reverteretur, in valle Tridentina communi mortalium sorte in fata lapsus est. Ipse autem D. archiepiscopus a domino papa Innocentio legationis officio decoratus. Hæc omnia ad annum 1137 referenda esse apparet ex tempore obitus Lotharii, qui hoc anno, die 4 Decembris, vive desit.

vestri. Quod si episcopus in cuius diocesi vestrum monasterium situm est, temere vos in aliquo gravare voluerit, facultatem liberam habeatis ad auxilium matris vestræ Ecclesiæ Romanæ confugere, utpote qui sub ejus speciali protectione consistitis. Si quis igitur in posterum, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Conservantes autem eidem loco quæ sua sunt, omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Drogo Ostiensis episcopus.

Ego Guido diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Ego Anselmus presbyter cardinalis.

Ego Gerhardus presbyter cardinalis Sanctæ Crucis in Hierusalem.

Ego Grysgonus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu.

Ego Lucas presbyter cardinalis Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Martinus presbyter cardinalis Sancti Stephani.

Datum in territorio Romano per manum Innocentii sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, sexto Nonas Octobris, Incarnationis Dominicæ anno 1137, indictione 1, pontificatus vero domni Innocentii papæ secundi anno octavo.

CCLXXXVI.

Archiepiscopus Magdeburgensis et episcopus Misenensis confirmum, petente Conrado archiepiscopo, confirmat.

(Anno 1137, Oct. 2.)

[DREYHAUPT, *Pagus Neletici*, I, 30.]

CCLXXXVII.

Parthenonis S. Joannis Gerbstadensis protectionem suscipit privilegiaque confirmat, petente Chunrado marchione.

(Anno 1137, Oct. 3.)

[KREYZIG, *Beitrag* II, 349.]

CCLXXXVIII.

Ecclesiæ S. Frigidiani Lucensis ecclesiam S. Pantaleonis committit, decimasque de fundo Loveti in comitatu Ferrariensi asserit.

(Anno 1137, Nov. 1.)

[Bullar. Lateran., 17.]

CCLXXXIX.

A. archipresbytero et fratribus ecclesiæ S. Martini Lucensis nuntiat se fratribus ecclesiæ S. Frigidiani ecclesiam S. Pantaleonis commississ.

(Anno 1137, Nov. 1.)

[BALUZ., *Miscell.*, IV, 589.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis A. archidiacono. A. archipresbytero,

A cæteris canonicis Lucanæ Ecclesiæ B. Martini, salutem et apostolicam benedictionem.

Diutina desititioni Ecclesiæ S. Pantaleonis paternis affectibus condolentes, eidem duximus succurrendum et salubriter providendum. Communicato itaque fratrum nostrorum consilio, locum ipsum dilectis filiis nostris. I. [Hieronymo] priori, et fratribus ecclesiæ S. Frigidiani ad reformationem religionis et meliorationes loci ex apostolica dispensatione commisimus, quandiu scilicet apud eosdem fratres religio et canonicus ordo vigerit, ita tamen ut ordinationes clericorum, seu alia ecclesiastica sacramenta ab episcopo vestro suscipiant, si Catholicus fuerit, et gratiam apostolicæ sedis habuerit, easque sine pravitare et exactione eis voluerit exhibere. Mandamus itaque vobis atque præcipimus quatenus jam dicto priori et fratribus ejus nullam super hoc per vos vel submissam personam molestiam inferatis. Sed potius eosdem ibidem Deo servire quiete atque pacifice permittatis.

Data Romæ Kal. Novemb.

CCXC.

Ad B. capellanum ecclesiæ S. Juliani.

(Anno 1131, Nov. 1.)

[BALUZ., *ibid.*, p. 590.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, B. capellano Ecclesiæ S. Juliani, salutem et apostolicam benedictionem

Per præsentia tibi scripta mandamus quatenus dilecto filio nostro. J. priori et fratribus ecclesiæ S. Frigidiani obedias, utpote quibus a nobis Sancti Pantaleonis Ecclesia est commissa. Quod si eis obedire contempseris, noveris eidem a nobis licentiam datam esse te exinde amovendi, et locum ipsum ad honorem Dei et salutem Ecclesiæ ordinandi.

Data Romæ Kalend. Novembris.

CCXCI.

Monasterio S. Blasii in Nigra Silva cellam Wislikon asserit

(Anno 1137, Nov. 28.)

[HERCOTT, *Genealog. Hasbury.*, II, p. 157.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BERTHOLD abbati monasterii S. Blasii quod est in Nigra Silva, ejusque successoribus et fratribus regulariter promovendis in perpetuum.

D Justis et rationabilibus desideriis consentire congruit officio, et divinæ constat placitum voluntati. Propterea enim Catholicæ nos Deus præfecit Ecclesiæ, ut omnes generaliter fideles, sed præcipue sanctæ religionis domesticos, doctrina, exemplo, simul et auctoritate, provehere studeamus. Notum sit igitur omnibus, tam præsentibus... qualiter quidam nobiles viri, Algerus scilicet, et Adalbero, cellam in prædio suo, quod vulgariter Wyslikon dicitur, et est in pago Thuragensi, construxerunt, Deoque et S. Blasio in perpetuam hereditatem, religionis intuitu tradiderunt, cum omnibus attinentiis suis, id est domibus, agris, pratis, viis, aquis, aquarum decursibus, exitibus et redditibus, silvis, pascuis

et compascuis, cultis et incultis, acquisitis et acquirendis, omnique jure, quod dici vel nominari... omnique utilitate, quæ provenire vel excogitari possunt, plenariaque concivilitate, in pascuis et compascuis circumpositorum vinculorum, id est Bebikon, Lenginanch, Shnesanch, Melendorf, Siglistorf, Rumiken, Meliken. Actum legitime in cœnobio S. Blasii, præsentate Rusteino ejusdem loci venerabili abbate, multisque nobilibus, quorum ista sunt nomina: Reinhardus, et frater ejus Waltherus de Gosenstein, Thedericus de Roetelein, Diethelmus de Eun, Bernhardus filius, Bil. de Misacho, Bern de Altwise, Volkerus de Legnach, Hiltiboldus de Turchin, Diethelmus de Helwile.

Anno Incarnationis Domini 1114, vi Kal. Januarii, feria sexta.

Vestris igitur, dilecti in Domino filii, desideris, necnon Uldarici episcopi Constantiensis, et Conrad ducis, advocati videlicet monasterii S. Blasii, precibus clementer annuentes, maximè pro bono fortunæ, pacis et concordiæ, eandem cellam vobis, cum omni prænominato jure, auctoritate sedis apostolicæ confirmamus, hoc commomentes, quos jam dictæ cellæ habitatores memoratorum vicorum hominibus solummodo in frugibus et in feno non sint onerosi; alias vero omnimodam eis et plenariam auctoritate apostolica recognoscimus concivilitatem. Concambulum quoque pro detentione decimarum, quæ de eodem loco Ecclesiæ Suesanch fuerant persolvendæ, perpetua subnixum esse volumus firmitate. Ipsi quoque cellæ liberum in nomine Domini baptismum tradimus et sepulturam. Priorem autem eidem loco non alium præesse statuimus, nisi quem abbas utilem judicaverit et idoneum; de advocato nihilominus idipsum statuentes, majoraque negotia, scilicet de beneficiis perpetuis concedendis, prædiis transferendis, et similia, abbatis arbitrio reservantur. Sub omni constitutionis tenore alias etiam cellas vestras, id est Ochsenhusen, Berowa, Witnowa, Burglour, volumus esse comprehensas, tamque eas, quam ecclesias, per quas monachi vestri divina populo celebrant, a lege diocæsana omnique exactione liberas esse volumus et immunes. Recognoscimus quoque decretum Honorii bonæ memoriæ papæ II, quod scilicet nulli episcoporum apostolicæ sedis legatorum, loca vestra, vel monachos, sine speciali summi pontificis legitimo sub interdico ponere liceat, vel excommunicare. Si quis igitur huic nostræ auctoritatis privilegio verbo vel facto contrarius extiterit, nisi digne emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a corpore et sanguine Domini participatione et fidelium communione alienus existat, atque apostolorum Petri et Pauli auctoritate æternæ damnationi subiaceat cum Juda in Domini nostri Jesu Christi traditione. Cunctis autem

(75) In Traditionibus San Gallensibus chart. 89 legitur Lantbertum et Huitonem mancipia sua, quæ in pago Ramockewi habebant, monasterio S. Galli obtulisse. (Act. in villa, quæ dicitur Louphain)

A ista pie servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, salus æterna, et requies animarum. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gregorius card. SS. Sergii et Bacchi.

Ego Wido diaconus card. S. Adriani.

Ego Grisogonus diacon. card. S. Præxedis.

Ego Ivo diacon. card. Sanctæ Mariæ in Aquino.

Data Romæ per manum Lucæ presbyteri cardinalis agentis vicem domini Aymerici S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, iv Kal. Decembris, indictione 1, Incarnationis Dominicæ 1138, pontificatus domni Innocentii II papæ anno viii.

CCXCII.

Privilegium pro monasterio S. Blasii.

(Anno 1137, Nov. 29.)

[GERBERT, *Historia Nigræ Silvæ*, III, 70.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BERTHOLDO abbati monasterii S. Blasii de Silva Nigra, ejusque successoribus tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo sine aliqua est dilatione complendum. Quamobrem, dilecti in Domino filii, vestris desideris annuentes monasterium ædificatum a fratribus vestri cœnobii in prædio, quod nobiles viri Hawinus, Adhelbertus atque Chunradus assensu illustris quondam ducis Welfonis in loco, qui vulgo Ochsenhusen dicitur, monasterio S. Blasii in Nigra Silva devotionis intuitu tradiderunt, qui utique in pago Ramechgowe (75) in comitatu Bozze, apostolicæ sedis privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona tam in mancipiis utriusque sexus, arvis, ædificiis, exitibus et redditibus, agris, acquisitis ac acquirendis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, silvis et aliis utilitatibus suis, quæ in præsentiarum canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, imperatorum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, idem locus poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Ita tamen ut idem monasterium cœnobio S. Blasii omnitempore sit subjectum, et juxta ejus normam sive ordinem divinum ibi officium celebretur, quemadmodum ab ipsa sua fundatione noscitur institutum. Decernimus etiam ut nulli abbatum, sive potentum, nulli omnino hominum liceat bona prædictæ Ecclesiæ de Ochsenhusen pertinentia temere perturbare, auferre, vel ablata retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Priorem autem eidem loco non alium præesse san-

(ad dextram Rothami fluvii qui infra Ehingen in Danubium præcipitatur). Cæterum qui hic comitatus Bozze dicitur, in charta Herrgotti t. I, p. 58, comitatus Arnulphi appellatur.

cinus, nisi quem abbas S. Blasii providerit statuendum. De advocato quoque idipsum nihilominus constituimus, qui si forte inutilis apparuerit, alius sibi idoneus ad ejusdem abbatis arbitrium subrogetur, nullusque ibi alius de his, qui minores advocati dicuntur, alio tempore habeatur. Si qui vero illuc ad conversionem venire voluerint, non licebit priori vel fratribus absque licentia abbatis S. Blasii eos suscipere in suo consortio. Majora sane negotia utputa de ædificiis transmutandis, vel beneficiis canonicis concedendis, et his similia supradicti abbatis dispositioni et arbitrio reserventur. Si quis autem huic nostræ dispositioni contradictor extiterit, nisi reatum suum congrue correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi alienus fiat. Conservantes autem, intervenientibus beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis, a remuneratore omnium honorum Domino æternæ vitæ præmia consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Guido diacon. cardinalis S. Adriani.

Ego Gryzogonus diacon. card. S. Mariæ in Porticu.

Ego Ivo diaconus cardinalis S. Mariæ in Aquira.

Data Romæ per manum Lucæ presbyteri cardin., agentis vicem domni Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diac. card. et cancellarii, in Kalend. Decembris, indict. (76) Incarnat. Domin. anno 1137, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno VIII.

CCXCIII.

Fundationem canonice Claustroneoburgensis, factam a S. Leopoldo, Austriæ marchione confirmat, ipsamque canoniam in tutelam sedis apostolicæ suscipit, etc.

(Anno 1137, Nov. 30.)

[PEZ, *Thesaur. Anecd.*, VI, 1, 322.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis HARTMANNO præposito et fratribus in cella S. Mariæ Niuvenburgensis, quæ in Pataviensi episcopatu sita est, canonicam vitam professis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Cum omnibus Ecclesiis et ecclesiasticis personis debitores ex injuncto nobis officio existamus, illis tamen præpensiore cura nos convenit imminere, quos ad omnipotentis Dei servitium, et observationem regularis ordinis amplius anhelare cognoscimus. Ideoque, dilecti in Domino filii, vestris justis postulacionibus clementer annuimus, et ecclesiæ Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, beato apostolo Petro oblatam, in qua divino vacatis officio, sub ejusdem apostolorum principis tutelam protectionemque suscipimus, et apostolicæ sedis privilegio communimus.

(76) Constat hinc indictionem ab Innocentio subinde etiam jam ante Nativitatem vel novum annum fuisse inchoatam.

In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum beati Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, ibidem futuris temporibus perpetuo conservetur. Bona quoque et possessiones, quas in præsentiarum eadem ecclesia rationabiliter possidet, vel in futurum concessione pontificum, largitione imperatorum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, auxiliante Domino, poterit adipisci et nominatim decimas adjacentis parochiæ Nuiwenburch, a fratre nostro Reiniaro, Pataviensi episcopo, canonicè transmutatas, præsentis scripti pagina roboramus. Obeunte vero te ejusdem loci præposito vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Augustini regulam præviderit eligendum, salva nimirum diocæsani episcopi canonica justitia et reverentia.

Porro sacramenta ecclesiastica a diocæsano suscipiatis episcopo, si quidem Catholicæ sedis habuerit, atque communionem apostolicæ sedis habuerit, eaque vobis gratis et sine pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin Catholicum, quemcumque malueritis, adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat.

Devote quoque petitioni vestræ congregationis annuentes, præsentis decreto sancimus ut nullus præfatæ ecclesiæ advocatus, nisi de domo et progenie dilecti filii nostri marchionis Liupaldi, vestro tamen electus arbitrio, constituatur, dum tamen nullum gravamen vel exactio eidem loco pro ejus patrocinio inferatur. Quod si ipse inutilis præfatæ ecclesiæ apparuerit, et secundo tertiove commonitus non emendaverit, liceat vobis ac vestris, eum a procuracione hujusmodi remove, eique alium idoneum substituere.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prædictam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare. Sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernacione et sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad iudicium autem perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis, unum byzantium nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis.

Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini

nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Anselmus pbr. card. ss.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Conradus Sabinus episcopus ss.

CCXCIV.

Ad Alberonem ep. Leodiensem. — Significat se promissæ Arnulphum in abbatem Gemblacensem, et ei munus benedictionis impendisse, etc.

(Anno 1137, Dec. 18.)

[*Gall. Christ.*, III, instrum. 127.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALBERONI episcopo, et capitulo Leodiensi, necnon universis monachis et populo Gemblacensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, tam longinquis quam etiam prope positis paterna sollicitudine providere: ideoque venientem ad nos dilectum filium nostrum Arnulphum electum Gemblacensis cœnobii debita benignitate suscepimus, atque juxta petitionem vestram, ipsum propriis tanquam beati Petri manibus in abbatem promovimus, et salva Leodiensis ecclesiæ debita reverentia, illi benedictionis gratiam impendimus. Eundem itaque cum nostrarum litterarum prosecutione, et gratia sedis apostolicæ ad vos remittentes reverenter suscipiatis, et in sede præfati cœnobii honorifice collocetis. Et quoniam, dilecte frater Alberone episcope, pro reformanda inibi religione, tuo annuente studio, prædictus filius noster Arnulphus in eodem loco abbas est constitutus. expedit ut ad recuperandas possessiones et bona Gemblacensis cœnobii, quæ ab ejusdem loci abbatibus absque communi assensu ipsius capituli venditione seu qualibet alienatione distracta sunt, eidem consilium et auxilium præbeas, atque ut ipsi restituantur efficias: domos etiam sæculares in atrio ejusdem cœnobii, atque sub dormitorio fratrum imper constructas, quæ religioni valde sunt perniciose, funditus destrui præcipimus. Quod si earum fundatores contemptores exstiterint, eos canonica censura coercere non differas. Præterea dilectioni tuæ mandamus quatenus comitem, Namurcensem Godefridum et Henricum filium ejus et Ebal dum Florinensem eorum adjuutores, qui tempore pacis in sexta feria burgum Gemblacensem cum ecclesia S. Salvatoris combusserunt, villas quoque et curias ipsius cœnobii deprædati sunt et destruxerunt, studiose commoneas ut abbati et fratribus prædicti loci alata restituant et de injuriis satisfaciant: quod si infra 40 dies, postquam hæc scripta susceperis, hoc adimpletum non fuerit, absque dilatione debitam de eis justitiam facias. Ad hæc, frater episcope, tibi mandamus ne præfatum abbatem a concubina quondam Balduini clerici super ecclesia S. Salvatoris vexari permittas, sed potius redditus a tempore

A mortis ejusdem inde perceptos atque futuri temporis eidem abbati integre reddi facias.

Datum Romæ xv Kal. Jan.

CCXCV.

Ad archiepiscopos Remensem, Senonensem et Turonensem, quos monet ut mites sint, et liberum injuste oppressis relinquunt ad sedem apostolicam appellare.

(Anno 1130-1138.)

[*Pez, Thesaur. Anecd.*, VI, 1, 308.]

INNOCENTIUS papa secundus, R. [REINALDO] Remensi, II. Senouensi, H. [HUGONI] Turonensi, archiepiscopis, et eorum suffraganeis episcopi.

Tunc pax et charitas vice mutua se complectuntur, et manet indissolubilis in alterna dilectione sinceritas, si juxta divinæ dispensationis ordinem et Ecclesiæ gradus distinctos minores majores reverentiam exhibeant, et inferioribus diligentiam potiores impendant. Verum ecclesiasticus ordo confunditur, si minores illicita sua temeritate præsumant, vel præidentes non concessa sub remissione impunitatis attentant. Compago namque humani corporis, et divini collegii conservatur incolumis, si pastores super gregem invigilent, et magis appetant pascere quam dominari in clero, et subditi potius humiliter obedire quam a subjectione procaciter resilire. Nigritur pars alterutra cœlestis dispensationis ordinationem pervertat, Petrus, apostolorum princeps, est in capite Ecclesiæ a Domino constitutus, ut per se et per successores suos fratres confirmet, errata corrigat, et jura sua unicuique tribuat. Inde est etiam generali lege Ecclesiæ promulgatum ut majores causæ ad examinationem sedis apostolicæ devolvantur, et ut oppressiones intrepide ad eam appellent, privilegium sibi in hoc appellandi sancta Romana reservavit Ecclesia. Quam sit namque necessarius appellandi usus, nemo est qui nesciat. quippe cum judicantium iniquitatem et imperitiam corrigat. Appellatione autem interposita, omnia in statu suo permaneant, et tandiu nihil erit innovandum, quandiu de appellatione ab eo ad quem provocatum est fuerit pronuntiatum. Cæterum quod in laicis est culpabile, videtur in clericis criminisum. At vero, juxta imperiales sanctiones, si judices ordinarii provocationes æstimaverint respuendas, triginta pondo auri multantur, et assessores et officiales eorum totidem, nisi publice restiterint, et aptis [f. actis] evidenter contradixerint. Quanta igitur animadversione sit plectendus iudex ecclesiasticus, qui doctrinam matris suæ, sanctæ Romanæ Ecclesiæ, abjicit, et privilegium beati Petri infringere nititur, parem se faciens Jesu Christo et supra apostolorum sedem ascendens, vigor justitiæ, in promptu habens ulcisci omnem inobedientiam, non ignorat. Exhortamur itaque fraternitatem vestram in Domino, quemadmodum dignitatem vestram desideratis illibatam a sede apostolica custodiri, ita erga subditos mites sitis, et prærogativam audentiæ in nullo imminuere aut infringere de cætero attentetis. Alioquin de tanti excessus impunitate nos judicabimur apud

Dominum negligentes, tepidi, sive rei. Ex officio A
siquidem apostolatus injuncta nobis est a Deo ne-
cessitas, ut majoribus honorifice providentes minora
salubriter sine læsione curemus.

Ego Guido diac. card. S. Adriani SS.

Ego Drogo Ostiensis eps. SS.

Ego Bazifredus pbr. card. tit. Vestinæ SS.

Ego Lucas pbr. card. tit. SS. Joannis et Pauli SS.

Ego Martinus pbr. card. tit. S. Stephani in Cælio
Monte SS.

Ego Crysogonus diac. card. S. Mariæ in Porticu
SS.

Datum Romæ per manum Lucæ pbr. cardinalis,
agentis vicem domini Aimerici sanctæ Romanæ
Ecclesiæ diac. cardinalis et cancellarii, ii Kal. De-
cembris, indict. i, incarnationis Dominicæ anno B
1137, pontificatus vero domini Innocentii PP. II
anno viii.

CCXCVI.

Privilegium pro monasterio Portensi, ordinis Cisterciensis. — Ne in districtu monasterii venationes a quoquam fiant.

(Anno 1138, Jan. 13.)

[Cocquelines, II, 253.]

INNOCENTIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, dilecto filio ADELBERTO Portensi abbati ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter entescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Proinde, dilecte in Domino filii Adelberte abbas, tuis rationabilibus postulationibus gratum præbemus assensum, et ut in Portensi cœnobio cui auctore Domino præesse dignosceris, monasticus Ordo, qui secundum B. Benedicti regulam, et normam Cisterciensium fratrum, inibi noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur, præsentî scripto sancimus. Confirmamus et concambium a venerabili fratre nostro Udone, Nuenburgensi episcopo, tecum et cum fratribus tuis rationabiliter factum, videlicet Portensem locum cum omnibus suis appendiciis pro Smolensi loco, in quo prius eratis Domino servientes, ab eodem episcopo concambii titulo vobis collatum, ita tamen, ut idem Smolensis locus cum suis omnibus appendiciis jurisdictioni et usui cedat præfati episcopi. Statuimus insuper ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et rationabiliter possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata consistent. Ut autem quietius omnipotenti Deo servire possitis, præsentî scripto duximus inhibendum, ut nullus clericus, nullus laicus infra terminos vestros venationibus audeat vacare, aut nugis consimilibus operam dare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum

liceat prænominatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra serventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura, salva nimirum diœcesani episcopi debita reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Petrus cardinalis presbyter tit. Sanctæ Susannæ SS.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Gerardus presbyter card. tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Guido diaconus cardinalis S. Mariæ in Porticu

Data Romæ per manum Aymerici S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, Idibus Januar., Incarnat. Dominicæ anno 1137, pontificatus domini Innocentii papæ II anno vii.

CCXCVII.

Ad A. archidiaconum et A. presbyterum Ecclesiæ Lucensis.

(Anno 1138, Jan. 23.)

[Baluz., Miscell., IV, 590.]

INNOCENTIUS SERVUS SERVORUM DEI, dilectis filiis A. archidiacono et A. archipresbytero Lucanæ Ecclesiæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Non dubium vobis est quod sollicitudo omnium Ecclesiarum, et præcipue quæ B. Petri juris existunt, ad Romanum pontificem peculiari quadam prærogativa pertineat. Miramur autem quod, sicut accepimus, Manfredus et Albericus presbyteri, nec non Lambertus, Capellus, canonici vestræ Ecclesiæ, institutioni quam de Ecclesia S. Pantaleonis, salva B. Martini justitia fecimus, improbe adversantur; et quoniam ipsi nostra patientia abutuntur, et conantur contra stimulum calcitrare, mandamus vobis atque præcipimus quatenus districte eosdem canonicos moneatis ab hujusmodi vexatione desistere, et dilectis filiis nostris J. priori et fratribus S. Fridiani, quibus Ecclesiam ipsam commisimus; per se vel per submissam personam nullam præsumant molestiam irrogare. Quod si infra quindecim dies postquam scripta præsentia susceperitis, præ-

fati canonici vestris monitis non paruerint, extunc eos a suis officiis suspendimus, eandemque sententiam vobis firmiter observandam injungimus.

Data Romæ x Kal. Februarii.

CCXCVIII.

Ad eosdem.

(Anno 1138, Jan. 25.)

[BALUZ., *ibid.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis A. archidiacono et A. archipresbytero Lucanæ Ecclesiæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut testatur canonica auctoritas, sedes apostolica fas habet de omni Ecclesia judicandi, et prout ipsa decreverit disponendi. Ideoque dilectioni vestræ præcipiendo mandamus ut occasione juramentorum illorum quæ potius in perniciem quam salutem Ecclesiæ S. Pantaleonis facta esse dicuntur, dilectis filiis nostris, J. priori et canonicis S. Fridiani nullam inferri injuriam vel molestiam patiamini. Quod si ipsi qui eadem juramenta tam illicite quam incaute fecerunt, in sua obstinatione perdurare voluerint, dissimulare non poterimus quin de ejus penam justitiam faciamus.

Data Romæ x Kal. Februarii.

CCXCIX.

Jeronymo priori et fratribus ecclesiæ S. Frigidiani Lucensis de superioribus duobus epistolis significat.

(Anno 1138, Jan. 23.)

[BALUZ., *ibid.*, p. 591.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, Jer. priori et fratribus Ecclesiæ S. Frigidiani, salutem et apostolicam benedictionem.

Super vexatione quam pro Ecclesia S. Pantaleonis a quibuslibet vestris æmulis sustinetis valde gravamur. Unde etiam archidiacono et archipresbytero Lucano mandavimus, ut nisi presbyter Manfredus cum reliquis qui vobis exinde adversantur, infra quindecim dies post scripta nostra suscepta, ab hujusmodi impugnatione cessaverint, et tunc, quousque satisfecerint, a suis officiis suspendantur. De his etiam qui illa illicita et incauta juramenta fecerunt, nisi resipuerint, auctore Domino, plenam justitiam faciemus. De cætero nos et fratres nostros vestris orationibus attentius commendamus.

Data Romæ x Kalend. Februarii.

CCC.

Ad quosdam presbyteros et canonicos ecclesiæ S. Martini Lucensis.

(Anno 1138, Jan.)

[BALUZ., *ubi supra*, p. 590.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, MANFREDO et ALBERICO presbyteris, nec non LAMBERTO, CAPELLO, HENRICO canonicis Ecclesiæ S. Martini, salutem et apostolicam benedictionem.

Perlatum est ad aures nostras quod institutioni, quam de S. Pantaleonis Ecclesia fecimus committendo eam S. Frigidiani canonicis, contraitis. Quocirca vobis apostolica auctoritate mandamus atque

præcipimus, quatenus jam dictos fratres super eadem causa nullatenus infestetis, sed potius quod a nobis exinde statutum est irrefragabiliter observetis, alioquin tanquam in contemptores decretorum sedis apostolicæ in vos noveritis vindicandum.

CCCI.

Canonici Cheminonenses institutum Cisterciensium amplectuntur.

(Anno 1138, Febr. 17.)

Gall. Christ., X, Instrum. 1127.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio STEPHANO abbati monasterii de Tribus-Fontibus, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

B Laudes et gratias omnipotenti Deo referimus, quod nomen et vitam fratrum Clarævallensium per diversas partes mundi, ita celebrem, ita fecit spectabilem esse, ut eorum laudabili . . . ipsi quoque viri religiosi religiosiores fieri appetant; et juxta illud Psalmistæ, *de virtute in virtutem* ire contendant. Placēt igitur nobis et hoc ipsum auctoritate apostolica confirmamus, quod canonici Cheminonenses semetipsos et locum suum monasterio de Tribus-Fontibus, contulerunt; et sub vestra cura atque magisterio de cætero vivere decreverunt, et quoniam Deus utpote incommutabilis et æternæ mutabilia corda non approbat, atque apud ipsum non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, simili modo sancimus, ut jam dictis canonicis præsentibus vel futuris, nullatenus liceat quocunque tempore

C se a vestra subjectione subtrahere, seu quâlibet occasione contra vos calcaneum elevare, sed potius idem locus cum appendiciis suis et personæ ibidem pro tempore Domino servientes, subjectæ et obediētes vobis existant, quemadmodum abbatix quæ secundum regulam Cisterciensium instituta sunt suo capiti obsequuntur. Salvo nimirum censu XII nummorum Catalaunensium singulis annis nobis nostrisque successoribus persolvendorum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat vos vel successores vestros super hac nostra confirmatione temere perturbare, aut aliquam vobis exinde contrarietatem inferre. Si quis autem ausu temerario contra hanc præsentem constitutionem venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, excommunicationi subiaceat. Conservantes vero omnipotentis Dei ac beatorum apostolorum Petri et Pauli gratiam consequantur, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, etc.

Data Romæ per manum HaimERICI sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, XII Kalendas Martii, indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno 1140, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno nono.

CCCH.

De obedientia quæ debetur patriarchæ Jerosolymitano.

(Anno 1138, Mart. 6.)

[KOZIÈRE, *Cartul. du Saint-Sépulcre*, p. 5.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus F[ULCHERO], Tyrensi archiepiscopo, R[AIMUNDO] Tortose, G[ERARDO] Tripolitano, H.... Gibelentino, B[ALDUINO] Barulino, B[ERNARDO] Sidoniensi et JOANNI Acconensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Nolumus vos ignorare, fratres, quoniam, si quis Domino placere præoptat in terris, oportet eum apostolicis humiliter obedire mandatis; profecto enim indignus est sacerdotio, quisquis beati Petri aut ejus successoribus nititur contraire præceptis; quicumque vero præceptiones sive institutiones Romanæ Ecclesiæ, quæ prima est et mater omnium, contemnere seu evacuare contendit, aditum cælorum sibi post exitum claudit, et dum vivit in terra, vilescit; ex ubertate namque apostolicæ disciplinæ singulis Ecclesiis et sua confertur dignitas et conservatur auctoritas. Per apostolica igitur scripta vobis præcipiendo mandamus quatenus fratri nostro W[illelmo], Jerosolymitano patriarchæ, tanquam primati et patriarchæ vestro, debitam subjectionem et obedientiam, omni contradictione seposita, deferatis. Idipsum quoque a prædecessore nostro bonæ memoriæ, papa Honorio, G[illelmo], Tyrensi archiepiscopo, [præ]decessori tuo, venerabilis frater F[ulchere] archiepiscopo, et subjectione et obediencia est imperatum. Quod si contemptores existiteritis, rancoricam de vobis justitiam faciemus.

Datum Romæ ii Nonas Martii.

CCCHII.

Ad Joannem S. Georgii abbatem. — De reformatione parthenonis S. Gangolfi.

(Anno 1158, Mart. 12.)

[NEUGART, *Cod. diplom. Alem.*, II, 70, ex archivo San-Georgiano.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio JOANNI abbati S. Georgii, salutem et apostolicam benedictionem.

Quia, fili, prout scimus et accepimus, felicitis memoriæ antecessor noster Honorius pro reformanda religione Ecclesiæ S. Gangolfi de Ordehdal (77) adeo fuit intentus et sollicitus, ut eandem ejusdem Ecclesiæ religionem, quæ diu collapsa fuit, pro instantia atque rogatu comitis Petri (78), ejusdem Ecclesiæ

A advocati, itemque uxoris suæ Ithæ, et Reginaldi unici ipsorum, ad observantiam Regulæ S. Benedicti omnimodis reformare studeret. Idcirco nunc etiam nostræ auctoritatis studium et benevolentiam in hoc habere nihilominus debet. Notum ergo sit omnibus, tam futuris quam præsentibus, quod in hoc facto ejus omnino vestigia sectando auctoritatem ipsius omnino approbamus, tenemus et confirmamus. Et ille nunc etiam, quæ præcepit, præcipimus, quæ decrevit decernimus, et per omnia omnino deinceps rata esse statuimus. Hanc vero Ecclesiæ illius reformationem hoc modo et ordine scimus accepisse effectum et consummationem, episcopo videlicet Metensi Stephano, ejusque populo et clero in hac pie consentiente, consiliumque et auxilium insuper impendente, atque pro quiete ejusdem Ecclesiæ, ab ipsa quoque ipsius abbatissæ consecratione sese omnino avertente, et præfato quoque Petro ab electione ejusdem abbatissæ et ab ejus investitura, sibi jure hæreditario permissa, penitus assistente, eamque Deo et Beato Georgio libere per omnia tradente, et voluntati vel arbitrio abbatis S. Georgii perpetuo deinceps permittente. Non latet etiam quod venerabilis Hatticha (79), tunc monasterii illius abbatissa, constanter in his perficiendis dextram dedit, et assensum pietatis et humilitatis devotissime, grantanterque et sponte obtulit, et ita nunc quasi per eam Ecclesia illa tanquam pro lege accepit, ut si quæ forte posthac inordinate et erecta cervice, more scilicet sæcularium monasteriorum, per obedientiam illam transire noluerit, res scilicet vel prædia monasterii incaute exponendo, per prædictum abbatem sine spe recuperationis pro libitu suo deponatur, et altera in locum ejus, per eum assumpta, dignè recipiatur. Quod ergo, ut diximus, tunc per antecessorem nostrum factum atque statutum esse novimus, hoc nunc divina et apostolica, nostraque auctoritate perpetuo tenendum et firmiter observandum mandamus, mandando præcipimus, et nunc tibi tuisque successoribus per præsentia scripta Ecclesiæ illius monarchiam et animarum curam specialiter committimus. Et ne quis huic commisso contraire, vel aliquo modo contrarius præsumat existere, sub termino divinæ et apostolicæ excommunicationis non solum interdiciamus, sed et si quis in hoc prævaricator inventus fuerit, divinæ et apostolicæ excommunicationi subijcimus.

Datum Romæ iv Idus Martii.

(77) Al. *Crouchtal* vel *Kraufthal* in finibus Alsatie inferioris diocesis. Argent. Latine, *Claustriacum*, parthenon initio sæculi XII memoriæ S. Marci dicatus a fundatore Folmaro juniore, comite Metensi, atque curæ fratri sui Theoceri, abbatis S. Georgii in Silva Nigra, submissus (Meurissius *Hist. des évêques de Metz*, I, III, p. 590), quem Julius III PP. ann. 1550 collegio Sapientiæ Aldeibergensi una cum monasterio Lixheimensi univit sub Friderico electore palatino. Ruinæ veteris ecclesiæ abbatialis adhuc patent in vicu Kraufthal, ducis Bipontini possessione.

(78) Petrus de Luzelburg in Alsatia inferiore filius fuit Friderici com. de Montione, atque Agnetis Sabaudicæ: Theodorici com. Montisbeligardi ex fratre nepos. Vid. *Notitia de fundatione parthenonis S. Joannis in Alsatia* a. 1127 in *Gall. Christ.* t. V, Instrum. p. 479; Schorpflin. *Alsac. diplom.* t. I, p. 204; Granddier, *Histoire d'Alsace*, diocesis justificatives, tit. 608.

(79) Post Hatticham ann. 1187 præfuit Agnes, ann. 1487 Gertrudis de Utzenheim, ann. 1546 Margaretha Bartold de Kiuspach. Ex schedis D. Granddier, auctoris Historiæ Eccles. Argent.

CCCIV,

Privilegium pro monasterio S. Martini Laudunensis.
Anno 1138, Mart. 21.)

[LE PAIGE, *Biblioth. Præm.*, p. 450.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Gualtero abbati et canonicis Ecclesiæ S. Martini quæ in Laudunensi suburbio sita est, eorumque successoribus ibidem divîno famulatu mancipatis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura a provisoro omnium honorum, Deo nobis commissa est, ut religiosas diligamus personas et beneplacenter Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi a radice charitatis procedens ab ipso religionis fonte fuerit emanatus. Hoc nimirum intuitu, dilecte in Domino fili Gualtero abbas, tuis justis postulationibus clementem impertimur assensum, et ecclesiam Beati Martini cui, Deo auctore, præesse dignosceris, sub beati Petri tutela et apostolicæ sedis protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina communitimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: vineas videlicet, quas in Tirinlaco, in Jovia, in monte Antelli, in Ursello, in Cripis, in monte Lauduno ipsa ecclesia possidet. Allodia quoque, terras, casulas quas in Avains, in Versiniaco, in Bruris, in Makigni, in Pomereto, in Morolgis, in Vele, in Salmunco, in villa Mariæ, in Vorgia habet. Culturam quoque Monstratam ex dono Gotfridi, consentiente charissimo filio nostro illustris memoriæ Ludovico rege Francorum, eidem ecclesiæ concessam, et culturam de Sormunt; furnum de Moncel, et de Verciniaco, molendinum quod dicitur Croslet, apud Chivi sedem molendini, apud Paranni aliam sedem molendini. Præterea allodia de Diona, de Couerci, de Taran, de Remicurve, de Floricurve, de Pusello de Biauvoir; dimidietatem molendinorum de Anisiaco, quemadmodum sunt vobis a venerabili fratre nostro Bartholomæo Laudunensi episcopo confirmata. Statuimus etiam ne post hæc aliquis vestrum vel successorum vestrorum formam et modum Regulæ et prærogativam religionis quæ hodie in Præmonstrata ecclesia observatur, aliqua temeritate intringere aut immutare præsumat, sed unusquisque, implorato divîno auxilio, ut ordo vester de bono in melius provehatur, diligentius elaboret. [Fratrum autem qui stabilitatem et obedientiam eodem loco promiserunt, nullus recedere et recedentem, nisi cum commendatitiis litteris, nullus audeat retinere, adjicientes ut terra quæ est præ foribus ecclesiæ vestræ usque ad ecclesiam S. Stephani propter fratrum quietem sicut hæc-

A nus in perpetuum ab omni habitatore sit vacua, Censemus etiam ut nulli hominum liceat fratres, qui de eadem Ecclesia exierint de locis suis expellere, nec alicui fugitivos vestros recipere, sed nostra auctoritate eosdem fugitivos vobis excommunicare concedimus. Ut autem tam in prælatis quam in subditis vestri ordinis integritas inviolabiliter observetur, decernimus ut si quis abbatum qui de vestra ecclesia exierint, ab ordine et consuetudine Laudunensis monasterii deviaverit, abbas prædicti monasterii super correctione sua eum bis tertiove commoneat. Quod si incorrigibilis apparuerit, diocesanus episcopus sub præsentia et testificatione abbatum Sancti Martini, sine omni dilatione ordinis sui transgressorem deponet. Deposito autem episcopus ad ecclesiam B. Martini remittet, et alium idoneum canonica fratrum electione e vestigio subrogabit. Sepulturam quoque, ejusdem loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se inibi sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi excommunicati fuerint, nullus obsistat, salvo jure parochialium sacerdotum. Nulli ergo hominum fas sit præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuerè, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reanque se divîno iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura observantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii. xii Kalend. Aprilis, indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno 1137, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno nono.

CCCV.

Ad Hugonem Præmonstratensem abbatem.

(Anno 1138, Mart. 21.)

[LE PAIGE, *Bibliotheca Præm.*, p. 421.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Hugoni Præmonstratæ Ecclesiæ, et aliis ejusdem professionis abbatibus et religiosis viris, salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum ea quæ semel a Deo dicata sunt, ad usus sæculares redire non possunt, ita qui se Deo in locis vestris servire voverunt, atque se ipsos professionis vinculo se astrinxerunt, ad alia loca sine licentia prælati sui transire non possunt. Nulli

ergo episcopo, abbati vel priori liceat professos A vestros canonicos sive conversos, absque libera licentia praelati sui suscipere. Et idipsum auctoritate apostolica prohibemus, ne quis attentet professionis vestræ aliquos vobis invitis ausu temerario retinere. Præterea vobis potestatem attribuimus fugitivos vestros usque dum redeantes satisfaciant, excommunicationis sententia innodare.

Datum Laterani XII Kalendas Aprilis.

CCCVI.

Ecclesiæ S. Mariani Eugubinae canonicorum possessiones confirmat.

(Anno 1138, Mart. 23.)

[UGBELLI, *Italia sacra*, I, 636.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis BENEDICTO præposito, ejusque fratribus B in ecclesia cathedralis sedis B. Mariani Eugubinae civitatis famulantibus, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectû debet prosequente compleri, ut et fidelis devotio laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, postulationibus vestris clementer impertimur assensum, et ecclesiam B. Mariani, in qua divinis estis obsequiis mancipati, apostolici privilegii pagina communimus, statuente ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, plebem videlicet S. Joannis de Civitate, plebem S. Mariæ Serrata, plebem de Lisciano, plebem S. Mariæ de Gadiano, cum plebe S. Donati et S. Viriani, plebem S. Gervasii, curtem de Lavarî, cum aliis omnibus ecclesiis, ac bonis prædictæ ecclesiæ pertinentibus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam B. Mariani Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet fatigationibus molestare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione sunt concessa, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur, etc. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinen. episcopus propria manu corroboravi.

Ego Petrus card. presb. S. Susannæ.

Ego Bernardus presb. card. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Anseimus presb. card. S. Laurentii in Lucina.

Ego Martinus presb. card. S. Stephani.

Ego Oddo diac. card. S. Georgii.

Ego Guido diac. card. SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Guido diac. card. S. Adriani.

Ego Boetius diac. card. SS. Viti et Modesti

Ego Ivo diac. card. S. Mariæ in Aquiro.

Ego G. G. card. S. Angeli.

Ego Gerardus diac. card. S. Mariæ in Domnica.

Datum Laterani per manus Aimerici S. R. E. cardinalis cancellarii, x Kal. Aprilis, indict. 1, incarnation. Dominicæ an. 1137, pontificatus vero D. Innocentii papæ II an. ix

CCCVII.

Privilegium de ecclesiis episcopo Parisiensi subiectis, etc.

(Anno 1138, Mart. 26.)

[*Gall. Christ.*, VII, Instrum. 57.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri STEPHANO episcopo Parisiensi, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Quanto nobilis et gloriosa Parisiensis Ecclesia pro sede regis Francorum existit famosior, et in amore et reverentia B. P. et S. R. Ecclesiæ, venerabilis frater Stephane episcopo, manifestis argumentis exstas devotior, tanto propensius in his quæ ad utriusque decus et emolumentum spectare noscuntur, optata suffragia impertimur. Ideoque, charissime frater Stephane, rationabilibus postulationibus tuis præbentes assensum, quæcunque Parisiensis Ecclesia in præsentiarum juste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, vel aliis justis titulis, Deo propitio, poterit adipisci, tibi tuisque successoribus, et per vos Parisiensi Ecclesiæ apostolici muniminis privilegio communimus. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet S. Marcelli, ecclesiam S. Clodoaldi, cum villa et omnibus appendiciis suis, ecclesiam S. Germani Antissiodorensis, ecclesiam S. Eligii, ecclesiam quoque de Campellis, cum præbendis et tribus parochiis, id est de S. Mederico, de Capella, et de terris eidem ecclesiæ pertinentibus, salvo nimirum censu duorum solidorum monetæ illius terræ, videlicet quæ in partibus illis appenditur, Senonensi Ecclesiæ annualiter persolvendo; quæ videlicet supradictæ ecclesiæ ad jus et proprietatem Parisiensis episcopi spectare noscuntur. Jis etiam episcopale in subscriptis abbatibus, et earum D parochiis, seu parochianis omnibus, videlicet in abbacia Latiniacensi, in abbacia Fossatensi, in abbacia Sancti Maglorii, in abbacia Sancti Victoris, in abbacia vallis Sanctæ Mariæ, in abbacia de Sarneya, in abbacia sanctimonialium, scilicet de Monte Martyrum, et de Kala; in ecclesia insuper Argenteoli. Præterea pactum et conventionem inter te et charissimum filium nostrum Ludovicum regem Francorum illustri memoris factam de loco in suburbio Parisiensi sito, qui Campellus nominatur, tibi nihilominus confirmamus, ita videlicet quod tertia pars totius redditus fossati illius terræ, sive in censu, sive in emptionibus, quæstibus, aut aliis quibuscunque modis aliquid inde processerit, tibi et successoribus tuis absque diminutione aliqua

persolvatur; quæ vero reliquæ partes regali fisco reddantur. Cumque vero fuerit præpositus regis super hoc fidelitatem tibi tuisque successoribus faciat, et tuus regi et hæredibus suis, et unus absque altero nihil de terra illa suscipiat vel disponat. Statuimus etiam ut si aliquis Ecclesiæ Parisiensis canonicus ad episcopatus fuerit honorem promotus, ipsius præbenda ad Parisiensem Ecclesiam libere revertatur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, te vel successores tuos, super hac nostra confirmatione temere perturbare, vel possessiones Ecclesiæ Parisiensis auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet molestiis fatigare. Si qua vero in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi præsumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco et ecclesiæ sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Innocentius, etc.

Datum Laterani, per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, vii Kalend. Apr., indict. i, Incarn. Dom. anno 1137, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno viii.

CCCVIII.

Privilegium abbatiæ Albæ-Ripæ.

(Anno 1138, Mart. 27.)

[*Gall. Christ.*, IV, Instrum. 169.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo in Christo filio RAINBALDO abbati monasterii Albæ-Ripæ, suisque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

In apostolicæ sedis specula disponente Domino constituti, tanto amplius religiosas personas paterna debemus pietate diligere ac fovere, quanto magis eorum orationibus ad exsequendum injunctum nobis apostolatus officium opportunis solatiis adjuvari, et in futuro æternæ benedictionis participes fore confidimus. Proinde, dilecte in Domino fili Rainbalde abbas, exorati a charissimo filio nostro Bernardo Clarævallis abbate, de cujus religione atque prudentia innumera commoda sanctæ Ecclesiæ a Domino provenerunt. . . . desiderii clementer annuimus, et monasterium Albæ Ripæ cui Deo auctore præsidet, præsentis scripti pagina communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, obla-

tionem fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc nominatim duximus exprimenda: videlicet quæcunque a bonæ memoriæ Wilenco Lingonensi episcopo per manum supradicti abbatis Clarævall. ad opus monasterii Albæ-Ripæ in locis inferius adnotatis, devotionis intuitu sunt collata. Scilicet in Solongereth, campo Alerii, Ambrariis, Aula, Arcufracto, Rachese, Quince, Morethangiis, Crille. Quod profecto donum non solum de his quæ in proprietate ac dominio suo præfatus episcopus inibi possidebat factum esse cognoscitur, sed et quidquid ex his quæ alii ab eo de eisdem terris feudi nomine ve-

quocunque modo tenebant juste possetis acquirere. Præterea nihilominus confirmamus quæ idem episcopus exceptis supradictis locis in omnibus aliis terris suis circumjacentibus vobis contulit, id est omnia necessaria libere et gratis ad usus vestros et domorum vestrarum atque animalium tam in herbis quam in aquis, silvis, glandibus et in quibuslibet rebus vel potu, melle, venatione et cæteris iis similibus a vobis vel universis vestris sive mercenariis capiendis vel inveniendis. Simile quoque donum a nobili viro Rainaldo de Grance vobis factum, simili sanctione firmamus. Adjicientes donationem, quam egregius vir Ebalus comes de Sauz et Rainaldus de Grance vobis fecisse noscuntur de iis quæ infra supradictos terminos possidebant. Et extra eadem loca si qua de proprietate et dominio eorum sunt vestris vel vestrorum hominum seu et animalium usibus necessaria, firma vobis et inviolata serventur. Nulli ergo omnino hominum liceat prædictum monasterium super hac nostra constitutione temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur vestris usibus omnimodis profutura; si quis autem huic nostræ constitutioni sciens contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non præsumptionem suam congrue emendaverit, excommunicationi subjaceat. Conservantes vero hæc, omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Data Laterani per manum Aimerici S. Rom. Eccl. diaconi card. et cancell., vi Kal. Apr., indict. 1, Incarnat. Dominicæ 1138, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno ix.

CCCIX.

Ad universos fideles in regno Constantinopolitano degentes.

(Anno 1138, Mart. 28.)

[Eug. de ROZIERES, *Cartul. du Saint-Sépulcre*, p. 86.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, universis Dei fidelibus Latinis, qui sunt in exercitu regis Constantinopolitani vel in terra sua habitant, salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum particeps mercedis existit qui bonorum operum se adiutorem præbet, ita qui nefario operi præstat auxilium a culpa liber esse non potest; agentes enim et consentientes par poena complectitur. Pro deliberatione Orientalis Ecclesiæ et expiando Dei sanctuario Catholici et Deum timentes viri tam de ultramontanis partibus quam de Italia plurimum laborasse noscuntur, et diversis periculis maris et terræ seipsos opposuisse. Quod tandem, divina cooperante gratia, non sine multa humani sanguinis effusione ab infidelium servitute et dominatione liberata est et in Christianorum potestate redacta. Nunc autem, sicut accepimus, rex Constantinopolitanus, qui se ab unitate Ecclesiæ dividit et beato Petro, cælorum clavigero, qui princeps est apostolorum et Ecclesiæ post Christum caput et fundamentum, inobediens est, Antiochiam cæterasque proximas civitates nititur occupare et suæ dominationi subjicere. Quia igitur nostrum est cunctos fideles ad sinum matris suæ Ecclesiæ recolligere et ab illicitis prohibere, universitatem vestram rogamus, monemus atque præcipimus, et in peccatorum remissionem injungimus quatenus, si præfatus rex jam dictam Antiochiam vel alia loca, quæ fideles Christiani possident, occupare vel impugnare præsumperit, vos ab ipsius societate et servitio omnimodis subtrahatis, nec in tam præsumptuosa invasione opem ei et consilium præbeatis; alioquin damnationis suæ vos noveritis esse participes.

Data Laterani, v Kalendas Aprilis.

CCCX.

Sedem episcopalem Ecclesiæ Roscellanæ Grossetum transfert.

(Anno 1138, April. 9.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, X, 238.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ven. fratri ROLLANDO Grossetano episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in P. R. M.

Sacrosancta Romana Ecclesia caput et magistra omnium Ecclesiarum est ab ipso Salvatore nostro Jesu Christo divinitus constituta; quæ profecto, sicut speciali privilegio cœlitus sibi collato potestatem habet novos episcopatus, exigente necessitate, statuere, ita nihilominus duos potest in unum conjungere, unum in duos dividere, atque episcopales sedes qualibet tyrannica feritate oppressionem, vel violentiam patientes, ad alia quæ tutiora sunt loca transferre. Cum utique B. Augustinus, egregius S. Ecclesiæ doctor et rector, certis ex causis id fieri annuat, videlicet aut pro persecutorum feritate, aut locorum difficultate, aut malorum societate. Sed et prædecessores nostri, qui diversis fuere ætatibus, eandem translationem ad alia loca munimenta unius ejusdemque diœceseos sæpe numero fieri perpulerunt. Hoc nimirum dispensationis intuitu ven. frater Rollande episcopo, quoniam Ro-

sellana Ecclesia multorum prædonum in circuitu habitantium stimulis et infestationibus agitur, et populus ejusdem loci ad magnam desolationem atque paucitatem, peccatis exigentibus, est redactus, communicato frâtrum nostrorum consilio dignitatem episcopalis sedis in eadem urbe hactenus habitam in Grossetanam civitatem apostolica auctoritate transferimus, atque ut idem locus de cætero episcopalis apicis culmine decoretur, præsentis privilegii sanctione decernimus. Nulli ergo omnino hominum fas sit te vel successores tuos super hac nostra constitutione temere perturbare, aut etiam super his aliquid immutare, sed potius Grossetana civitas episcopalis sedis dignitate perpetuo gaudeat, eique tanquam matri Ecclesiæ ob omnibus tam clericis quam laicis Rosellanæ diœceseos obedientia et reverentia humiliter deferatur. Si qua sane in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hujus nostræ dispositionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiat, atque a sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Constituimus autem ut privilegiis a sede apostolica monasteriis, seu aliis piis locis indultis hujus nostræ concessionis obtentu nullum præjudicium inferatur. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss. N.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.

Ego Petrus cardinalis presbyter tit. S. Sussannæ ss.

Ego Gerardus presbyt. cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem ss.

Ego Anselmus presbyt. cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presbyt. cardinalis tit. SS. Joannis et Pauli ss.

Ego Martinus presbyt. cardinalis tit. S. Stephani ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Oddo diaconus cardinalis ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diaconus cardinalis SS. Cosmæ et Damiani ss.

Ego Guido diaconus cardinalis S. Adriani ss.

Ego Grisogonus diaconus cardinalis S. Mariæ in Porticu ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Angeli ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis S. Nicolai in A Carcere ss.

Datum Laterani per manum Aymerici S. R. Ecclesie diaconi cardinalis et cancl., v Idus Aprilis, indictione 1, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno IX.

CCCXI.

Privilegium pro monasterio S. Martini de Campis.
(Anno 1138, April. 11.)

[MARRIER, *Historia S. Martini de Campis*, p. 379.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis THEOBALDO priori et fratribus monasterii B. Martini in Campis tam præsentibus, quam futuris regulariter substituendis in perpetuum.

Quæ piis et religiosis locis, largitione episcoporum, liberalitate regum conferuntur, libenti animo apostolicæ sedis munimine roboramus. Eapropter, dilecti in Domino filii, ecclesiam de veteri Creceio cum atrio omnibusque suis appendiciis a venerabilibus fratribus nostris Burchardo Meldensi episcopo, vobis pia devotione donatam, et a Manasse ipsius successore postmodum confirmatam, vobis vestrisque successoribus et per vos monasterio B. Martini in perpetuum præsentis scripti pagina confirmamus; statuentes ut nulli omnino hominum liceat eandem donationem infringere vel mutare, aut huic nostræ confirmationi ausu temerario contraire. Si quis autem hoc audaci præsumptione attentaverit, iram Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat.

Datum Laterani per manum Almerici S. Romanæ Ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, III Idus Aprilis, indictione 1, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno IX.

CCCXII.

Privilegium pro parthenone S. Alexandri Parmensi.
(Anno 1138, April. 12.)

[AFFO, *Storia della città di Parma*, II, p. 348, ex archivo monasterii S. Alexand. Parm.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ in Christo filiæ AGNETI abbatissæ monasterii Beati Alexandri quod intra civitatem Parmensem situm est, ejusque sororibus, tam presentibus quam futuris, in eodem loco regulariter substituendis in perpetuum.

Cum pro omnibus Ecclesiis et religiosis locis ex iuncto nobis officio debeamus sollicitudinem gerere, pro illis tamen magis studiosos nos esse convenit, qui beato Petro specialius inhærere et ad ejus jus pertinere noscuntur. Proinde, dilecta in Domino filia Agnes abbatissa, tuis et sororum tuarum rationalibus postulationibus elementer annuimus, et Beati Alexandri monasterium in quo divinis estis obsequiis mancipatæ, quod utique B. Petri juris existit, sub apostolicæ sedis tutelam protectionemque suscipimus, et apostolicæ sedis patrocinio communitus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque

bona idem cœnobium in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, poterit adipisci, firma vobis vobisque succedentibus, et per vos eidem cœnobio in perpetuum, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus adnotanda subjungimus: intra civitatem Parmensem ecclesiam Beati Bartholomæi cum omnibus suis pertinentiis; in Fabrario ecclesiam Sancti Andreæ cum omnibus ad eam pertinentibus et cum dominicatu; terras seu possessiones quas in Foligaria habetis; in Fodico ecclesiam Beati Jacobi cum pertinentiis suis; in Belena ecclesiam Beati Laurentii cum suis omnibus pertinentiis. Quidquid etiam in terris, vineis et domibus apud Melajanum et Colornium possidetis. Prope eandem civitatem Parmensem quæcunque apud Meletolum, Baganzolam Valeriam, et Vicigibuli in terris, vineis, domibus et dominicatus possidetis. Apud Vigorcolum clausuram unam vinearum cum terris aliis et villanis. Quæcunque præterea in Juliniano et in Purpurano tam in terris et vineis quam in villanis, domibus et aliis rebus possidetis. Ea vero quæ apud Vigattuli, Marturani, vel in basilica Nola, in Moliole, in Castello novo, in Felino, in Vigodemeris, in Traversedula, in Purilio, in Berotto, in Cadecomazi, in Noceto in terris, vineis et aliis rebus possidetis, præsentii vobis scripto firmamus. Decimam etiam laborum vestrorum quos propriis excolitis sumptibus, nullus a vobis exigere præsumat. Chrisma sane, oleum sanctum, consecrationes altarium seu ecclesiarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi a diocæsano suscipietis episcopo, si quidem Catholicus fuerit, et gratiam sedis apostolicæ habuerit, atque ea gratis et absque pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin Catholicum quem malueritis adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Obente vero te nunc ejusdem loci abbatissa, vel quæcunque sororum quæ tibi in regimine abbatissæ successerint, nulla tibi persona qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quam sorores ejusdem loci aut pars earundem consilii sanioris secundum Dei timorem et regulam beati Benedicti elegerint. Porro sepulturam ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati fuerint, nullus obsistat. Nulli ergo omnino hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis, et quod idem monasterium beati Petri juris existat, bizantium unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive per-

sona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, A contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmiæ æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

Ego Bernardus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem ss.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli ss.

Ego Balduinus presb. card. tit. Sanctæ Mariæ fundentis oleum ss.

Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diac. card. Sanctor. Cosmæ et Damiani ss.

Ego Guido diac. card. Sancti Adriani ss.

Ego Grisogonus diac. card. S. Mariæ in porticu ss.

Ego Hubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata ss.

Ego Ivo diac. card. S. Mariæ in Lauro ss.

Ego Octavianus diac. card. Sancti Nicolai in Carcere ss.

Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacon. card. et cancell., ii Idus Aprilis, indictione 1, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domini Innocentii secundi papæ anno ix.

Pendet bulla plumbea.

LCCXIII.

Ordinem canonicorum Præmonstratensium in monasterio Viltinæ ejusque bona confirmat, multaque privilegia largitur.

(Anno 1138, April. 30.)

[Hugo, *Annal. Præm.*, t. II, p. 686.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio MARQUARDO præposito Viltimensi, ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuam memoriam.

Venerabilium locorum cura nos admonet de eorum quiete et utilitate sollicitè cogitare. Quamobrem, dilecte in Domino filii Marquarde præposite, tuis rationabilibus petitionibus annuimus et Viltinensem Ecclesiam, cui auctore Deo præesse dignosceris, præsentis scripti pagina communimus, in primis siquidem statuantes ut ordo canonicus qui secundum B. Augustini regulam, et normam Præmonstratensium fratrum ibidem noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur.

Sancimus etiam ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant, adjicientes insuper ut quæcunque bona tam in ecclesiis quam in decimis, vel aliis possessionibus frater noster Reginbertus Brixiniensis episcopus ad usus canonicorum præfatæ ecclesiæ contulit, aut etiam a successoribus ejus fuerint in posterum pro sua devotione collata, nullus eis succedentium episcoporum aliquid exinde minuere vel auferre præsumat. Ut autem præpositus et fratres ejusdem loci, omnipotentis Dei servitio vacare liberius valeant, ab omni exactione rerum temporalium vos

liberos et quietos de cætero esse decernimus. Obeunte vero te nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres ejusdem loci communi assensu et fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Augustini regulam providerint eligendum. Chrisma namque, oleum sacrum, consecrationes altarium seu ecclesiarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocæsano suscipiatis episcopo, si quidem Catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, eaque vobis sine pravitate vel exactione exhibere voluerit; alioquin Catholicum, quemcunque malueritis, adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat.

Nulli ergo episcopo, nulli omnino hominum fas sit prædictam Ecclesiam perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, vestris et pauperum usibus profutura. Sepulturam quoque ipsius loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Si quis igitur huic nostræ constitutioni temere contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem, etc., inveniant. Amen.

D Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus. Datum Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, ii Kal. Maii, indictione 1, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno viii

CCCXIV.

Ad Chunradum Salsburgensis Ecclesie archiepiscopum.

(Anno 1158, April. 30.)

[HANSIUS, *Germania sacra*, II, p. 948.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri nostro CHUNRADO archiepiscopo Salsburgensis Ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem.

Litteras fraternitatis tue pro fratre nostro Reinberto, Brixinensi episcopo, ad nos transmissas benigne suscepimus, et licet ipse apud nos sinistra esset fama respersus, pro charitate tantum et reverentia personæ tuæ ipsam potius apostolica mansuetudine, quam justitiæ rigore tractavimus, ac domum ad sedem suam cura gratiæ sanctæ Romanæ Ecclesie et nostrarum interim prosecutione remisimus. Proinde fraternitatem tuam duximus commendandam, ut et ordinatio Brixinensis ecclesie tibi specialiter incumbit, erga eundem fratrem nostrum ita sollicitus et studiosus existas, quatenus ibi cooperante Domino dirigatur, ut neque nobis, neque tibi possit aliqua neglectu imputari jactura. De quiete autem, sive de vacatione, quam a sede apostolica postulasti, te exaudire non possumus, sed potius in remissionem peccatorum tibi injungimus, quatenus supra gregem tuam tanquam bonus pastor vigiles, et semel susceptam obedientiam, ita studeas conservare, ut cum Apostolo dicere valeas: *Durum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi*; et cum apparuerit princeps pastorum, ab eo coronam immarcescibilem consequaris. De servitio autem Ecclesie esto sollicitus, sicut nosti.

Data Laterani 11 Kal. Maii.... (*Cætera legi non possunt.*)

CCCXV.

Ad Baldwinum archiepiscopum Pisanum. — Varia privilegia concedit.

(Anno 1158, Maii 1.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, III, 389.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri BALDUINO archiepiscopo Pisano, ejusque successoribus canonicè promovendis in perpetuum.

Tunc apostolicæ sedi et Romanis pontificibus honor integre conservatur, si unicuique Ecclesie sua dignitas custodiat. Romanæ, siquidem Ecclesie consæta benignitas et discreta humilitas, quos devotos et mansuetos filios reperit, alios dignitatibus et honoribus sibi facit amplius obnoxios, alios familiaritatis et dilectionis prærogativa sublimat. Equum etenim et rationabile est ut quorum nos beneficia et obsequia suscepisse recolimus, eorum devotioni non mensura pari, nec quantitate æquali, sed ex abundantis gratiæ benevolentia libenti animo respondere curamus. Quia igitur de discordia et guerra, quæ inter Pisanam et Januensem civitates existit, multæ hominum clades, et Christianorum captivitates innumeræ provenerunt, nos quorum præcipue interest singulorum saluti tam spiritualiter quam temporali-

A ter sollicitudine providere pro bono pacis, et recompensatione episcopatum, quos utique a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus Ecclesie Pisanæ concessos in insula Corsicæ a prædecessore tuo bonæ memoriæ fratre nostro archiepiscopo accepimus in Gallurienti judicatu duos episcopatus, Gallurientem videlicet et Civitatensem, et Populonientem episcopatum tibi tuisque successoribus, et per vos Ecclesie Pisanæ concedimus, et metropolitano jure subjicimus, vosque primatus honore super Turritanam provinciam declaravimus; legationem quoque Sardinie, a prædecessore nostro papa Urbano prædecessoribus tuis concessam, tibi tuisque successoribus præsentis scripti pagina roboramus. Denique ut Pisana civitas, quæ cœlesti favore de inimicis Christiani nominis victoriam frequenter obtinuit, et eorum urbes plurimas subjugavit, amplius honoretur, equo albo cum nocco albo in processionibus utendi, et crucem, vexillum scilicet Dominicum, per subjectas vobis provincias portandi tibi tuisque successoribus licentiam damus; pallii quoque usum fraternitati tuæ concedimus, ut videlicet eo secundum consuetudinem Pisanæ Ecclesie perfruaris, et in consecrationibus trium episcoporum in Corsica, Aleriensis scilicet, Adjacensis et Sagontini, ac prædictorum duorum in Sardinia, et Populonensis episcopi, quorum metropolitani existis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostre constitutionis paginam sciens, contra eam ausu temerario venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi congrua emendatione correxerit, potestatis honorisve sui dignitate careat, reamque se, etc., et a sacratissimo, etc. Cunctis autem eidem Eccl. etc., quatenus, etc., et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesie episcopus ss.
Ego Desiderius presb. card. tit. S. Praxedis ss.
Ego Petrus presb. card. tit. S. Susannæ ss.
Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Jer. ss.
Ego Littifredus presb. card. tit. Vestinæ ss.
Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli ss.
Ego Stantius presb. card. tit. S. Savinæ ss.
Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani in Cælio monte ss.

Ego Petrus episcopus Papiensis ss.
Ego Oddo diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diaconus card. tit. S. Adriani ss.
Ego Boetius diac. card. tit. SS. Viti et Modesti ss.
Ego Chrysogonus diac. card. tit. S. Mariæ in Porticu ss.

Ego Ubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata ss.
Ego Octavianus diac. card. tit. S. Nicolai in carcere ss.

Ego Jacinthus prior subdiaconorum sacri palatii ss.
Ego Joannes sacri palatii subdiaconus ss.

Ego Daro sacri palatii subd. et prior Scolæ Cru- A
cis ss.

Ego Joannes Paparo Romanæ Ecclesiæ subd. ss.

Ego Galganus sacri palatii subdiaconus ss.

Ego Monachus sacri palatii subdiac. subsc.

Ego Baldicio sacri palatii subdiac. subscripsi.

Ego Vulgarius sacri palatii subdiac. subsc.

Datum Laterani per manum Aimerici S. R. E. diaconus, card. et cancellarii, Kal. Maii, ind. 1, Incarn. Domin. anno 1138, pontificatus vero D. Innocentii papæ II anno nono.

CCCXVI

Ad Oprandum abbatem Vallis-Altæ. — Confirmat huic monasterio omnia bona a Gregorio episcopo donata et sedis apostolicæ privilegio communit.

(Anno 1138, Maii 5.)

[Lettus, Cod. diplom. Bergom., II, 4015, ex archivo ejusdem abbatia.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio OPRANDO abbati monasterii Vallis-Altæ quod in Pergamensi parochia situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Venerabilium locorum cura nos admonet de eorum quiete sollicitè cogitare. Quamobrem, dilecto in Domino filii Oprande abbas, hujus desiderii justitiæ clementer annuimus, et monasterium Sancti Benedicti quod in Altavalle situm est, cui etiam, Deo auctore, præesse dignosceris, præsentis privilegii robore confirmamus, statuentes ut quasunque possessiones, quasunque bona a venerabili fratre nostro Gregorio Pergamensi episcopo, consilio et assensu fratrum suorum, nec non advocati, et aliorum bonorum hominum, tam in pratis quam in silvis, agris, aquis, aquarumque decursibus cum terrarum et fluminum usibus aut aliis quibuscunque prædicto monasterio canonice sunt collata, aut etiam in antea ab ipso vel ab aliis Dei fidelibus, legitime conserventur tibi tuisque successoribus firma et illibata permaneant, per terminos videlicet, vel affines qui in scripto ejusdem fratris nostri Gregorii episcopi continetur videlicet, etc. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Electus vero a Pergamensi episcopo, qui pro tempore fuerit, benedicatur et ordinetur, vestrumque monasterium sub

(80) Quos Adrianus IV in bulla anno 1158, iv Idus Februarii edita et inferius producenda, appellat basilicæ principis apostolorum canonicos et rectores quatuor monasteriorum SS. Joannis et Pauli, S. Martini, S. Stephani Majoris, et S. Stephani Minoris: iidem in præsentis diplomate ab Innocentio II nuncupantur horumce monasteriorum canonici ad servitium Vaticanæ basilicæ destinati. Istius appellationis ratio plane constat præallatas D. Leonis IX constitutiones evolventibus.

(81) Quod Romani antistites sese olim S. Petri vicarios appellarint, vetera monumenta satis ostendunt,

ejusdem episcopi patrocinio et defensione consistunt. Nulli ergo, etc.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Gerardus presbyter cardinal. Sanctæ Crucis in Jerusalem subscripsi.

Ego Lucas cardinalis tit. Sanctorum Joannis et Pauli subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Nass. diaconus cardin. Sancti Eustachii subscripsi.

Ego Grisogonus diaconus cardin. Sanctæ Mariz in Porticu subscripsi.

Ego G. G. diac. card. Sancti Angeli subscripsi.

Dat. Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, III Nonas Maii, indict. 1, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno IX.

CCCXVII.

Ecclesias Beatorum martyrum Joannis et Pauli, S. Martini, S. Stephani Majoris et S. Stephani Minoris, necnon medietatem oblationum et bonorum ad certa quedam altaria, et sacras ædes pertinentium, B. Petri canonicis perpetuo addicit.

(Anno 1138, Maii 23.)

[Bullarium Vaticanum I, p. 46.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Sanctorum Joannis et Pauli, Sancti Martini, Sancti Stephani Majoris et Sancti Stephani Minoris, ad servitium ecclesiæ Beati Petri apostolorum principis deputatis (80), tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Liquet omnibus fidei Christianæ cultoribus, beatum Petrum ab ipso Salvatore nostro Domino Jesu Christo fore apostolorum principem constitutum, eique potestatem ligandi atque solvendi animas cœlesti privilegio traditam; unde etiam ei dicitur: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni cœlorum; et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in cœlis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in cœlis; et iterum: Si diligis me, Simon Petre, pascere oves meas.* Nos igitur qui, licet indigni, D ejusdem cœlorum clavigeri vicarii sumus (81), et ejus loco in sancta Dei Ecclesia residemus, speciales ipsius ministros, sive patrimonia, sedis apostolicæ debemus patrocinio confovere, et a pravorum hominum incursibus defensare. Quamobrem,

et in hac diplomatum collectione aliquot succurrunt exempla. Quamvis etenim summi pontifices se revera D. Petri esse in supræna dignitate hæredes et successores, probe intelligerent, cum tamen ipsum apostolorum principem in Romana Ecclesia, cui totam pene doctrinam cum sanguine profudit, perpetuo vivere, eadem in cathedra sedere, Ecclesiæ totius clavum tractare, ejusque gubernacula nunquam reliquisset, plane crederent; haberi se voluerunt quasi vicarios, qui suam illi operam commodarent. Videsis Petr. Constant. num. 12 et seqq., præfat. in Epist. Roman. pontificum.

dilecti in Domino filii, vestris petitionibus benignitate debita impertimur assensum, et sacrosanctas ecclesias beatorum martyrum Joannis et Pauli, Sancti Martini (82), Sancti Stephani Majoris et Sancti Stephani Minoris, vestris usibus ac sustentationibus destinatas, præsentis scripti pagina communibus; statuantes ut, quascunque possessiones, quæcunque bona eisdem venerabilibus locis canonicè pertinent, aut in futurum, concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis, Deo propitio poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant, in quibus hæc nominatim duximus exprimenda: medietatem, videlicet oblationum (83-84) altaris Sanctæ Mariæ, et omnium possessionum, et honorum, necnon etiam pensionum, et domorum ejusdem ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Turri pertinentium; medietatem quoque oblationum altaris Sancti Gregorii (85), et omnium eorum quæ ad ipsum pertinent; medietatem insuper oblationum ecclesiæ Sancti Joannis (86) et eorum omnium quæ ad ipsam pertinent; medietatem oblationum ecclesiæ Sanctæ Petronillæ (87) et eorum omnium quæ ad ipsum pertinent. Decernimus ergo ut nulli omnino liceat præfatas ecclesias super his, aut aliis temere perturbare, aut earum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, perpetuis futuris temporibus vestris usibus omnimodis profutura. Si quis sane huic nostræ constitutioni ausu temerario contraire præsumperit, secundo tertiove commonitus, si non præsumptionem suam congrua emendatione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et

(82) Ecclesia S. Martini fuit in ejusdem nominis monasterio.

(83-84) Vaticanæ basilicæ ministros, per Anacleti pseudopontificis sævitiam ac rapacitatem (hic opulentissimum Vaticanæ templi thesaurum expilavit, ut videre est apud Baronium ad annum 1120) quamplura passos, Innocentium Il hoc privilegio solatum fuisse; conjicit V. cl. Petr. Morell., part. I, Lucubr. de Presbyt. sect. 5, § 1. Porro eundem Innocentium de S. Petri basilica optime meritum commendavit post Petr. Mallium Romanus canon., dum ipsius basilicæ descriptioni tit. 54, grati erga summum pontificem animi monumentum his verbis intexuit: « Condidit quoque (Innocentius II) privilegium, in quo concessit canonicis basilicæ Beati Petri medietatem omnium ministeriorum, omnium altarium, quæ sunt in ecclesia Beati Petri, et S. Mariæ in Turri præter altare S. Leonis IX papæ. »

(85) Gregorius IV in honorem prædecessoris sui S. Gregorii Magni oratorium et altare construxit, ac in ipsum sanctissimi præsulis exuvias transtulit, uti referunt Liber pontificalis in Gregorio IV, et Joannes Diaconus, lib. IV Vit. S. Gregorii I, cap. 80. Oratorium illud ad australem veteris basilicæ partem videre est in Alphanani tab. ichn., num. 85. Quoad oblationes ad S. Gregorii aram fieri solitas, notatu dignum est quod Anastas. in Benedicto III enarrat, nimirum quosdam Anglos Romanos profectos, in oratorio B. Gregorii papæ apud S. Petri basilicam exstructo *nam tabulam argenteam* possidisse. Antiquius erat aliud S. Gregorii I altare, quod

A sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Guido Tyburtinus episcopus ss.

Ego Gerardus presbyter cardinalis titulo Sanctæ Crucis in Jerusalem, ss.

Ego Anselmus presbyt. cardinalis titulo Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Lictifredus presbyt. cardinalis tit. Vestinæ B [id est, S. Vitalis] ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Sanctorum Joannis et Pauli ss.

Ego Martinus presbyt. cardinalis tit. Sancti Stephani ss.

Ego Stancius presb. cardinalis tit. Sanctæ Sabinae ss.

Ego Gregorius diacon. cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi (88) ss.

Ego Oldo diaconus cardinalis Sancti Georgii ss.

Ego Guido diacon. cardin. Sanctorum Cosmæ et Damiani ss.

Ego Guido diacon. cardin. Sancti Adriani ss.

Ego Boetius diac. card. Sanctorum Viti et Modesti ss.

C Ego Hubaldus diac. card. Sanctæ Mariæ ss.

Ego Grisogonus diac. card. Sanctæ Mariæ in Porticu ss.

Ego GG. (89) diac. card. Sancti Angeli ss.

Datum Laterani per manum Aimerici, S. Ro-

Leo III, teste ejus biographo, argento purissimo deaurato investivit.

(86) Oratorium S. Joannis ad borealem veteris basilicæ partem collocatum exhibet Alphanani tab. n.º 50. Illius meminit canonicus Romanus tit. 41, qui et titulum 34 inscribit: *De ecclesia Sancti Joannis ad Fontes*. Symmachus papa, in S. Petri basilicam munificentissimus, fecit oratoria duo S. Joannis Baptistæ et S. Joannis Evangelistæ, in quorum confessione arcus argenteos et cubicula posuit pens. lib. triginta. Verba sunt Libri pontificalis in Symmacho.

D (87) Splendidum sane templum a Paulo I, pontif. ejusdem Sanctæ Virginis nomine et exuviis D. O. M. dicatum; quod nonnulli principes et Galliarum reges aliquot, ac præsertim Romani antistites, ut apud Anastas. Biblioth. videre est, quamplurimis donis cumularunt. Sacram ædem, quam Adrianus I, Vegio teste lib. IV, num. 114, S. Stephani majoris monasterio annexuit; Alphanani Tabl. ichn., lit. d accurate delineavit; quotquot vero de Vaticana S. Petri basilica pluribus egerunt, commentariis suis illustrarunt.

(88) Ecclesia sive diaconia SS. Sergii et Bacchi, de qua Innocentius III epistol. 102, lib. II, apud Balusium loquitur, ad Septimii Severi arcum juxta Capitolium quondam exstitit.

(89) Nimirum Gregorius de Papa seu de Pappareschis, Innocentii II ex fratre filius, anno 1134 seu 1135 diacon. card. S. Angeli creatus. Consulo Ciacon. Vit. Rom. pontif. et card., t. I. col. 922.

manas Ecclesiæ diaconi cardin. et cancellarii, x A
Kalendas Junii, Indictione 1, Incarnationis Domi-
nicæ anno 1138, pontificatus vero domni Innocentii
II papæ anno VIII.

CCCXVIII.

*Episcopatus Fulgonatensis fines Ecclesiæque posses-
siones, petente Benedicto episcopo, confirmat.*

(Anno 1138, Jun. 11.)

[UGHELLI *Italia sacra*, I, 695.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ven.
fratri BENEDICTO episcopo Fulginensi, ejusque suc-
cessoribus canonice substituendis, salutem in per-
petuum.

Incomprehensibilis et ineffabilis divina miseratio
potestatis nos hac providentiæ ratione in apostolicæ
sedis administratione constituit, ut paternam univ-
ersis Ecclesiis sollicitudinem gerere studeamus. Proinde, venerabilis in Christo frater Benedicte
episcopo, tuis justis postulationis debita benignitate
annuimus, et Fulginensem Ecclesiam, cui Deo
auctore præesae dignosceris, apostolicæ sedis privi-
legio communimus, statuentes ut quascunque pos-
sensiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præ-
sentiis juste et canonice possidet, aut in futurum
rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci,
firma tibi tuisque successoribus et illibata perma-
neant. Sancimus etiam ut universi fines parochiæ,
sive a tuis successoribus usque hodie sunt possessi,
ita omnino integri tam tibi quam tuis successoribus
in perpetuum conserventur. Primum quidem latus a
Timia vadit in flumen Mortuum, secundum latus a
flumine Mortuo in fontem Palumbi, et primum S.
Stephani ad Crucem S. Martini, inde ad Cerretum,
et ad rivulum Fojani usque ad rivulum, qui dicitur
Griscus. Tertium latus ab ipso Grisco pervenit ad
Corniale de Vaccagna usque ad clivium Martis, et
inde ad collem Jovis, et descendit per directam
usque ad Crucem Sancti Mauri. A quarto latere
versus dona juxta Spellam pervenit in supradictum
flumen Timiam. Confirmamus insuper vobis, et vos
S. Fulginensis Ecclesiæ, et plebem S. Joannis de
Forostumini cum ecclesiis suis, plebem S. Joannis de
Filecto cum ecclesiis suis, plebem S. Feliciani de
Butino, plebem de S. Maria Nova, plebem S. Mariæ
de Fulginea cum ecclesiis et possessionibus eorum,
plebem S. Valentini, et plebem de Rovelleta, et ple-
bem S. Mariæ de scopulo, plebem S. Mariæ de fello-
nica cum possessionibus et ecclesiis eorum, plebem
de Cassignano, plebem de Porcarella et plebem S.
Andræ de Orbe cum ecclesiis et pertinentiis earum.
Porro castellum Landollinæ cum sua possessione, et
monasterium S. Petri cum suis possessionibus, eccle-
siam quoque S. Mariæ de Rignano cum omnibus
pertinentiis suis, in tuo et tuorum successorum do-
minatu semper permanere censemus. Canonice
vero S. Feliciani cum omnibus pertinentiis vel ec-
clesiis suis ita sub nostro statuimus jure persistere,

(90) In quo quidem diplomate, lector, adverte
Fulginatensis olim diocesis fines latius patuisse,
quippe qui S. Mariam de Pistia, Pignanumque

ut nullus ibi præpositus, nullusque canonicus absque
assensu episcopi ordinetur. Præbenda etiam de
canonica episcopo attribuatur, quoties in refectorio
cum fratribus reficere noluerit. Monasterium quo-
que Salvatoris, et ecclesiam S. . . . et ecclesiam S.
S. Constantii, et ecclesiam S. Abundii, et ecclesiam
S. Herculii, et omnes ecclesias civitatis secundum
sacrorum canonum sanctiones in vestra statuimus
dispositione et ordinatione persistere. Insuper etiam
ecclesiam S. Christinæ, ecclesiam S. Petri de Ro-
tundo, et canonicam S. Paterniani, cum omnibus
pertinentiis earum, monasterium S. Stephani, et
monasterium de Salvino, et S. Martini de Murro,
et S. Angeli de Rosaja cum omnibus pertinentiis
eorum, canonicam quoque S. Martini, S. Andræ,
et S. Lucie cum omnibus pertinentiis, et ecclesiis
eorum, omnesque alias ecclesias Fulginensis episco-
patus similiter in nostra statuimus dispositione et
ordinatione persistere. Sane redditus de mercato,
de portis, de pontibus, de stratis civitatis, et de
castro episcopi, videlicet S. Feliciani tibi tuisque
successoribus in perpetuum confirmamus, sicut ex
antiquo jure et ex regia liberalitatis munificentia
Fulginensis hætenus possedit Ecclesia. Et campum
qui dicitur S. Mariæ, et campum de Pissinale, cam-
pum de Uccellano, campum de Vaccaria, campum
S. Abundii de Filecto, campum Frigidi, campum de
Gualdo, et totam terram Berardi filii Riconis, et
terram totam, quam dedit Acto comes, Luponis
filius, Ecclesiæ S. Feliciani, et totam terram, quæ
in Spello, et Colle. Topini quoque fluminis alveum
iuxta civitatem in vestra jurisdictione servandam
perpetuo confirmamus, et molendina omnia, quæ
illic præsentî tempore jam constructa sunt, aut in
futurum construi contigerit, et quæque illic ædificia
construentur, necnon omnes servi, et ancillæ, atque
liberi ad Ecclesiam pertinentes sub vestra semper
aut successorum possessione permaneant. Decerni-
mus ergo, etc. Si quam ergo, etc. Cunctis autem, etc.
Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.
Gregorius presb. card. tit. SS. Apostolorum ss.
Petrus card. presb. tit. S. Susannæ ss.
Petrus card. presb. tit. S. Marcelli ss.
Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hierus. ss.
Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina. ss.
Lucas presb. card. tit. SS. Joan. et Pauli ss.
Gregorius diac. card. SS. Sergii ss.
Guido diac. card. S. Adriani ss.
Oddo diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.
Guido diac. card. SS. Cosmæ, et Damiani ss.
Datum Laterani, per manum Aimerici S. R. E.
diaconi card. et cancellarii, 3 Id. Jun., ind. 1, Inc.
Dom. an. 1138, pontificatus vero D. Innocentii papæ
II anno VIII (90).

CCCXIX.

*Ad Alvisium episcopum Atrebatensem. — Significat se
Castellum concluderent, qui hoc tempore unam
Nucerinam tantum ditionem agnoscut.*

ejus et abbatis S. Vedasti litem Hugoni archiepiscopo Rothomagensi et aliis episcopis detulisse discernendam.

(Anno 1138, Jul. 3.)

[BALUZ., *Miscell.*, II, 164.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALVISO Atrebatensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Querelam adversus abbatem Sancti Vedasti nobis expositam a tua fraternitate suscepimus, et de tam præsumptuosis ejus excessibus valde gravamur. Et quoniam crimen Simonie et alia tam multa tam gravia quæ intra Ecclesiam in personas religiosas dicitur commisisse, indiscussa manere non patimur, venerabilibus fratribus nostris Hugoni Rothomagensi archiepiscopo, Gosleno Sussionensi, Mfloni Tervanensi, et Goffrido Catalaunensi episcopis hæc ipsa examinanda et terminanda commisimus. Nos sane personam tuam et Ecclesiam tibi commissam diligere et honorare intendimus, atque dilectioni tuæ in justitia desse non volumus. Devotionem tuam lætari et Deo gratias exhibere optamus, quoniam et schismatis spurcitia ab urbe exterminata est, et pax sanctæ Romanæ Ecclesiæ a superno Numine restituta.

Data Albani v Non. Julii.

CCCXX.

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clero principibusque et populo per Treverensem, Moguntinam, Coloniensem, Magdeburgensem et Brementensem provinciam constitutis Alberonem, archiepiscopum Treverensem, legatum sedis apostolicæ constitutum nuntiat; cui ut obediant præcipit.

(Anno 1138, Jul. 17.)

[GUNTHER, *Cod. diplom. Rh.-Mos.*, I, 229.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis universis abbatibus, clero, principibus et populo per Treverensem, Maguntinam, Coloniensem, Madeburgensem, et Brementensem provinciam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Potestas atque administratio Ecclesiæ Dei, et cura Christiani populi ab ipso Salvatore nostro Jesu Christo beato Petro apostolorum principi ejusque vicariis cælesti privilegio est commissa. Ipsi enim a Domino specialiter dictum est: *Tu aliquando conversus confirma fratres tuos (Luc. xxii)*; et: *Quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cælo, et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cælo (Matth. xvi)*. Hoc nimirum intuitu nos qui, licet indigni, in sede apostolica constituti, vices ejusdem cælorum clavigeri gerimus, fratribus nostris prope vel longe positis salubriter providere optamus, quatenus quibus præsentiam nostram exhibere non possumus, eis per ministros nostros vitæ pabula ministremus. Hujus rei gratia venerabilem fratrem nostrum A. Treverensem archiepiscopum, virum utique sapientem, discretum, et in necessitatibus ecclesiasticis ab ineunte ætate probatum, in partem nostræ sollicitudinis assumpimus, eumque in partibus vestris legatum sedis

A apostolicæ constituimus. Mandamus itaque vobis, et præsentium auctoritate præcipimus quatenus eidem fratri nostro obedientiam et reverentiam deferatis, et pro celebrandis conventibus synodalibus ad ejus vocationem conveniatis, ut vestre fretus consilio et auxilio corrigenda corrigere, et quæ recta sunt, cooperante Domino, valeat stabilire.

Data Albani xvi Kal. Augusti.

CCCXXI.

Ad Willelmum Hierosolymitanum patriarcham. — In causa Tyriæ diocesis.

(Anno 1138, Jul. 17.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 394.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, WILLELMO Hierosolymitano patriarchæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto munificentiaæ supernæ benignitas Hierosolymitanam Ecclesiam tuis temporibus altius sublimavit, tanto magis expedit personam tuam erga fratres suos humaniorem existere, et eos, qui tibi obedientiam exhibent, charitate mutua honorare. Proinde fraternitati tuæ mandamus, quatenus venerabilem fratrem nostrum Fulcherium Tyrensem archiepiscopum, qui ex mandato sanctæ Romanæ Ecclesiæ tibi obedit, fraterni amoris intuitu diligas et honores: sollicitè providens, ne sibi gravamen aliquod inferas; vel sub obtenta hujuscemodi subjectionis, quæ utique ex beneficio apostolicæ sedis tibi et Ecclesiæ Hierosolymitanæ impenditur, Tyrensis Ecclesiæ nobilis et famosa suæ justitiæ aut dignitatis patiatur aliquod detrimentum. Indignum est enim ut honor qui sibi, si ei obediret, ab Antiochia exhiberetur, a te vel tuis successoribus subtrahatur.

Data Albani xvi. Kalend. Augusti.

CCCXXII.

Ecclesiæ S. Sepulcri Hierosolymitanæ protectionem suscipi possessionesque confirmat.

(Anno 1138, Jul. 26.)

[EUG. DE ROZIERE, *Curtulaire du Saint-Sépulcre*, p. 22.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO priori et fratribus in ecclesia Sancti Sepulcri canonicam vitam professis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Si mansuetudo et liberalitas sanctæ Romanæ Ecclesiæ universis Christianis debet opportuna solatia ministrare, multo magis his qui religiosam vitam ducunt et omnipotenti Domino familiariter adhærere videntur id ipsum convenit propensius impertiri. Quia ergo, dilecti in Domino filii, juxta regulam beati Augustini vivere decrevistis, et in loco, ubi steterunt pedes Domini, adorantes, apud gloriosum sepulcrum ejus, in quo triduo corporaliter requevit, et alia sanctissima loca, in quibus Redemptor mundi pro salute nostra vincula, flagella, crucis ignominiam, vulnera mortemque sustinuit, regulariter militatis, majori vos benevolentia et gratia dignos esse censemus, et paternis vos affectibus volumus confovere. Vestris igitur postulationibus debita be-

niguitate accommodantes assensum, sacrosanctam A nis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domini
ecclesiam Sancti Sepulcri, in qua divinis obsequiis Innocentii papæ II anno IX.
insistentes, passionem Dominicam et victoriosissime
crucis triumphum assidue oculata fide recolitis, nec
non personas vestras sub beati Petri protectionem
suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus,
statuentes ut universa, quæ ecclesia ipsa in præsen- CCCXXIII.
tiarum canonice possidet, quæcunque etiam ab
egregiæ memoriæ viris, duce Godefredo et utroque
rege Balduino, Arnulpho quoque et aliis patriarchis,
eidem loco collata sunt juste, aut rationabiliter in
posterum a patriarchis vel aliis Dei fidelibus confe-
rentur, firma vobis in perpetuum et illibata perman-
eant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda
vocalibus: videlicet ecclesiam Sancti Sepulcri apud
Brundisium cum appendiciis suis, ecclesiam quoque, B
quæ sita est extrâ castrum Barulum, in honore et
nomine ejusdem sepulcri, in meridiana parte juxta
vias publicas, quarum una ducit Canusium, altera
vero Salpiam, cum universis appendiciis suis,
ecclesiam Sancti Sepulcri itidem extra muros civi-
tatis Trojanæ similiter cum omnibus appendiciis
suis, ecclesiam in honore beati Theodori in Bene-
ventano suburbio sitam. Decernimus ergo ut nulli
omnino hominum liceat præfatum locum seu per-
sonas vestras temere perturbare, vel possessiones
ecclesiæ vestræ auferre, minuere seu qui[bus]libet
molestiis fatigare, sed omnia vobis integra conser-
ventur vestris et pauperum Christi usibus profutura,
salva nimirum Jerosolymitani patriarche canonica
iustitia et reverentia. Si qua sane ecclesiastica C
seculariæve persona, hujus nostræ constitutionis
paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit,
secundo tertiove commonita, si non præsumptionem
suam congrua satisfactione correxerit, potestatis
honorisque sui periculum patiat, et excommuni-
cationi subjaceat; conservantes autem hæc omni-
potentis Domini et beatorum Petri ac Pauli apostolo-
rum ejus gratiam consequantur. Amen.

Ego Innocentius, Catholicæ Ecclesiæ episcopus,
subscripti.

Ego Egidius, Tusculanus episcopus, subscripti.

Ego Gregorius, presbyter cardinalis [tituli Sancto-
rum] Apostolorum, subscripti.

Ego Girardus, presbyter cardinalis tituli Sanctæ D
Crucis in Jerusalem, subscripti.

Ego Anselmus, presbyter cardinalis tituli Sancti
Laurentii in Lucina, subscripti.

Ego Lucas, presbyter cardinalis tituli Sanctorum
Joannis et Pauli, subscripti.

Ego Ivo, presbyter cardinalis tituli Sancti Lau-
rentii in Damaso, subscripti.

Ego Vassallus, diaconus cardinalis Sancti Eusta-
chii, subscripti.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis Sancti Angeli,
subscripti.

Datum Albani, per manum Aymerici, sanctæ
Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii,
vii Kalendas Augusti, indictione prima, Incarnatio-

nis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domini
Innocentii papæ II anno IX.

CCCXXIII.

*De subjectione quam debet Tyrensis Ecclesia ecclesiæ
Jerosolymitanæ.*

(Anno 1138, Jul. 28.)

[Eug. DE ROZIERE, *Cartulaire du Saint-Sépulcre*, p. 4.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ve-
nerabili fratri F[ULCHERO], Tyrensi archiepiscopo,
salutem et apostolicam benedictionem.

Totius Ecclesiæ Dei, quæ peregrinatur in terris,
ordinatio et dispensatio beato Petro cælorum clavi-
gero, ejusque vicariis est concessa; unde ei licuit
semperque licebit pro qualitate rei et temporis epi-
scopatus dividere, divisos conjungere, regnorum jura
transferre, novas metropoles constituere, et metro-
politianorum subjectionem primatibus pro sui arbi-
trii moderatione conferre. Nos igitur, prædecesso-
rum nostrorum Romanorum pontificum vestigiis
inhærentes, Tyrensem Ecclesiam, quæ olim Antio-
chenæ subjecta exstitit, Jerosolymitanæ subjacere
statuimus, tibi que ut venerabili fratri nostri W[il-
helmo] patriarchæ, tanquam primati tuo, obedires
litteris et viva voce præcipimus. Prohibemus itaque
ne hæc occasione in personam tuam interdicti vel
excommunicationis sententiam promulgare Antio-
chenus patriarcha præsumat; quod si hoc attentare
præsumperit, irritum habeatur, nec habere nomen
sententiæ mereatur, neque Jerosolymitano patriarchæ
aliquam injuriam vel gravamen liceat fraternitati tuæ
inferre.

Datum Albani v Kalendas Augusti.

CCCXXIV.

Privilegium pro abbacia Septem-Fontium.

(Anno 1138, Nov. 10.)

[Hugo, *Annal Præmonst.*, II, p. 495.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
lecto filio JOANNI abbati de Septem-Fontibus, ejus-
que successoribus regulariter proflentibus in perpetuum.

Apostolicæ sedis clementiæ convenit religiosorum
precibus aures accommodare, et eorum quieti et
utilitati salubriter providere; ideoque, dilecte in
Domino filii Joannes abbas, tuis desideriis clementer
annuimus, monasterii de Septem-Fontibus cui Deo
auctore præsidet, præsentis scripti pagina communi-
mus, statuentes ut quæcunque possessiones, quæ-
cunque bona in præsentiarum idem venerabilis locus
juste et canonice possidet, aut in futurum concessione
pontificum, largitione regum vel principum, obla-
tione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio,
poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et
illibata permaneant, in quibus hæc propriis nomi-
nibus duximus exprimenda: ex dono videlicet Joan-
nis de Runiaco, Lamberti et Hugonis filiorum ejus,
Raeiri de Fanon, Jacobi, Hugonis..... Præterea mo-
lendum atque atrium et officinas eorum usibus
necessarias cum cæteris supradictis a præfato nostro

Rainaldus archiepiscopo vobis corroboratas, præsentis A decreto vestræ Ecclesiæ confirmamus; adjicientes etiam ut ordo canonicus qui secundum beati Augustini regulam, et institutionem fratris nostri bonæ memoriæ Norberti archiepiscopi in eadem est ecclesia stabilitus, futuris temporibus ibidem perpetuo conservetur; sancimus etiam ut nulli fratrum ejusdem ecclesiæ post factam ibi professionem absque vestro assensu et capituli ipsius loci, ad aliam ecclesiam liceat transmigrare, nec eundem transfugam cuiquam suscipere liceat vel tenere, qui etiam si invitatus canonicæ communionis redire noluerit, abbas in eum canonicam sententiam perferendi habeat facultatem. De laboribus quos propriis manibus vel sumptibus colitis decimam a vobis exigi omnino prohibemus. Verum ecclesiastica sacramenta a B diocesano episcopo suscipietis, si quidem Catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, eaque vobis sine pravitate et executione voluerit exhibere; alioquin Catholicum, quemcumque malueritis, adeatis antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Nulli ergo hominum fas sit præsentem vestram ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia vobis integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura. Si quis sane ausu temerario huic nostræ constitutioni scienter contraire præsumperit, secundo tertiove C commonitus, si non præsumptionem suam congrua emendatione correxerit, excommunicationi subiacet; conservantes autem hæc omnipotentis Dei, beatorum Petri et Pauli apostolorum gratiam consequantur. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, etc.

Datum Laterani per manum Lucæ presbyteri cardinalis agentis vicem domni Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, iv Idus Novembris, indictione i, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero D. Innocentii II papæ anno viii.

CCCXXV.

Canonicorum regularium per Halberstadensem episcopatum constitutorum disciplinam legesque confirmat. D

Anno 1138, Nov. 14.)

[SCHOTTGEN et KREYSIG *Diplomat.*, II, 696.]

CCCXXVI.

Parthenonis S. Mariæ Lamspringensis protectionem suscipit, privilegiaque et possessiones confirmat.

(Anno 1138, Nov. 14.)

[KOKEN *Beitr. z. Nedersachs. Gesch.*, I, 171.]

CCCXXVII.

Privilegium pro Ecclesia Hamerslebiensi.

(Anno 1138, Nov. 14.)

LEUKFELD, *Antiquitates Katelenburgenses*, t. 1, p. 85.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei,

A dilecto filio THIETMARO præposito (scilicet Homerslebiensi), et universis prælatis canonicorum regularium per Halberstadensem episcopatum constitutis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Pia postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, et ut fidelis devotio laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ideoque, dilecti in Domino filii, vestris justis petitionibus gratum præbentes assensum, ecclesias quibus præesse videmini, possessiones etiam et bona ad ipsas pertinentia sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus, et præsentis privilegio communitus. Statuentes ut quascunque possessiones vel bona in ecclesiis, terris cultis vel incultis, vineis, pratis, hannis, molendinis, silvis, pascis sive aliis rebus in præsentiarum juste et legitime possidetis, aut in futurum cõcessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblationum fidelium, seu aliis justis modis, auxiliante Domino, poteritis adipisci, firma vobis et per vos eisdem ecclesiis et illibata permaneant. Decernimus etiam ut ordo canonicus, qui secundum beati Augustini Regulam in eisdem ecclesiis noscitur institutus, aut in aliis, Deo propitio instituetur, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter conservetur. In quibus siquidem locis regularis vitæ ordo seu disciplina eodistrictioris moderamine seu discretionis servetur, ut salva professione vitæ canonicalis, fratres non cadendi ad inferiora, sed semper ad perfectiora ascendendi habeant facultatem. Nulli etiam canonicorum licitum sit post factam professionem absque libera præpositi et capituli sui licentia ob levitatem aut discretioris vitæ observantiam ecclesias vestras relinquere et ad alia loca transire. Discedentem vero nullus episcoporum, abbatum et priorum audeat retinere. Si quid vero perturbationis seu discordiæ inter fratres vestræ professionis ortum fuerit, præpositi fratrum vestrarum congregationum in unum convenient, quorum studio et diligentia, controversia, quæ inter eos orta est, si fieri potest, finiatur; alioquin ad episcopum recurratur. Quod si nec per ipsum pax reformari poterit, ad Romanum pontificem causa eadem quantocius perferatur. Præterea ad pacem et quietem vobis perpetuo conferendam statuimus ut, si aliqua ecclesiastica sæcularisve persona vos sive ecclesias vestras super his capitulis, aliisve rebus gravare voluerit, liceat vobis appellationis remedio perfrui. Volumus etiam præpositos vestrarum congregationum in exaltatione sanctæ Crucis convenire singulis annis, ut, si quid in illi de ordine vestro corrigendum, communi consilio ibidem auxiliante Domino statuatur. Ille vero, qui convocandi conventum hujusmodi administrandi habuerit, communiter eligatur. Quod autem ibi de emendatione sive melioratione vestri ordinis institutum fuerit a subditis irrefragabiliter observetur. Fratres quoque, qui de vestris claustris assumpti in aliis ecclesiis sunt constituti præpositi, aut in

posterum constituentur, si forte in seipsis aut in A religione sive ordine canonico deliquerint, aut circa suos subditos negligentes existierint, præpositis claustrorum, unde assumpti sunt, de hujusmodi commissis respondeant, et satisfaciant. Et si fortitudo idem fratres ab ipsa prælacione iudicio dejecti fuerint, aut cedere voluerint, ad claustrum suum unde venerunt, redeant et in obedientia pristina maneant. Porro præpositi et fratres vestræ professionis, qui non dissimilem sed religiosum exoptant habere pastorem, electioni episcoporum interesse absque contradictione aliqua habeant facultatem; congregationes monialium, sive habeant abbatissas sive non, disciplina et magisterio probatæ vitæ vestræ professionis de vita et moribus suis corrigendis de more obediant. Obente vero quolibet vestrorum B præpositorum, nullus ei substituatur, nisi quem superstites præpositi, communi vel sanioris partis consilio decreverint eligendum. De præpositis autem nullus vivens, sive moriens alium sibi audeat subrogare. Sæcularibus etiam canonicis non pateat licentia, qui propter Deum paupertatem elegerunt in sæculo, et divitias contempserunt, injurias seu molestias irrogare. Si quis vero de illis hoc attentare præsumperit, a suo episcopo inde severius corrigatur. Et quoniam frequenter scandala et persecu- C tiones emergunt, quibus servi Dei multoties affliguntur, et e locis suis exire coguntur, si quando contigerint talia, res seu bona vestra mobilia vobiscum liceat asportare, eisque in locis ubi fueritis uti. Liceat etiam vobis sacerdotes publice concubinariorum et incontinentes, et eos qui Simoniaca hæresi convicti sunt sive confessi, in sacramentis vitare, et super his nullam communionem cum eis habere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit, vos vel ecclesias vestras super his nostris constitutionibus temere perturbare, bona vel possessiones vestras auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua ergo in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, po- D testatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini nostri Jesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem vestris ecclesiis sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gerhardus presbyter cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina.

Ego Martinus presbyter cardinalis tituli S. Stephani Cælio monte.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Guido diaconus cardinalis SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Christophorus diaconus cardinalis S. Mariz in Porticu.

Data Laterani per manum Humerici S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xviii Kalend. Decembris, indict. ii, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno viii.

CCCXXVIII

Monasterii S. Joannis Halberstadensis disciplinam, privilegia, possessiones confirmat.

(Anno 1138, Nov. 19.)

[*JARRÉ, Regesta pontif. Rom. p. 583, cum hac mentione: † In tabulario Magdeburg. Ex Schedis Pertzii. †*]

CCCXXIX.

Attonis episcopi sententiam confirmat qua consules Pistorienses, Ecclesiæ bonorum direptores, excommunicati erant.

(Anno 1138, Dec. 4.)

[*ZACHARIA, Anedocta medii ævi, p. 211.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, A. venerabili fratri episcopo et dilectis filiis clero Pistoriensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Super injuria quam clero et Ecclesiæ vestræ a Pistoriensibus illatam esse accepimus, charitati vestræ affectione debita condolemus, et tam in hoc quam in aliis, prout expedit vobis, tanquam charissimis fratribus consilium et auxilium volumus exhibere. Proinde sententiam a B. M. prædecessore nostro papa Paschale in aggressores vestræ Ecclesiæ et bonorum ejus prolatam ratam habemus, et eam quam pro tanta præsumptione et sacrilegio in civis vestros jam dedistis, aut in antea canonice protuleritis, auctore Domino confirmamus.

Datum Romæ secundo Nonas Decembris.

CCCXXX.

Clerum Pisanum, Pistoriensem, Florentinum, Fæsul- lanum, Lucanum, Volterrannum, Senensem, monet ut excommunicationis sententiam in consules Pistorienses pronuntiatam et divulgatam observandam curent.

(Anno 1138, Dec. 4.)

[*ZACHARIA, ibid.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, fidelibus episcopis, abbatibus, clericis et laicis per Pisanum, Pistoriensem, Florentinum, Fæsulanium, Lucanum, Volterrannum, et Senensem episcopatum constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Perlatum est ad aures vestras quod consules Pistorienses in suam matrem Ecclesiam gravissime deliquerunt, eamque suis thesauris, postposita Dei reverentia, spoliaverunt; pro quo nimirum venerabilis frater noster A., ejusdem loci episcopus, in eos sententiam protulit: quia ergo juxta sacræ Scripturæ vocem *frater fratrem adjuvans, civitas munita et fortis*, et proximorum mala debemus propria depu-

tare, mandamus vobis atque præcipimus quatenus A eidem fratri nostro et Pistoriensibus clericis in hoc viriliter assistatis, et sententiam quam idem episcopus jam in illos sacrilegos protulit, aut in antea canonice promulgaverit, per vestras parochias observetis et observari firmiter faciatis.

Datum Romæ secundo Nonas Decembris.

CCCXXXI.

Privilegium pro ecclesia in Gratia Dei.

(Anno 1138, Dec. 8.)

LUDEWIG, *Reliquia Manuscript.*, XI, 545.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HENRICO, præposito ecclesiæ quæ Gratia Dei dicitur ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, in perpetuam memoriam.

Piis votis assensum præbere et religiosos viros in B suis postulationibus exaudire nos convenit, qui quanto fragiliores sumus, tanto magis eorum orationibus. . . . Nec dubium quod si eorum petitionibus clementer annuimus, nostris opportunitatibus omnipotentem Dominum propitium reperimus. Quamobrem, dilecti in Domino filii, vestris desideriis annuentes, ecclesiam quæ Gratia Dei dicitur, in qua divino vacatis officio, apostolicæ sedis privilegio communimus; statuantes ut ordo canonicus, qui secundum beati Augustini regulam et formam traditam a fratre nostro bonæ memoriæ Norberto Magdeburgensi archiepiscopo, ibi est institutus, in eadem ecclesia, futuris temporibus, inviolabiliter conservetur. Sancimus etiam ut nulli fratrum post factam in vestra ecclesia professionem, absque C prælati et fratrum licentia ad alium locum liceat transmigrare, discedentem quoque nullus audeat retinere. Qui etiam, a prælato suo secundo tertiove commonitus, si redire noluerit, canonicam in eo sententiam proferendi præpositus, qui pro tempore fuerit, habeat facultatem. Quia vero fratres communi vita viventes debent aliorum eleemosynis et beneficentiis sustentari, simili modo decernimus ut de laboribus quos propriis manibus vel sumptibus colitis, vel etiam de nutrimentis vestris, nullus a vobis decimas exigere audeat, nec ad eas persolvendas vos quandoque compellat. Adjicimus etiam ut universa bona quæ vobis præfato fratre nostro, Norberto archiepiscopo, vobis concessa sunt, et a D venerabili viro Conrado successore ejus scripto firmata, quæcunque etiam in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Ubeunte vero te nunc ejusdem loci præposito vel tuorum quolibet successorum, nullus eidem loco qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres, communi consensu, aut fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Augustini regulam sibi elegerint, qui etiam alterius professionis clericum in Patrem vel prælatum suscipere non cogantur, sed potius quem in ipsa canonica vita probatum

moribus et scientia, idoneum indicaverint, libere et concorditer eligant sibi per se præpositum faciant. Idem autem præpositus hujusmodi libertatis privilegio collato sibi a venerabili fratre nostro Conrado archiepiscopo gaudeat, ut videlicet nullius expeditionis vel alterius servitii obtentu a pastore Magdeburgensis Ecclesiæ, incommoda exactione gravetur. Si vero concilia sanctorum Patrum aguntur, vocatus adveniat, et debitum honorem et reverentiam archiepiscopo exhibeat. Nulli ergo omnino hominum fas sit eandem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis autem in posterum huic nostræ constitutioni contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, omnipotentis Dei et beatorum Petri ac Pauli apostolorum ejus indignationem iucurrat, excommunicationi subiaceat; conservantibus autem eidem loco quæ sua sunt sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Lucæ presbyteri cardinalis, agentis vicem domini Almerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, vi Idus Decembris, indictione II, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus domini Innocentii II papæ anno IX.

CCCXXXII.

Privilegium pro canonicis Ecclesiæ Portuensis.

(Anno 1138, Dec. 17.)

[FANTUZZI, *Monum. Ravenn.*, II, p. 117.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio JOANNI priori ecclesiæ S. Mariæ in Porto, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Iustis votis assensum præbere, et religiosorum preces benignis auribus exaudire apostolicæ convenit dignitati. Nec dubium quod, si servorum Dei petitionibus, benigne concurrimus, nostris opportunitatibus clementem Dominum reperimus, ut quem admodum divina providentia Patres in Dei populo dicimur, ita etiam affectu prosequente operis salubriter præesse fidelibus mereamur. Cum igitur universis personis ecclesiasticis nos oporteat generaliter providere, erga illos tamen propensiori cura nos convenit esse sollicitos, quos constat majori studio cunctipotentis Dei servitio inhiare et arcliore religione ac morum honestate clarescere. Hoc profecto intuitu, dilecte in Domino filii Joannes prior, tuæ devotionis precibus debita benignitate impertimur assensum, et B. Dei genitricis Mariæ ecclesiam cui, Deo auctore, præesse dignosceris cum omnibus ad eam pertinentibus præsentis privilegii pagina communimus, statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste

et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis auxiliante Domino poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus in perpetuum, et illibata permaneant. Liceat etiam vobis clericos e sæculo fugientes ad conversionem in congregationem vestram suscipere absque alicujus episcopi vel præpositi contradictione sive molestia. Sed et laicos de quibuslibet parochiis vestræ societati ad disciplinæ videlicet regularis conversionem per vos ipsos adjungi, nisi forte aliquibus legalibus conditionibus teneantur obnoxii, nullus episcopus vel præpositus vobis interdiciere audeat. Nulli quoque fratrum ejusdem ecclesiæ licentia pateat post factam apud vos professionem de claustro vel domo vestra discedere aliqua occasione, sine prioris Ecclesiæ aut absque communi congregationis licentia. Quod si quis ex clericis vel laicis professis de claustro vel domo vestra discesserit, et commonitus redire contempserit, priori Ecclesiæ ipsius, qui pro tempore fuerit, apostolica auctoritate sit facultas ejusmodi a suis officiis suspendere et excommunicare; suspensum vero, sive interdictum, vel excommunicatum, nullus episcoporum abbatumve suscipere vel retinere præsumat. Quæ omnia vobis apostolica auctoritate concedimus, quoad scilicet apud vos canonici ordinis tenor, præstanti Domino, viguerit. Præterea clericorum tonsuram in vestro loco regulariter per professionem regulariter volentium vivere nostra concessione vobis facere liceat. Porro clericorum vestrorum ordinationes a quo malueritis Catholico episcopo suscipiendi licentiam habeatis, si quando Ravennata Ecclesia forte antistitem non habuerit, vel si is, qui in ea fuerit, constiterit non esse Catholicum. Sane fructum vestrorum decimas, quas ubilibet vestris laboribus sumptibusque colligitis, nullus episcoporum, vel episcopalium ministrorum a vobis exigere audeat. Sepulturam quoque sacrorum locorum vestrorum liberam omnino esse decernimus, ut eorum, qui se ibidem sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstat. Ad hæc adjicientes statuimus auctoritate præsentis privilegii ut præfata Ecclesia vestra cum omnibus ubilibet ad se pertinentibus ab omni sit extraordinaria functione immunis. Ut videlicet, si quando archiepiscopum Ravennatæ, vel quemlibet episcopum alium in cujus parochia aliquam Ecclesiam vel possessionem habetis, vel decedente archiepiscopo clericos vel laicos ejusdem ecclesiæ ad Romanum pontificem, vel imperatorem cujuslibet rei gratia proficisci contigerit, nullam vobis exactionem in argento aut in equitaturis, vel aliquibus aliis stipendiis de ejusdem ecclesiæ rebus facere audeant, aut ibidem hospitando aliquod unquam inferre. Præterea, si, ingruente bello, cives Ravennates, vel aliarum civitatum, vel locorum homines pro militibus, vel pro munienda civitate, vel castro collectam fecerint, jamdictam Ecclesiam vestram

A ab omni exactione nihilominus immunem esse præcipimus. Justis quoque postulationibus vestris clementius annuentes, Aquimolum, cum rellimine, seu adjacentiis suis extra portam S. Laurentii Ravennatis, ubi molendinum construxistis juxta pontem qui supra aquam ante eandem Portam fluentem consistere cernitur in superiori, et exteriori parte ejusdem pontis ad jus B. Petri pertinens sub censu unius denarii Lucensis monetæ a vestra Ecclesia nobis, nostrisque successoribus annualiter persolvendo. Quæcunque præterea a venerabili fratre nostro Gualterio Ravennatæ archiepiscopo Ecclesiæ, vestræ divinæ pietatis intuitu collata sunt, vobis præsentis scripti pagina confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabiniensis episcopus ss.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. Apostolorum ss.

Ego Petrus presbyt. card. tit. Sancti Marcelli ss.

Ego Crescentius presbyt. card. tit. SS. Marcellini et Petri ss.

Ego Comes cardinalis tit. S. Eudoxiæ ss.

Ego Anselmus presbyt. card. tituli S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Guido indignus S. Romanæ Ecclesiæ sacerdos ss.

Ego Gripho presbyt. card. tit. Pastoris ss.

Ego Jero presb. card. tit. SS. Laurentii et Damasi ss.

Ego Otto diacon. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diac. card. SS. Cosmæ et Damiani ss.

Ego Vass. diac. card. S. Eustachii ss.

Ego Hubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata ss.

Ego Grisogonus diac. card. S. Mariæ in Porticu ss.

Ego Gerardus diac. card. S. Mariæ in Dominica ss.

Datum Laterani per manum Lucæ presbyt. card. agentis vice D. Aimerici, S. Romanæ Ecclesiæ diaconi card. et cancellarii, XVI Kal. Jan. indict. XI, Incarnat. Domin. anno 1138, pontificatus vero Innocentii papæ II anno IX.

CCCXXXIII.

Privilegium pro abbacia Florefflensi ordinis Præmonstratensis.

(Anno 1138, Dec. 21.)

[MIRÆUS, *Opp. diplom.* IV, 41.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GERLANDO Florefflensi abbati, ejusque successoribus canonice instituendis in perpetuum.

Justis votis assensum præbere, et religiosorum preces benignis auribus exaudire apostolicæ convenit dignitati. Hoc profecto intuitu, dilecte in Domino filii Gerlande abbas, tuæ devotionis precibus debita benignitate impertimur assensum, et Florefflensem ecclesiam cui, Deo auctore, præesse dignosceris, cum omnibus ad eam pertinentibus, præsentis privilegii pagina communimus.

In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: Curtem de Meillinga, curtem de Herlémont cum sexaginta bonnariis et decima ejus, allodium in capella. Item in eadem capella terram Folorini, et terram Arnulphi, quam tenetis ab Ecclesia Loblensi sub censu duorum denariorum; curtem de Serevilla, et dimidiam partem decimæ ejus, et terram quam tenetis in valle Columbina a Waltero de Villers, sub censu septem solidorum, et quatuor denariorum, molendinum quoque super Sambram fluvium, in allodio quod dicitur Avulois, cujus dimidiam partem tenetis a Gerardo clerico, et Godescalco fratre ejus Morelmeis, sub censu duorum solidorum, reliquas vero duas partes ab ecclesia Beati Foillani Fossensis, et a quodam Hugone nobili viro, sub censu duorum solidorum. Item duo molendina Vangir, unum sub censu duorum solidorum, et alterum sine censu, et terram quam tenetis ab Hugone Multone citra Sambram in parochia vestra; curtem etiam de Vervis, dimidiam partem allodii de Timeon, domum insuper Hospitalium in villa Wanze, cum suis omnibus appendiciis, sub reditu unius aurei, a comitissa Emisende beato Petro oblatam. Item decimam et dotem ubicunque adjacentem Florefflensi ecclesiæ, cum mansionariis et cæteris rebus eidem possessioni subditis, domum quoque parochiæ, et censum capitis familiæ, qui super altare ponitur, appendices ecclesias, videlicet Sancti Laurentii de Sartho, Sancti Martini de Jodjou, Sanctæ Gertrudis de Florefflo, aliamque ecclesiam B. Martini; capellam similiter comitis cum suis omnibus pertinentiis, quæ nimirum cum præfata ecclesia B. Maræ a Godefrido Namurcensi comite data sunt. Dimidium præterea Ardenellam, et triginta bonnaria apud Sartum Bernardi, et tertiam partem postulatæ. Simili quoque modo sancivimus, ut de laboribus, quos propriis manibus sumptibusve colligitis, seu de vestris nutrimentis, dare decimas cuiquam non cogamini. Ordinem quoque, et propositum vestrum canonice vivendi secundum B. Augustini regulam, et institutionem Præmonstratensis Ecclesiæ, nullus audeat immutare, vel super vos ordinem alterius professionis

A inducere. Fratrum etiam vestrorum, qui stabilitatem et obedientiam promiserunt, absque proprii abbatis et capituli sui licentia nullus discedere, discedentemque nullus audeat retinere. Ut etiam ecclesia vestra pro communi interdicto parochiæ non vacet solummodo ne illi recipiantur, quos interdictos vel excommunicatos esse constituerit.

Porro libertatem ecclesiæ vestræ ab Alexandro Leodiensi episcopo privilegio determinatam, atque firmatam assensu Ecclesiæ suæ, vobis auctoritate apostolica confirmamus, ut videlicet sicut parochia, ita presbyter parochianus in manu solius abbatis sit, a synodo et consilio liber et ab omni prorsus archidiaconi et decani censura, nec decanus nisi cum archidiacono illuc veniat.

B Chrisma quoque, oleum, consecrationes altarium, ecclesiarum, ac ordinationes clericorum a diocesano episcopo accipietis, si gratiam apostolicæ sedis habuerit, et ea vobis gratis et sine exactiōne aliqua exhibere voluerit. Alioquin eadem a quolibet Catholico accipiatis episcopo, qui nostra fultus auctoritate, quod postulat, indulgeat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit vos, vel prædictam Florefflensem ecclesiam super hac nostra constitutione temere perturbare, aut ejus bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.

C Si quis autem ausu temerario huic nostro decreto contraire præsumperit, secundo tertiove communitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei, et B. Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat et excommunicationi subiaceat; conservantes vero Dei et Domini Redemptoris nostri, et eorumdem apostolorum gratiam consequantur. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Data Laterani per manum Henrici S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xii Kal. Januarii, indictione 1, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno ix.

CCCXXXIV.

Fundationem ac privilegia abbatiæ Vicomensis, religiosorum ordinis Præmonstratensis juxta Valentinas, confirmat.

(Anno 1138, Dec. 21.)

[MIRÆI, *Opp. dipl.*, tom. IV, p. 12.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei dilecto filio GUARINO abbati de Casa Dei, in silva quæ dicitur Viconia, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi et honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium.

Profunde, dilecte mi in Domino filii Guarine abbas, A
tuis justis petitionibus clementer annuimus, et
ecclesiam Casæ Dei, cui Domino auctore præsidet,
cum omnibus ad ipsam pertinentibus, præsentis
scripti pagina communimus, statuentes ut quas-
cunque possessiones, quæcunque bona idem vene-
rabilis locus in præsentiarum juste et canonice
possidet, aut in futurum concessione pontificum,
largitione regum vel principum, oblatione fidelium,
seu aliis justis modis, Domino propitio, poterit ad-
ipsi, firma tibi tuisque successoribus et illibata
permaneant.

In quibus hæc propriis visa sunt exprimenda
vocalibus: Tiliois, Maisnil, Belmont, Hatinies. Porro
ordinem et propositum vestrum canonice vivendi
secundum B. Augustini regulam, et institutionem
Præmonstratæ Ecclesiæ, nullus audeat immutare,
vel super vos ordinem alterius professionis inducere.
Fratrum etiam vestrorum qui stabilitatem et obe-
dientiam promiserunt, absque proprii abbatis et
capituli sui licentia nullus discedere, discedentem
nullus præsumat retinere.

Quod si canonice vocatus redire contempserit,
abbas in eum perferendi sententiam habeat pote-
statem. Ecclesia quoque vestra pro communi in-
terdicto parochiæ non vacet, sed exclusis excom-
municatis, divina celebret officia. Simili modo sac-
cumptibus ne de laboribus, quos propriis manibus
sumptibus colligitis, seu de vestris nutrimentis
dare decimas cuiquam cogamini.

Quia vero quieti vestræ magis ac magis convenit
nos providere, et circa divina officia vos cupimus
esse assiduos, simili modo statuimus ut neque tu,
dilecte in Domino filii Guarine abbas, nec aliquis
successorum tuorum, nisi forte vocatus ad synodum,
vel alia negotia præsumatis abire.

Nulli ergo hominum fas sit præfatam ecclesiam
temere perturbare, aut ejus bona, vel possessiones
auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibus-
libet molestiis fatigare, sed omnia integra conser-
ventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione
concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis
autem ausu temerario huic nostro decreto contraire
præsumperit, secundo tertiove comunitus, nisi
reatum suum congrua sua emendatione correxerit,
indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri
et Pauli apostolorum ejus incurrat, et excommu-
nicationi subiaceat. Conservantes vero Dei ac Do-
mini Redemptoris nostri, et eorundem apostolorum
gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Lucæ presbyteri
cardinalis, agentis vicem domini Aymerici, sanctæ
Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii,
xii Kal. Januarii, indictione 1, Incarnationis Domi-
nicæ anno 1138, pontificatus vero domini Innocentii
papæ II anno nono.

CCCXXXV.

Præmonstratensem ecclesiam sub B. Petri prote-
ctione suscipit.

(Anno 1138, Dec. 21.)

(Hugo, *Annal. Præm.*, I, p. 11.)

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei,
dilecto filio HUGONI Præmonstratensi abbati, ejusque
successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Justis votis assensum præbere et religiosorum
preces benignis auribus exaudire, apostolicæ con-
venit dignitati. Nec dubium quod, si servorum Dei
petitionibus benigne concurrimus, nostris oportuni-
tatibus clementem Dominum reperimus, ut quemad-
modum divina providentia Patres in Dei populo
dicimur, ita etiam effectu prosequente operis salu-
briter præesse fidelibus mereamur. Cum igitur
universis personis ecclesiasticis nos oporteat gene-
raliter providere, erga illos tamen propensiori cura
nos convenit esse sollicitos, quos constat majori
studio omnipotentis Dei servitio inhiare, et acriori
religione ac morum honestate clarescere. Hoc pro-
fecto intuitu, dilecte in Domino filii Hugo abbas, tue
devotionis precibus debita benignitate impertimur
assensum, et Præmonstratensem ecclesiam cui, Deo
auctore, præesse dignosceris, cum omnibus ad eam
pertinentibus, præsentis privilegii pagina commu-
nimus, statuentes ut quascunque possessiones,
quæcunque bona idem venerabilis locus in præsen-
tiarum juste et canonice possidet, aut in futurum
concessione pontificum, largitione regum vel prin-
cipum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis,
Deo propitio, acquirere poterit, firma tibi tuisque
successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc
propriis duximus exprimenda vocalibus, atque in-
terventu venerabilium fratrum nostrorum Bartholo-
mæi Laudunensis, et Simonis Noviomensis episco-
porum, vestro monasterio confirmanda: ambitum
scilicet vallis Præmonstratensis, sicut in vestris
scriptis continetur, et certis terminis definitur, ab
omni videlicet exactione liberum tam terragii, quam
decimæ, sive census, curiam quoque de Fontenellis,
cum vivario et duabus partibus molendinorum sub-
jacentium, cæterisque appendiciis suis, curtem de
Merlin cum vineis suis, curtem de Roseriis cum
pertinentiis et appendiciis suis, curtem de Vercigny
cum appendiciis suis, curtem de Souppy cum mol-
endinis subjacentibus in flumen quod dicitur Axona,
cæterisque appendiciis et pertinentiis suis, duas
partes decimæ de Chavus. Apud Valavergni decem
modios vini de decima ejusdem villæ, decimam cum
terragio de Vrevin, et terra Concivilla, exceptis
duobus modiis, quæ inde persolvi debent ecclesiæ
B. Mariæ Nogenti, vivarium etiam et molendinum
juxta eandem villam, sicut hæc ipsa habuerat in
suo dominio Ingelrannus filius Thomæ de Marla in
prædictis duabus villis. Census de Poilly, molendi-
num de Rochis, molendinum de Proisel, molendinum
de Achery, molendinum de Cortun, molendinum de
Cenceny, vinagia de Bourguignon, terrain de Carreni,

duas partes molendini de Aquila, vineas de Brovencourt, Ursignicourt, Brummont, Lizy, Valavri-gny, Montarcenne, et de Montbavin, vineas de Coucy castello, et de Coucivilla, vinagia et vineas de Novavilla in Suessionensi episcopatu, in suburbio civitatis curtem et locum, torcularium et vineas. Apud Pomerias vinagia, census denariorum Branæ castri, et Branellæ villæ, curtem de Biucy cum vineis, cæterisque pertinentiis suis, molendinum de Rnpibus, quod sub eadem villa est, curtem de Clamecy cum torculari, vineis et aliis pertinentiis. Apud Sorny, duo torcularia, vineas et alios redditus, curtem de Tenselva cum pertinentiis suis, curtem de Lully, et dimidium molendinum cum cæteris pertinentiis. Apud Bethencourt vinagia et alios redditus. Apud Pinon quemdam censum, et tertiam partem minutæ decimæ de Atrio, et sextam partem cuiusdam molendini, et decimam quam Josbertus ibidem habuit, capellam et curtem de Rosel, cum molendino, vivario, torculari, vineis et omnibus pertinentiis suis. In monte de Trosly curtem unam, et in valle aliam, cum terris, vineis et aliis pertinentiis suis, et partem villæ cum suis appendiciis, quam Andreas de Boldimento vobis contulit, sicut eam in dominio suo tenebat, et quædam alia ab aliis Dei fidelibus oblata, curtem de Bincy cum pertinentiis suis, curtem de Allechi, et duas partes decimæ, vineas cum cæteris appendiciis. Apud Cauny censum et vinagia. In villa quæ dicitur Pons S. Medardi, quartam partem decimæ. Apud Margival dimidium molendinum, medietatem castanearum a Vausaillon. In episcopatu Noviomensi altare et curtem de Bonolio cum pertinentiis suis, curtem de Bohmont, curtem de Calveni, allodium de Germaines, curtem de Montisel, curtem de Thory, curtem de Landricourt. Et in suburbio Noviomensi, terram, vineas et prata, curtem cum his quæ ad eam pertinent. Molendina Despeville, et dimidiam partem decimæ ejusdem villæ. Dnas partes decimæ Destoily. Sextam partem decimæ de Duri, molendina de Offois, et duas partes decimæ ejusdem villæ, tertiam partem decimæ de Greycy, dimidiam sedem cuiusdam molendini apud Dinisam, et medietatem decimæ ejusdem villæ, duas partes decimæ de Sancta Rade-gunde, duas partes decimæ de Calveni, tertiam partem decimæ de Caullaincourt, duas partes decimæ de Gricourt, tres partes dimidiæ partis decimæ de Leberives, tertiam partem decimæ de Lancy decimam de Kivres, tertiam apud Omencourt, tertiam de Liencourt, et de Curcy; tria jugera apud Creum, capellam S. Nicolai liberam apud S. Quintinum, curtem allodiorum cum suis appendiciis, curtem de Voiana cum appendiciis, curtem de Haropis in allodio cum decima, duas partes decimæ de Bechin-court, duas partes decimæ de Cartigny, totam decimam de Falvi, excepta minuta, quartam partem de Aldeni, molendina de Escauly, cum appendiciis suis, molendina de Hamel, sedes cuiusdam molendini apud Pieton. Illud etiam humanitatis

A ratione perspeximus et præsentî decreto in perpetuum valituro sancimus, ut sorores quæ per laborem fratris nostri bonæ memoriæ Norberti Magdeburgensis archiepiscopi, et vestram exhortationem, ad omnipotentis Dei servitium accesserint, et semetipsas Domino obtulerunt, de bonis Ecclesiæ vestræ, quorum non modica pars eidem loco per eas noscitur pervenisse, sine cujusquam contradictione nunc et semper, in sustentatione temporalium necessaria consequantur. Simili quoque modo decernimus ut de laboribus, quos propriis manibus sumptibusque colligitis, dare decimas cuiquam non cogamini, sed nec alicui episcopo liceat qualibet occasione in ecclesia vestra divina officia prohibere. Si vero generale interdictum in diocesi factum fuerit, exclusis excommunicatis, et clausis januis nihilominus divina officia celebretis. Porro ordinationes canonicorum, vel consecrationes altarium vel basilicarum, seu reliqua ecclesiastica sacramenta a Laudunensi suscipietis episcopo, si quidem Catholicus fuerit, et gratiam atque communionem sedis apostolicæ habuerit; alioquin Catholicum quemcumque malueritis adeatis antistitem, qui nostra fulvis auctoritate, quod postulatur indulgeat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia vobis integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis autem ausu temerario huic nostræ constitutioni scienter contraire præsumperit, secundo tertiove communitus, si non præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, excommunicationi subjaceat. Conservantes autem hæc, omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Lucae cardinalis presbyteri, agentis vicem domini Aymerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis diaconi et cancellarii, xii Kalend. Januarii, indictione ii, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domini Innocentii papæ secundi anno viii.

CCCXXXVI.

Monasteriis Præmonstratensibus immunitatem decimarum tribuit.

(Anno 1138, Dec. 21.)

LEPAGE, *Biblioth. Præm.*, p. 624.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbatibus, præpositis ac reliquis fratribus Præmonstratensis ordinis atque professis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum

Decimas a populo sacerdotibus atque levitis esse solvendas divinæ legis sanxit auctoritas. Cæterum a canonicis sive clericis communi vita viventibus nulla ratio sinit, ut episcopi vel personæ quælibet ecclesiasticæ seu mundanæ decimas de ipsorum laboribus propriis, vel nutrimentis accipiant, hæc

scilicet Gregorio magno et egregio doctore attestante A atque dicente: « Communi vita viventibus de faciendis elemosynis et exhibenda hospitalitate nobis quid erit dicendum, cum omne quod superest in piis causis debeant erogare? » Quamobrem præsentis scripti pagina sancimus et auctoritate apostolica constituimus, ut nulli episcopo, nulli ecclesiasticæ sæcularive personæ licentia pateat, de laboribus quos propriis manibus sumptibusque colligitis, vel etiam de nutrimentis vestris, decimas a vobis exigere, nec quietem vestram occasione aliqua perturbare; sed potius ab hujusmodi vexationibus et exactionibus expediti, divino servitio diebus ac noctibus libera mente vacetis. Si quis autem ausu temerario contra hoc venire tentaverit, et præsumptionem suam satisfactione congrua non emendaverit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat.

Datum Laterani, xii Kalend. Januarii.

CCCXXXVII.

Privilegium pro ordine Præmonstratensi.

(Anno 1138, Dec. 21.)

[*Le Paige, Biblioth. Præm., p. 624.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbatibus ac præpositis ordinis Præmonstratensis atque professis, salutem et apostolicam benedictionem.

Qui divina disponente clementia locum pastoris obtinere meretur, necesse habet non solum de sua, sed etiam de fratrum suorum salute sollicitè cogitare. Certus existens quod sicut pro bonis operibus tam suis quam eorum qui sibi committuntur, retributionem a Domino et benedictionem accipiet. Ita e contrario, si, quod absit! vel ipse aberraverit, vel subditos suos exorbitare permiserit, sententiam damnationis incurret, quem etiam oportet medici vicem agere, ut quæ cognoverit fovenda consueat, et quæ viderit amputanda ferè discretionis abscondat. Hoc nimirum intuitu constituimus ut, si aliquis abbatum vestri ordinis atque professionis, sive Præmonstratæ Ecclesiæ, sive alterius loci, quod Deus avertat! in crimine fuerit deprehensus, aut prorsus inutilis in officio apparuerit, communi omnium vestrum, vel etiam majoris et sanioris partis consilio, hujusmodi deponendi, et loco ejus alium subrogandi ex nostra concessione habeatis liberam facultatem.

Datum Laterani, xii Kalend. Januarii.

CCCXXXVIII.

Ecclesiæ Bellævallis bona confirmat.

(Anno 1138, Dec. 21.)

[*Hugo, Annal. Præm., I, p. 205.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PHILIPPO abbati Bellævallis, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis debet effectu consequente compleri, ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus,

et quod a Dei fidelibus, præsertim a venerabili fratre nostro bonæ memoriæ Rainaldo Remensis Ecclesiæ archiepiscopo, in ecclesiis, domibus, silvis, aquis aquarumve decursibus, terris cultis et incultis, vobis pia devotione rationabiliter collata sunt et suo scripto firmata vobis, et per vos monasterio vestro apostolicæ sedis privilegio confirmamus; in quibus hæc propriis vocabulis exprimenda subjungimus: ipsum videlicet locum qui Aureavallis dicitur, a venerabili fratre nostro Alberone Viridunensi episcopo communi assensu et consilio suæ Ecclesiæ, annuentibus et petentibus Rainaldo Barensi et Henrico de Grantpreit comitibus, vobis vestrisque successoribus cum suis omnibus appendiciis, terris cultis, vel incultis, pratis, silvis, aquis concessum. Possessionem quoque quæ dicitur Anement super Mosam fluvium sitam, quam per manum prædicti fratris nostri Rainaldi archiepiscopi ab Hugone Remensi de vico Judæorum ejusque filio Ernaldo septem libris denariorum emistis, propter quam etiam Hugoni de Duzio sexaginta solidos dedistis, a quibus nimirum idem locus cum suis omnibus pertinentiis, terris videlicet, cultis vel incultis, pratis, silvis, aquis prænominato venditionis et emptionis titulo vobis est traditus, molendina quæ prænominati fratris nostri concessione et traditione supra Mosam construxistis. Aquam etiam mortuam, quæ Ramum dicitur, et terram quam Willelmus Manses assensu fratrum suorum vobis donavit, et terram ab Holdiarde et Rogero marito suo et fratribus atque sororibus, et nepotibus suis cum personis propriis vobis collatam. Locum qui Crisseium dicitur, ab Adelaide de Grantpreit et filio ejus Joanne et fratribus suis cum suis omnibus pertinentiis, terris scilicet cultis et incultis, pratis et sedibus molendinorum in Axona et usibus piscationis et silvæ quantum necesse fuerit ad ædificandum et comburendam, vobis et ecclesiæ vestræ divini amoris intuitu donatum. Decimas sane quas dilectus filius noster Ursus abbas monasterii Sancti Dionysii Remensis sub censu trium solidorum Remensis monetæ annis singulis persolvendorum ecclesiæ vestræ concessit, nullus a vobis exigere præsumat. Confirmamus insuper vobis terram, piscaturam, et prata ab Helia de Burgo vobis donata, terram quæ dicitur Wamel cum omnibus appendiciis, terris cultis vel incultis, pratis, silvis et aquis vobis præsentis scripto firmamus. Porro decimas laborum vestrorum quos propriis manibus seu sumptibus excolitis, nullus a vobis exigere, aut exactionem aliquam imponere ecclesiæ vestræ præsumat; nulli quoque omnino hominum fas sit ecclesiam vestram temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed et omnia integra conserventur vestris et pauperum usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non congrue satisfecerit, potestatis hono-

risque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Lucæ presbyteri cardinalis, agentis vicem domni Aymerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xii Kalend. Januarii, indictione ii, Incarnationis Domini anno 1139, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno nono.

CCCXXXIX.

Privilegium pro monasterio S. Nicolai Clarifontensis.

(Anno 1138, Dec. 21.,

[Hugo, *ibid.*, p. 402.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GERARDO abbati sancti Nicolai de Claro fonte, ejusque successoribus canonicè sufficiens in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis, prosequente debet studio confoveri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata, vires indubitanter assumat. Interventu itaque venerabilium fratrum nostrorum Bartholomæi Laudunensis et Nicolai Cameracensis episcoporum, tuis, dilecte in Christo filii Gerarde abbas, justis petitionibus paterna benignitate annuimus, et ecclesiam Sancti Nicolai de Claro fonte, cui Domino auctore præsidet, cum omnibus suis pertinentiis, præsentis scripti pagina communitimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui secundum beati Augustini regulam et institutionem fratrum Præmonstratensium, in eadem ecclesia stabiliter futuris temporibus, ibidem inviolabiliter conservetur. Sanximus etiam ut nulli fratrum ejusdem ecclesiæ licentia pateat post factam ibi professionem, absque tuo assensu et capituli ipsius loci, ad aliam ecclesiam convolare, nec eundem transmeantem cuique suscipere liceat, vel tenere; qui etiam, si invitatus canonicèque monitus, recedere noluerit, abbas in eum canonicam sententiam proferendi habeat facultatem. Si vero generale interdictum in loco ubi vestra ecclesia sita est, factum fuerit, exclusis excommunicatis, clausis januis, divina liceat officia celebrare. Decernimus in posterum, ut quascunque possessiones, quæcumque bona ecclesia Sancti Nicolai in præsentiarum canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Domino propitio, acquirere poterit, et tibi tuisque successoribus firma et illibata permaneant; in quibus hæc propriis exprimenda vocabulis duximus:

A In episcopatu scilicet Laudunensi, abbatiam ipsam Clari-fontis cum omni decima, et terragio fundorum tibi adjacentium, scilicet a fonte Emelium per novalia Rebonis, Alberti et Danseri, usque ad viam de Rosbais (*Roubais*), et ex alia parte a fossis de Montimbre per pulchram Quercum usque ad siccum Sumerum, terram etiam de Bray, cujus terræ longitudo a fine terræ Clari-fontis usque ad terram Boucoy (*Boucoy*); latitudo vero inter duos rivos, Bray et Gerbais, extensa esse cognoscitur. Præterea ultrarivum de Bray duas carucatas terræ, quæ omnia intra parochiam de Wimiis (*hodie Vimis*), continentur. In parochia autem de Lusoir totam terram, illa quæ est inter Bray et Gerbais, quam contulit Gibrardus cognomento Boverius. Totam etiam terram B inter Braium et Sumerum quæ ad territorium de Lusoir pertinet, a terra de Geregnies (*Gerenies*) usque ad territorium de Vo-miis, quam contulit Rabodo, uxor ejus Bruna ac liberi, pro cujus terræ tota decima, tam agriculturæ quam educationis animalium ecclesiæ S. Petri de Buciliaco, cujus est altare de Lusoir duodecim nummi, ecclesiæ vero Sancti Michaelis duos solidos. Sacerdoti vero Lusoir duodecim Valentiniensis monetæ annuatim persolvi debent. In parochia vero de Sorbais allodium quod dederunt Gerardus et Gofridus filii Hugonis Malvais assensu matris et fratrum suorum. In episcopatu autem Cameracensi, terram quæ olim Malus rivus, nunc autem Pulcher Rivus (*hodie Beautron*) nuncupatur, pro cujus fundo hæredibus x solid. Valentiniensis monetæ, pro universa vero ejus decima, tam majori quam minuta x solidi ejusdem monetæ ecclesiæ Sancti Michaelis annuatim persolvuntur. Duas etiam culturas de Heresiis (*Lersy*) et de Marcella ab omni censu liberas; terram quoque de Marcella sub censu duorum solidorum Valentianensium, et duas culturas, unam apud Heresias, alteram juxta Plancham sub censu quatuor denariorum. Quia vero fratres communem vitam ducentes, ex aliorum beneficentia et eleemosyna debent vivere, constituimus ut de laboribus quos propriis manibus sumptibusque colligitis, decimas cuiquam dare non cogamini. Porro ordinationes clericorum, consecrationes altarium vel basilicarum, seu etiam reliqua ecclesiastica sacramenta, a Laudunensi suscipiatis episcopo, siquidem Catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, eaque vobis sine pravitate et exactione voluerit exhibere; alioquin Catholicum quemcumque malueritis, adeatis antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulastis, indulgeat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prælatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia vobis integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura. Si quis sane ausu temerario, huic nostræ constitutioni scienter contraire præsumperit, secundo tertiove commonitus, si non præsumptionem

suam congruâ emendatione correxerit, excommunicationi subiaceat. Conservantes autem hæc, omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus benedictionem et vitam æternam consequantur. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Data per manus Luepori cardinalis, agentis vices domni Emerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xii Kal. Januarii, indictione xi, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domni Innocentii papæ secundi anno ix.

CCCXL.

Monasterii S. Nicolai Septem Fontium (dioc. Lingon.) possessiones et privilegia confirmat.

(Anno 1138, Dec. 21.)

[Hugo, *Annal. Præm.*, II, p. 487.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BESCELINO, abbati Sancti Nicolai de Septem-Fontibus, ejusque successoribus canonice profitentibus, in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri assensum. Proinde, dilecte in Domino filii Besceline abbas, tuis justis petitionibus clementer annuimus, et ecclesiam Sancti Nicolai de Septem-Fontibus, cui Deo auctore præses, cum omnibus ad ipsam pertinentibus præsentis scripti pagina communimus; statuentes ut quasunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant: in quibus hæc propriis visa sunt exprimenda vocabulis: videlicet quidquid possidetis de allodio de Villers, tam in terris cultis, quam incultis, et omnibus usibus. Et etiam quæ habetis in finibus de Roseriis, et de Andelo, et de Brualcort, pascua scilicet equis, vaccis, porcis, ovibus, vel quælibet animalibus vestris necessaria tam in silvis, quam in cæteris locis. Præterea molendina quæ sita sunt in allodio de vineis. Universa quoque quæ fratres ejusdem loci ex concessione Bartholomæi de Nojant ab hominibus ipsius per eum feudum tenentibus infra fines de Andelo juste et canonice acquisierunt, aut in futurum acquirere poterunt, libere et absolute vobis habenda et possidenda concedimus. Insuper etiam locum qui dicitur Frangesvaul cum omnibus appendiciis suis, et terris tam cultis quam incultis, pratis, aquis et silvis vobis nihilominus confirmamus; quemadmodum frater noster Wileneus Lingonensis episcopus bonæ memoriæ universitati vestræ concessit, et scripto firmavit. Ipsum quoque locum de Septem Fontibus, cum Francavalle a Radulpho abbate ecclesiæ Sancti Petri de Monte, assensu fratrum suorum, sub censu aurei nummi singulis annis, vel

etiam in quarto anno byzantii suæ ecclesiæ persolvendo in festivitate beati Petri, causa conservandæ charitatis atque humilitatis liberum vobis concessum, nec non fraterna consuetudine in exsequiis defunctorum hactenus habita, etiam in antea perpetuo conservanda, vobis pariter confirmamus. Adjicientes insuper ut abbas Septem Fontium, qui pro tempore fuerit, neminem fratrum ecclesiæ Beati Petri posthæc in eodem loco, professione et obedientia facta, absquæ communi assensu fratrum ejusdem ecclesiæ Beati Petri recipiat. Abbas quoque Sancti Petri hoc ipsum erga vos illibate custodiat. Quia vero communem vitam ducentes de aliorum elemosynis et beneficentia debent vivere, constituimus ut de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu etiam de nutrimentis vestris dare decimas cuiquam non cogamini. Porro ordinem et propositum vestrum vivendi canonice secundum beati Augustini regulam, et institutionem Præmonstratensis Ecclesiæ nullus audeat immutare, vel super vos ordinem alterius professionis inducere. Fratrum etiam vestrorum, qui stabilitatem et obedientiam promiserunt, absque proprii abbatis et capituli sui licentia nullus discedere, discedentem vero nullus audeat retinere: quod si vocatus canonicè, redire contempserit, abbas in eum proferendi sententiam habeat facultatem. Ecclesia quoque vestra pro communi interdicto parochiæ, non vacet, sed exclusis excommunicatis vel interdictis, divina vobis liceat officia celebrare.... Simili modo sancimus ut neque tu, dilecte in Domino filii Besceline abbas, nec aliquis successorum tuorum, nisi forte vocatus ad synodum vel alia negotia præsumatis abire. Nulli ergo omnino hominum liceat præfatum cænobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibus libet aliis molestiis fatigare, sed omnia integra et illibata conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrua satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtam judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Lucæ presbyteri cardinalis, agentis vices domni Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xii Kal. Januar. indict. 1, Incarnationis Dominicæ

anno 1138, pontificatus vero domni Innocentii II A
papæ anno IX.

CCCXLI.

Ad Manassem Meldensem episcopum.

(Anno 1138.)

[DUPLESSIS, *Histoire de Meaux*, t. II, p. 33.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri MANASSE Meldensi episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Suscepti regiminis cura nos admonet, ita disponente Domino, erga singulos attentam sollicitudinem atque vigilantiam adhibere, ut in ecclesiasticis dispositionibus nulla confusio inducatur, sed potius unicuique suum jus et propria dignitas conservetur. Hujus rei gratia, venerabilis frater, Manasses episcope, devotionem tuam erga sedem apostolicam attendentes, tuis desideriis debita benignitate impertimur assensum, et Meldensem Ecclesiam cui auctore Domino præsides, præsentis privilegii pagina communimus, et jus episcopale quod prædecessores tui tenuisse noscuntur in omnibus abbatibus, monasteriis, et ecclesiis quæ infra Meldensem episcopatum sitæ sunt, tibi tuisque successoribus confirmamus. Nulli ergo hominum liceat super hac nostra confirmatione te vel successores tuos temere perturbare, aut aliquam vobis exinde diminutionem vel contrarietatem inferre, etc.....

Datum Laterani anno Incarnationis Dominicæ 1138.

CCCXLII.

Ad Walterum Augustensem episcopum.— *Hortatur ut Engelsaltem abbatem Benedictoburanum cum fratribus in gratiam et communionem recipiat.*

(Anno 1138.)

[PEZ, *Thes. Anecd.* IV, III, 633.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri W. Augustensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Noverit tua fraternitas quod E. Burensis monasterii abbas, et O. confrater suus, cum sedem apostolicam anno præterito visitassent, ex mandato nostro a sententia qua eos alligaverat sunt soluti. Proinde per apostolica tibi scripta mandamus, atque mandando præcipimus quatenus omni dissimulatione submota eos in ecclesiastica communione suscipias, et præfatum monasterium nec in bonis nec in personis de cætero inquietes, nec ab aliquo infestari permittas.

Molestam autem nobis est quoniam litteris nostris non qualem decuit reverentiam exhibuisti, et fratres ipsos post susceptos apostolicos apices infestasti. Eapropter mandando præcipimus quatenus fratres, qui pro tua infestatione ab eodem monasterio recesserunt, ad locum suum reducas, vel libere redire permittas.

CCCXLII bis.

Privilegium pro ordine Præmonstratensi.

(Anno 1138, Dec. 29.)

[LE PAGE, *Biblioth. Præm.*, I, p. 624.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis abbatibus, præpositis et prioribus ad

PATROL. CLXXIX.

quos litteræ istæ pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Non videtur fraternæ charitatis amore succensus qui quod sibi non vult fieri, proximo suo ausu temerario inferre præsumit; sed et quanto aliquis majore dignitate atque officio decoratur, quoque amplius religiosus dici et esse desiderat, eo magis debet attendere, ne quidquam extraordinarium vel minus canonicum in suis actionibus valeat inveniri, sed potius ejus opera coram hominibus luceant, et per ipsius bona studia omnipotens Dominus collaudetur. Cujus rei gratia fraternitati vestræ mandamus et apostolica auctoritate præcipimus ut nullam de conversis vel cæteris fratribus Præmonstratensis ordinis post factam in suo loco professionem et promissam obedientiam absque prælati sui licentia recipiatis. Et si quis eorum contra hanc nostram prohibitionem ad vos confugium fecerit, absque contradictione vel molestia eundem transfugam proprio abbati vel transfugo reddatis. Quod si contemptores extiteritis, indignationem sedis apostolicæ vos incururos esse sciat.

Datum Laterani quarto Kalendas Januarii.

CCCXLIII.

Ad Stephanum Æduensem episcopum.— *Al. abbatem Vizeliacensem instituit.*

(Anno 1131-1139, Jan. 27.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 402.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri STEPHANO Æduensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum tua novit fraternitas, Vizeliacense monasterium, pro pastoris absentia tam in temporalibus quam in spiritualibus maximum sustinuit detrimentum. Ne igitur ipsum monasterium propter hoc diutius fatigetur, dilectum filium nostrum AL., subpriorem Cluniacensem, ejusdem loci monachis in abbatem dedimus. Ideo fraternitati tuæ mandamus, quatenus ei vice nostra manuum benedictionis imponas.

Datum VI Kal. Februarii.

CCCXLIV.

Ad Gregorium Bergomatem episcopum.

(Anno 1138-1139, April. 9.)

[LUPUS, *Cod. diplom. Bergom.*, II, p. 1018.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri G[REGORIO] Bergamensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Fraternitatem tuam latere non credimus quoniam nos de discordia quæ inter clericos Sancti Vincentii et Sancti Alexandri agebatur affectione paterna dolentes susceptis sacramentis eam definivimus et definitionem scripti nostri auctoritate firmavimus. Et quoniam quidam, sicut accepimus, pacis et concordie turbatores mandatum nostrum super hoc cavillationibus suis negligunt observare, per præsentia tibi scripta mandamus atque præcipimus quatenus de sede in mensa præceptum nostrum, et de fidelitate clericorum ac cæteris sententiam, inter

ipsos a nobis datam irrefragabiliter facias observari. Si vero canonici S. Vincentii prævæ intentionis studiis fidelitates a clericis ipsius episcopatus nullatenus suscipere et a mensa se subtrahere voluerint, super his et aliis ita provideas ut clerici Sancti Alexandri antiquam consuetudinem quam in nostra præsentia testibus probaverunt, et per nostram sententiam obtinuerunt, de cætero non omittant. Donationes, venditiones, alienationes, seu quolibet invasiones de bonis Bergamensis Ecclesiæ ab Arnulfo intruso, vel ejus tempore factæ, a prædecessoribus nostris et nobis, et sunt cassatæ et evacuatae. Ideoque nolumus quod in his tempus ipsius Arnulfi in præscriptione computetur.

Data Laterani v Idus Aprilis.

CCCXLV.

Ecclesiæ S. Alexandri Bergomatis canonicos de superiore epistola certiores facit.

(Anno 1158-1159.)

[Lupus, *ibid.*, p. 1018.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, canonicis Sancti Alexandri, salutem et apostolicam benedictionem.

Pro discordia terminanda quam inter vos et canonicos Sancti Vincentii agebatur, affectione paterna laboravimus, et susceptis sacramentis debitum finem imposuimus. Ideoque grave nobis esse noscatis, quoniam, sicut accepimus, quod a nobis super hoc statutum est observare negligunt et quibusdam verborum cavillationibus impedire contendunt. Unde venerabili fratri nostro G[regorio] episcopo vestro præcipiendo injunximus quatenus de sede in mensa præceptum nostrum, et de fidelitate clericorum ac cæteris sententiam inter vos et ipsos a nobis datam irrefragabiliter faciat observari; si vero ipsi canonici fidelitates a clericis ipsius episcopatus prævæ intentionis studiis suscipere noluerint, et a mensa se subtraxerint, super his et aliis ita vobis provideat, ut antiquam consuetudinem quam in nostra præsentia testibus approbatis et per nostram sententiam obtinuitis de cætero non amittatis.

CCCXLVI.

Privilegium pro ecclesia S. Joannis Madalharstorfensis.

(Anno 1159, Jan. 7.)

[*Monumenta Boica*, XV, 269.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Epponi abbati monasterii Madalharstorfensis quod in Ratisponensi episcopatu, in honore B. Joannis evangelistæ situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisoro omnium honorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim gratus Deo aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Hoc nimirum charitatis intuitu, di-

A lecte in Domino filii Eppo abbas, tuis rationalibus postulationibus clementius annuentes, monasterium Beati Joannis evangelistæ cui, auctore Domino, præsides, quod utique ab Henrico quodam et filio ejus Ernesto pia devotione noscitur esse constructum, cum suis omnibus pertinentiis sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus et præsentis privilegio communimus: in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus secundum B. Benedicti Regulam perpetuis futuris temporibus inviolabiliter inibi conservetur; libertatem quoque a recolendæ memoriæ Lotbario seu ab aliis ecclesiasticis sæcularibusve personis eidem cœnobio collatam, nec non concambium quod inter te et monasterium sanctimonialium Ratisponensium propter emancipationem census actum est,

B præsentis scripto firmamus, et illibata perpetuo manere sancimus; præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem cœnobium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum et principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et integra perseverent; in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: prædium in villa Stainkirchen, cum agris, silvis et pratis et molendino in eodem loco sito; prædium cum molendino in villa Ettiusdorff sito cum suis pertinentiis; Ruesdorff, Hader, Ascholtzausem cum suis pertinentiis, Ketenpeunt, Reiut, Prinpach, Pnechausen cum capella et aliis pertinentiis, Harselpach, Puech, cum suis pertinentiis; Perchaim cum molendino, Hard cum capella et aliis pertinentiis; Chleping, Sitching, Penning, Puecha, Wernsing, Taching, cum tribus vineis, Grietzpach, Stainbach, Kafft cum suis pertinentiis, Mangolting cum molendino, duo prædia Teyting, vineam apud Weng, vineam apud Watempach. In episcopatu Pataviensi quinque vineas apud transitum Marquardi, apud Sikchendorff unam vineam, Trasemstorff, Schlichendorff, Grindorff cum suis pertinentiis et mancipiis utriusque generis, eandem possessionem incolentibus a nobili femina Leukarda vestro monasterio intuitu divini amoris collatam. Adjicientes insuper statuimus ut de fundo vestri monasterii sive de novalibus vel aliis laboribus quos propriis manibus sumptibusve excolitis, nullus a vobis decimas exigere præsumat. Nulli etiam episcopo pateat angarias vel alias novas exactiones monasticæ quieti et religioni contrarias vobis vel ecclesiæ vestræ imponere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse censemus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Benedicti Regulam elegerint. Liceat etiam vobis et ecclesiæ vestræ advocatum eligere atque ad peragendas utili-

tates ipsius loci deinceps ipsum habere. Porro si quis post professionem in vestro monasterio factam exinde aufugerit, et secundo tertiove commonitus ad claustrum vestrum redire contempserit, ipsum vobis liceat excommunicare, excommunicatum autem nullus episcoporum, abbatum vel priorum audeat retinere. Nulli ergo omnino hominum fas sit idem cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, vestris ac pauperum usibus profutura, salva nimirum justitia et reverentia Babenbergensis Ecclesiæ, cui idem cœnobium cum suis omnibus pertinentiis, tuo studio ac petitione, dilecte in Domino filii Eppo abbas, constat esse delegatum ac subiectum. Si qua autem in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, vii Idus Januarii, indictione secunda, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero Innocentii II papæ anno ix.

CCCXLVII.

Privilegium pro monasterio Sanctæ Mariæ Biburgensis.

(Anno 1139, Jan. 7.)

[HUNDII, *Metropol. Salisb.*, II, p. 205.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio EBERHARDO abbati Sanctæ Mariæ Biburgensis ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

In sede justitiæ, disponente Domino, constituti, ecclesiarum quieti et utilitati salubriter providere nos convenit; ut quemadmodum per Dei gratiam patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Cujus rei gratia, dilecte in Domino filii Eberharde, tuis fratrumque tuorum justis desideriis annuentes, ecclesiam Beatæ genitricis et virginis Mariæ Biburgensis, in qua divinis estis obsequiis mancipati, sub beati Petri tutela et nostra defensione suscipimus, et apostolicæ sedis privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut religio quæ, secundum beati Benedicti Regulam, per studium atque industriam Ottonis Bambergensis

A episcopi instituta esse cognoscitur in vestra ecclesia, perpetuis futuris temporibus ibidem firmiter observetur. Quascunque præterea possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus in perpetuum, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet: Griezpach, Mozeinhoven, Pucha, Percha, Gubedum, Lobesingen; in Tangrintil septem mansos de novallis, et ecclesiam super monte Adallongestorff. Adjicientes insuper statuimus ut de fundo vestri monasterii, sive de novalibus vel aliis laboribus, quos propriis manibus sumptibusve colligitis, nullus a vobis decimas exigere audeat.

Nulli etiam episcopo licentia pateat angarias vel alias novas exactiones monasticæ quieti et religioni contrarias vobis vel ecclesiæ vestræ imponere. Porro sepulturam ipsius loci liberam esse censemus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres aut fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Benedicti Regulam præviderit eligendum. Liceat etiam vobis et ecclesiæ vestræ advocatum eligere, atque ad peragendas utilitates ipsius loci libere ipsum habere. Nulli ergo omnino hominum fas sit vos vel ecclesiam vestram super hac nostra constitutione temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, honoris potestatisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen; amen, amen.

Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, vii Idus Januarii, indictione II, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo nono, pontificatus vero domni Innocentii papæ secundi anno nono.

CCCXLVIII.

Ad Gerardum Tripolitanum, R. Tortosanum et H. Byblitanum episcopos. — In causa Tyriæ diœcesis.

(Anno 1139, Jan. 17.)
[MANSI, *Concil.*, XXI, 395.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus GERARDO Tripolitano, R. Tortosano, et H. Byblitano, episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Scire debet vestra fraternitas quoniam status Ecclesiæ tunc clarius elucescit, cum gradus in ea constituti illæsi servantur, et quæ debetur prælatis singulis, absque contentione seu contradictione reverentia exhibetur. Unumquemque etenim ex his qui subjecti sunt considerare convenit quanta suos prælatos, si quos habeat, reverentia et honorificentia debeat honorare: quæ si injuste et immerito subtrahantur, unitatis status profecto nutabit, ad quem ecclesiastica doctrina ob majorem firmitatem, diligentiori consideratione omnia in se ordiando, reduxit. Ne igitur Ecclesiarum vestrarum honor vel dignitas, ob contentionem seu rebellionem indebitam minuat vel annuletur, per apostolica vobis scripta mandamus atque præcipimus, quatenus venerabili fratri nostro Fulcherio Tyrensi archiepiscopo, tanquam metropolitano vestro, debitam obedientiam et reverentiam deferatis. Nos enim vos et Ecclesias vestras Tyrensi Ecclesiæ, quæ vestra metropolis est, auctoritate apostolica restituimus, et a jramento vel fidelitate, qua patriarchæ Antiocheno estis stricti, eodem modo absolvimus. Si vero nostris mandatis obedire, et intra tres menses post harum acceptionem litterarum, ad obedientiam prædicti fratris nostri redire neglexeritis, sententiam quam ipse in vos canonice promulgabit, nos auctore Deo ratam habebimus.

Datum Laterani xvi Kal. Febr.

CCCXLIX.

Ad Radulphum patriarcham Antiochenum. — In causa Tyriæ diœcesis.

(Anno 1139, Jan. 17.)
[MANSI, *Concil.*, XXI, 395.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri RADULPHO Antiocheno patriarchæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Sanctorum canonum institutionibus continetur ut unusquisque suis terminis contentus existat, nec in aliena jura irreat. Ea etiam quæ nobis fieri volumus, tam divinis quam humanis legibus, proximis nostris facere prohibemur. Quæ cum ita sint, fraternitati tuæ mandamus quatenus suffraganeos Tyrensis Ecclesiæ non impediatis quin venerabili fratri nostro Fulcherio archiepiscopo, metropolitano suo, debitam obedientiam et reverentiam deferant: alioquin canonicis sanctionibus contrahitur, si metropolitano a suis suffraganeis obedientia subtrahatur. Optamus enim ut circa prælatos et subditos

A suum jus et proprius ordo absque contradictione servetur.

Datum Laterani xvi Kal. Febr.

CCCL.

Ad Balduinum Berytensem, Bernardum Sidoniensem, et Joannem Ptolemaidensem episcopos. — In causa Tyriæ diœcesis.

(Anno 1139, Jan. 17.)
[MANSI, *Concil.*, XXI, 396.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus BALDUINO Berytensi, BERNARDO Sidoniensi, JOANNI Ptolemaidensi, episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad hoc sancti Patres diversos esse in Ecclesia gradus et ordines voluerunt, ut, dum subjectionem et reverentiam minores majoribus exhibent, una fieret ex diversitate connexio, et recte officiorum gereretur administratio singulorum. Gravatur autem nos, et valde miramur quod, cum vobis jam pridem litteris apostolicis præceperimus ut venerabili fratri nostro Fulcherio Tyrensi archiepiscopo, metropolitano vestro, obedientiam et reverentiam exhiberetis, quasdam occasiones et interpretationes minus idoneas prætendendo, id facere contempsistis: cum utique quasi peccatum hariolandi sit repugnare, et quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere (I Reg. xi). Mandamus itaque vobis, et auctoritate apostolica iterato præcipimus, quatenus, omni occasione submota, eidem fratri nostro de cætero pareatis: nec sub obtentu obedientiæ, quam alicui primati dependitis, sibi subjectionem et reverentiam metropolitano vestro debitam aliquatenus subtrahatis. Quod si contemptores ulterius extiteritis, sententiam quam idem archiepiscopus in vos canonice protulit aut protulerit, nos auctore Domino ratam habebimus. Si vero pro eo quod eidem fratri nostro obedieritis, a patriarcha Hierosolymitano aliquid contra vos fuerit constitutum, nos eandem sententiam viribus carere decernimus, et nullius momenti esse censemus.

Data Laterani xvi Kal. Febr.

CCCLI.

Ad Willelmum Hierosolymitanum patriarcham. — In causa Tyriæ diœcesis.

(Anno 1139, Jan. 17.)
[MANSI, *Concil.*, XXI, 394.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri WILLELMO Hierosolymitano patriarchæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Magisterium totius Ecclesiæ et ecclesiasticæ institutionis B. Petro apostolorum principi cælesti privilegio esse collatum, evangelica declarat auctoritas. Et infra: Miramur autem, quoniam cum Romana Ecclesia pro liberatione Orientalis Ecclesiæ tantopere laboraverit, et filiorum multorum sanguinem effundendo, corda tam ecclesiasticorum quam sæcularium ad ejus servitium excitaverit, nequaquam, prout convenit, eidem matri suæ hæc vice respondere curasti. Parum enim tibi visum

fuera quod venerabilem fratrem nostrum Fulcherum Tyrensem archiepiscopum, more prædecessorum suorum pro susceptione pallii ad Romanam Ecclesiam venientem, disturbare præsumptas: nisi et erga eum a nobis redeuntem te inhumanum difficilemque et nimis asperum exhiberes: adeo quod nec antiquam dignitatem Tyrensis Ecclesiæ sibi restituere, nec de damnis sibi illatis, aut etiam de Cajapha, sive Porphyra, juxta mandatum nostrum, infra tres menses post acceptionem nostrarum litterarum ei justitiam facere volueris. Cum utique satis indignum sit, ut honor qui sibi, si ei obediret, ab Antiochena exhiberetur Ecclesia, a te vel tuis successoribus subtrahatur. Præterea in subjectos illius nimis potestative diceris te habere. Quocirca auctoritate apostolica mandando tibi præcipimus, sicut ejusdem matris tuæ piis optas studiis atque solatiis conferri, sicut in tuis necessitatibus ejus paternitatis desideras adjuvari, jam dictum archiepiscopum diligas et honores; et in nullo perturbare præsumas; quin potius de omnibus, de quibus apud te querimoniam deposuerit, sibi plenam justitiam infra quadraginta dies postquam præsentia scripta susceperis, exhibere non differas, nec aliquid in subditos suos contra statuta canonum præsumas. Alioquin timendum tibi est ne tam ipsum quam suffraganeos suos a tua obedientia subtrahamus, eosque in manu nostra retineamus.

Data Laterani xvi Kal. Januarii (91).

CCCLII.

Privilegium pro Ecclesia Bambergensi.
(Anno 1139, Jan. 23.)

[*Neue Mittheilungen* I, iv, p. 15.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri OTTONI Babenbergensi episcopo ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

In apostolicæ sedis specula, disponente Domino, constituti, pro ecclesiarum omnium statu et quiete talem nos convenit sollicitudinem adhibere, ut contra pravorum hominum nequitas sacrosanctæ Romanæ et apostolicæ Ecclesiæ munimine defendantur, et ea quæ justis titulis eisdem sunt collata vel conferantur ecclesiis firma et inconcussa possideant libertate. Nos igitur quorum præcipue interest legitimas desiderantium preces admittere et effectui mancipare, postulationibus tuis, venerabilis in Christo frater Otto episcopo, apostolica benignitate impertimur assensum et ecclesiam Babenbergensem cui, auctore Deo, præesse cognosceris, cum omnibus bonis et pertinentiis suis sub beati Petri tutela et nostra protectione suscipimus et apostolicæ sedis privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in abbatibus, præposituris, ecclesiis, villis, fundis, terris cultis vel incultis, decimis, seu aliis quibuslibet rebus eadem ecclesia in suo vel in alterius

(91) Legendum xvi Kal. Febr. JAFFÉ.

A episcopatu, computatione, emptione, seu etiam concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, aut aliis modis in præsentiarum juste et canonicè possidet, vel in antea rationabiliter, propitiante Domino poterit adipisci, tibi tuisque successoribus et per nos Babenbergensi Ecclesiæ firma in perpetuum et illibata permaneant. Ea vero quæ studio et industria tua eidem ecclesiæ sunt legitime conquisita, specialiter ei inviolabili et inconcussa stabilitate serventur. Quorum nomina sunt hæc: videlicet Pruviningun, Entistorf, Mychelvelt, Voraugia, Uraha, Madelhartestorf, Biburch, Clunic, Reginerits Storf, Lutscheim, Haholtisbrunne, Munstur, cum ecclesia Beati Sixti et aliis pertinentiis suis; Viscera, Tocchelhusen Alterisbach, Vindeberge, Trosendorfs, Botenstein, Munirichsberch, Circhendorf, Gestenishusen, Cranaha, Bonaha, Rota, cum aliis prænominate ecclesiæ a tua fraternitate collatis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licentia pateat, te vel successores tuos super hac nostra constitutione ausu temerario perturbare, vel ecclesiæ tuæ possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare: sed omnia integra conserventur, et in vestra permancant potestate, tam vestris quam ipsius ecclesiæ usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hujus nostræ constitutionis tenorem sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum condigne correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hie fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, x Kalend. Februarii, indictione 11, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno 1x.

CCCLIII.

Religionem a S. Ottone in sua monasteria introductam confirmat.

(Anno 1139, Jan. 23.)

[USSELMANN, *Episcopatus Bamberg.*, Pr., 88.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri OTTONI Babenbergensi episcopo ejusque successoribus canonice substituendis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quoties illud a nobis petitur, quod religio et honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et congruum impartire suf-

fragium, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Proinde, venerabilis frater Otto episcopo, petitionis tuæ desideriis ex consueta sedis apostolicæ mansuetudine clementer annuimus. In primis siquidem constituentes ut tenor religionis, qui in ecclesiis tibi commissis est per tuam diligentiam cooperante Domino institutus, firmiter in eis perpetuis temporibus conservetur. Constituimus etiam ut in iisdem ecclesiis nullus per simoniacam pravitatem statuatur, sed honestæ personæ, quibus utique morum et status dignitas suffragatur, inibi ordinentur. Sane in cœnobiis, quæ vel antiquitus in tua parochia constructa sunt, vel tu ipse devotionis intuitu constituisti, seu aliis justis modis ecclesiæ tuæ unire poteris, vel ab aliquo deinceps fidelium infra tuam diœcesin divina inspirante gratia construentur, sacræ religionis ordinem manere decernimus. Nec alieni liceat ejusdem institutionis formam ullatenus permutare, nisi forte ad melioris status prærogativam præstante Domino promovere voluerit. Nec id alicujus singulari iudicio committatur, sed omnium monasteriorum ad Babenbergensem diœcesin pertinentium aut sanctorum partis consilio ac consensu fieri debere sancimus.

Si quis autem huic nostræ constitutioni temere contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus si non factum suum digna satisfactione correxerit, a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni: conservantes eisdem locis quæ justa sunt, omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli ac nostram gratiam consequantur.

Datum Laterani x Kal. Febr. indict. ii.

CCCLIV.

Ad Azonem cardinalem. — De lite canonicorum Majoris Ecclesiæ et S. Antonini composita.

(Anno 1139, Jan. 25.)

[CAMPI, *Hist. di Piacenza*, I, p. 411.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio suo, Azoni sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali, et præposito Sancti Antonini de Placentia, etc.

Datum Laterani viii Kalend. Februarii, anno Domini Incarnationis 1139, pontificatus domini Innocentii II papæ anno nono.

- (92) Gengenbach.
- (93) Zell.
- (94) Steinach.
- (95) Harmersbach.
- (96) Nomina in autographo ex vetustate deleta. (Nomina deleta sic forte ex alia Nicolai IV bulla an. 1287 pro abbacia Gengenbacensi supplenda: Reichenbach, quartam partem castri Gerolteshecke.)
- (97) Nordrach.
- (98) Ichenheim.
- (99) Dicitur Ober Schopffen, in prædicta Nicolai IV bulla.
- (100) Kinsdorff.
- (101) Linz.

CCCLV.

Bona et jura abbatiæ Gengenbacensis confirmat.
(Anno 1139, Febr. 28.)

[WURTWEIN, *Nova Subsid. diplom.*, t. VII, p. 107, ex autographo tabularii summi chori ecclesiæ cathedralis Argentinenensis.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GOTFRIDO, abbati monasterii in Gengebach, quod in pago Mortenangiensi super fluvium Kintsig situm est, et ejus successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri, ut sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quapropter, dilecte in Christo fili Godefride abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer duximus annuendum: Geengenbacense monasterium cui, auctore Domino, præses, sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus, statuentes ut quæcunque possessiones, quæcunque bona idem cœnobium in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus in perpetuum illibata permaneant: in quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda: in Mortinangia, Gengebach (92), Cella (93), Steinach (94), Hademarsbach (95),.... (96), castri Geroltesbeke, Norderaha (97), cum silvis et aquis et omnibus suis appendiciis vel pertinentiis; Ichenheim (98), cum cella et omnibus ad eam pertinentibus, Schopheim (99), Kinsdorff (100), Linzigen (101).....; in Brisangia, Nuvershusen (102); in Alsatia Dancratesheim (103), Westhusen (104), Belhen (105), Durningen (106), Franckenheim (107), Batenesdorf (108), in quibus nimirum villis Alsatiæ, sicut usque ad hæc tempora prædecessores tui fecisse noscuntur; tibi tuisque successoribus advocatum liceat constituere, qui nimirum, quæ ad utilitatem et quietem vestri cœnobii spectare videntur, studeat operari. Decimationem quoque vini ab Ricgardis quondam illustri regina vobis collatam, Kunegesheim (109), Schervibre (110); in Suevia Rimigsdorf, Bessendorf, Urslingen, Villingen, Aschahabmorn-Stettein (111). Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violen-

- (102) Newershausen.
- (103) Dangolsheim.
- (104) Westhusen.
- (105) Behlenheim.
- (106) Durningen.
- (107) Hoh-Franckenheim.
- (108) Bettendorff.
- (109) Kintheim.
- (110) Schervibre.
- (111) In bulla Nicolai IV, an. 1287 nominantur: Rumeluisdorff, Urselingen, Villingen, et Gruemsteten, dicunturque villæ sitæ in Suevia et in diœcesi Constantiensi.

tia præponatur, n' si quem fratres communi consensu, A vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam elegerint. Ut autem quietius omnipotenti servire Domino valeatis, libertatem ab imperatoribus monasterio vestro concessam, præsentis scripti pagina firmamus, ut videlicet nullus iudex, vel judiciaria potestas, seu aliqua magna, vel parva persona vobis vel fratribus vestris, aut monasterio sive ecclesiis et villis ad ipsum pertinentibus, suis hominibus tam ingenuis quam servis terram ipsius cœnobii inhabitantibus, audeat aliquas pravas consuetudines imponere aut ipsos aliquibus exactionibus sive injustis iudiciis fatigare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum locum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integra et illibata conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem, præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Ægidius Tusulanus episcopus.

Ego Theodwinus S. Rufinæ episcopus.

Ego Petrus presbyt. card. tit. S. Marcelli.

Ego Gerardus pr. card. tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem.

Ego An.... pr. card. tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli.

Ego Chrysogonus presb. card. tit. Sanctæ Praxedis.

Ego Gregorius diaconus card. SS. Sergii et Bacchi.

Ego Otto diacon. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Gerardus diac. card. S. Mariæ in d....

Ego Hubaldus diac. card. S. Adriani.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, secundo Kalendas Martii, indictione secunda, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus domni Innocentii secundi papæ anno decimo.

CCCLVI..

Privilegium pro monasterio Ringstadensi.

(Anno 1139, Mart. 1.)

[TORRELLIN, *Diplomatarium Arnæ-Magn.*, I, p. 8.]
INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-

lecto filio Onno priori Ringstadensis Ecclesiæ, ejusque successoribus substituendis.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi et honestati convenire dignoscitur animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium, ut fidelis devotio celebrem consequatur effectum. Quocirca, dilecte in Domino Ormo prior, tuis postulationibus clementer annuimus, et Ringstadensem Ecclesiam cui Deo auctore præses, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, eamque cum omnibus suis pertinentiis præsentis privilegii pagina communimus, statuentes ut ordo monasticus, qui secundum sanctorum Patrum Regulam ibidem noscitur institutus, futuris perpetuis temporibus inviolabiliter inibi conservetur. Quæcumque præterea idem venerabilis locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum et principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Sancimus etiam ut nullus fratrum ejusdem loci post factam apud vos professionem absque licentia prioris et capitali, ad alium locum audeat transmigrare, nec discedentem præsumat aliquis retinere, qui nimirum tertio evocatus, si redire noluerit vel contempserit, prior qui pro tempore fuerit, canonicam in eum sententiam proferendi habeat facultatem. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatum vestram ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura, salva nimirum justitia canonica atque reverentia diœcesani episcopi. Si qua sane in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. D Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus Mppr. ss.

Ego Ægidius Tusulanus episcopus Mppr. ss.

Ego BB. presbyter cardinalis tituli Apostolorum Mppr. ss.

Ego Conradus episcopus Sabinensis Mppr. ss.

Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosmæ et Damiani juxta templum Romuli Mppr. ss.

Ego Crescentius cardinalis tituli sanctorum Marcellini et Petri Mppr. ss.

Ego Comes presbyter card. tituli Eudozii Mppr. ss.
Ego Gripho presbyter card. tituli Pastoris Mppr. subs.

Ego Lucas presbyter card. tit. sanctorum Laurentii et Pauli, Mppr. ss.

Ego Chrysogonus presbyter card. tit. Praxedis Mppr. ss.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, Kal. Martii, indict. II, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno IX. CCCCLVII.

Ad Bernardum episcopum Seguntinum.

(Anno 1139, Martii 6.)

[LOPERRAEZ, *Descripcion di Osma*, III, p. 18.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri BERNARDO Saguntino episcopo, ejusque successoribus canonice instituendis, in perpetuum.

Suscepti regiminis cura compellimur quæ ad pacem ecclesiarum pertinent constituere, et earum quieti auctore Domino providere, nec dubium quod ex commisso officio ita nos convenit paternorum canonum decreta librare, ut unicuique Ecclesiæ sua jura serventur, et quæ a fratribus nostris regulariter sunt, firma et inconcussa stabilitate firmen-
tur, cujus rei gratia, venerabilis frater Bernarde episcope, tuis petitionibus clementer annuimus, et decisiones controversiæ, quæ pro villa Soria inter te ac fratres nostros Michaellem Tirasonensem et Bertrandum Oxomensem episcopos agebatur, factam per discretionem dilecti filii nostri Guidonis sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis tunc apostolicæ sedis legati, cum consilio illustris viri Aldephonsi Hispaniarum regis, necnon archiepiscoporum, episcoporum, abbatum et aliorum religiosorum ac sapientium virorum, qui ad concilium Burgiense convenerant, auctoritate apostolica confirmamus et perpetuis futuris temporibus rata manere sancimus, ut videlicet de his quæ Saguntinæ Ecclesiæ pertinebant, Tirasonensis ecclesia possideret Calataind, Borovia, Alcazar, cum omnibus terminis earundem villarum, majorem ecclesiam de Calataind, cum omnibus hæreditatibus suis, et hæreditates quas ibidem emisse dignosceris. Olbegam villam felicem, quæ est inter Colaticid, et Darocam villam quæ dicitur Salas prope Olbegam. Reservatis nimirum ad proprietatem Saguntinæ ecclesiæ duobus castellis, Deza videlicet inter Calataind et Ahmazanum, et Fariza inter Calataind et Medinam. Tibi vero, venerabilis in Domino frater Bernarde episcope, de jure Oxomensis ecclesiæ habere concessum est, Ailonem, cum omnibus terminis suis et hæreditates quas ibi ejusdem loci habebat episcopus, Aguileram, castellum de Galbe, medietatem Aldæ, quæ dicitur Lice-
ras, Caracenam cum omnibus Akleis suis, cum duobus monasteriis Sancti Salvatoris, et Sanctæ Mariæ de Tiermes, vadum de rege, Aquileram Berlangam cum omnibus terminis suis et cum monasterio Sancti Banduli, Velomazæ, et Barcam, Almasanum

A præterea cum omnibus terminis suis, de quo Oxomensis episcopus querimoniam faciebat. Porro eidem Oxomensi concessum est habere Soriam integram, cum omnibus terminis suis, de qua controversia fuerat agitata et monasterium Sanctæ Mariæ de Bomaio, ac regales decimationes ejusdem vilæ, quæ juris fuerant Saguntinæ Ecclesiæ. Quæ omnia sicut ab eodem filio nostro Guidone statuta sunt, favoris nostris munimine roboramus. Quascunque præterea possessiones, quæcunque bona Saguntina Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Domino propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Medinam videlicet, Molinam, Sanctum Justum, Arentiam, ambos Catejones cum pertinentiis suis. De regalibus quoque redditibus decimationes in toto episcopatu, salinas, molendinos, necnon Seronen castellum cum omnibus terminis suis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatam Saguntinam ecclesiam super hac nostra concessione atque confirmatione temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sic omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sive in posterum ecclesiastica secularive persona, hæc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit usu temerario, secundo tertioque commoita, si non congrue satisfactionem, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

ADJURA NOS DEUS, SALUTARIS NOSTER.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi †.

Ego Conradus, Sabinensis episcopus subscripsi †.

Ego Thedwinus Sanctæ Rufinæ episcopus subscripsi †.

Ego Bernardus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem, subscripsi †.

Ego Angelus presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina, subscripsi †.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli, subscripsi †.

Ego Martinus, presbyter cardinalis tituli sancti Stephani in Cælio monte, subscripsi †.

Ego Guido Sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos, subscripsi †.

Ego Ibo presbyter cardinalis Sancti Laurentii in Damaso subscrip. †.

Ego Chrisobonus presbyter cardinalis Juli Prædixedis, subscrip. †.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscrip. †.

Ego Otho diaconus cardinalis Sancti Gregorii ad Velum Aureum, subscrip. †.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani juxta templum Romuli, subscrip. †.

Ego Ubalduſ diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata subscrip. †.

Ego Berardus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Donica subscrip. †.

Ego Ubalduſ diaconus cardinalis Sancti Adriani, subscrip. †.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, secundo Nonas Martii, indictione Romana, Incarnationis Dominicæ anno 1137, pontificatus vero Innocentii secundi papæ anno nono.

Ego Raimundus Toletanus archiepiscopus Hispaniarum primus, inspexi diligenter originale istius transcripti, et bullam, et titulum, et inveni ita contineri verbo ad verbum secundum omnium interpretationes in ipso originali, sicut continetur in isto transcripto.

Ego G. episcopus Segoviensis inspexi diligenter originale istius transcripti, et bullam, et inveni ita contineri verbo ad verbum, secundum omnium interpretationes in ipso originali, sicut continetur in isto transcripto.

CCCLVIII.

Monasterii Lucellensis possessiones, petente Ortliebo, episcopo Basiliensi, confirmat.

(Anno 1139, Mart. 18. — Fragumentum.)

[BERNARDINI, *Epitome Fest. Luc.*, 24.]

CCCLIX.

Privilegium pro monasterio Lacensi.

(Anno 1139, Mart. 23.)

[GUNTHER, *Cod. diplom.*, 1, 241.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GISELBERTO abbati monasterii Lacensis, quod in Treverensi parochia situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc in apostolicæ sedis specula, disponente Domino, constituti esse conspicimur, ut religiosas diligamus personas, et, ne loca eorum pravorum hominum agitentur incursibus, tuitione propitia defendere, quatenus sic divina disponente clementia Patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Eapropter, dilecte in Domino filii Gisleberte abbas, tuis et fratrum tuorum justis postulationibus annuentes, Lacense monasterium, cui auctore Domino præsidet, sub apostolicæ sedis tutela ac protectione suscipimus atque præsentis scripti pagina communimus, in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus in eodem loco, secundum beati Benedicti Regulam et normam Cluniacensis monasterii, futuris perpetuis temporibus inviolabili-

ter conservetur. Nulli etiam facultas sit, post factam apud vos professionem, absque abbatis et fratrum licentia majoris vel minoris religionis obtentu, ad locum alium transmigrare, discedentem vero nullus abbas vel alius quilibet audeat retinere. Prohibemus insuper et sub pœna honoris tibi tuisque successoribus interdicens bona monasterii alicui in beneficium tradere, et ea quæ pro communi utilitate vobis concessa sunt aliis usibus applicare; sed et nec alicui fas sit in eodem monasterio vel circa ipsum aliquando habitare, vel domum ad habitandum construere, exceptis monachis ipsius loci servitio deputatis, vel inantea deputandis. Obcunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis

astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, de eodem collegio, vel de alieno, si (quod absit!) inter eos idoneus repertus non fuerit, præviderint eligendum. Sane chrisma, oleum sacrum, consecrationes altarium, vel basilicarum, ordinationes monachorum, vel clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocessano suscipiatis episcopo, si quidem Catholicus fuerit, et gratiam sedis apostolicæ habuerit, et si ea gratis et absque pravitare aliqua voluerit exhibere. Alioquin Catholicum quem malueritis adeatis antistitem, qui vimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salvo jure matricis ecclesiæ. Missas vero publicas vel stationes in ipso monasterio sine abbatis et fratrum voluntate ab episcopis minime celebrentur, ne in servorum Dei recessibus popularibus occasio præbeatur ulla conventibus. Adjicimus etiam ut pro communi parochiæ interdicto, monasterium ipsum a divinis non vacet officii, sed in eo, januis clausis et exclusis excommunicatis et interdictis, debita omnipotenti Deo persolvantur officia. Porro advocatus ejusdem monasterii, qui pro tempore fuerit, extra constitutionem et scriptum Henrici et Sigefridi comitum palatinorum et fundatorum ipsius loci, nihil in eodem loco præsumat. Qui etiam si (quod absit!) inutilis apparuerit, eundem vobis liceat amovere, et alium substituere. Statuimus etiam ut quascunquo possessiones, quæcunquo bona idem monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, auxiliante Deo poterit adipisci, vobis in perpetuum præsentis privilegio confirmata et illibata consistant. In quibus hæc propriis vocabulis duximus exprimenda: in primis ipsum locum qui Lacus vocatur, in quo idem cœnobium a præfato Henrico nobili palatino comite, et Athelheide uxore sua præcipue constat esse constructum, liberum ab

omni jure et potestate seculari; ecclesiam Sancti Dionysii in Croth, villam insuper, nomine Bella, Reida, Alchena, Willeberge, Croth, Beytendorp cum suis omnibus pertinentiis, a prædicto Henrico vobis dono collatum, quatuor mansos in Croth, et Meylem in Brabant ex dono Sygefridi palatini comitis; unum mansum in Croth, a nobili viro Guillelmo palatino comite, et matre ejus Gertrude, consentiente Roberto milite, qui illum ab ipsis in feudum habuerat, vobis donatum; allodium in Mosella quod Neuim dicitur, cum suis appendiciis, quod Bertramnus abbas Sancti Arnulfi Metensis cum consensu venerabilis fratris nostri Stephani, ipsius civitatis episcopi, atque capituli sui vestro cœnobio congruo pretio vendidit, pro quo aliud suæ ecclesiæ commodius prædium noscitur acquisisse; allodium in Evernaco, a Joanne milite et ejus uxore Metilde vobis donatum; vineas in Winningin et in Leia, ab Hunge aliisque fidelibus vobis collatas; in Andernaco, in Ludenstorp, in Hamersten, a recolendæ memoriæ Friderico Coloniensi archiepiscopo vobis collatas; prædium in Wadenhem ab Embricone donatum; curtiū Budenarde, ab Henrico et suis fratribus et a Warnero et fratribus ejus vobis donatam; agros et vineas quas in Luzinc et in Menedich; allodium in Pomero a Roberto milite vobis donatum; curtiū Hardenhaga, cum mancipiis et forestis a Meingodo, Ernesto et Erlcwino vobis donatam; mansum in Aldendrop ab Alberto donatum; item, allodium in Glensa ex eleemosyna Folcoldi, mansum in Wassenaco ex dono Embriconis militis; in Werchenrede duos mansos ex eleemosyna Hermanni comitis; vineas in Cuchenia et mansum in Wilre, ex dono Theoderici; vineas in Mudbena, mansum a Rudolfo milite donatum, dimidium mansum, et dimidiam partem lacus, a Gerardo comite donatum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, vestris ac pauperum usibus profutura. Si quis igitur in posterum archiepiscopus, episcopus, rex, vel cujuslibet ordinis princeps, seu quælibet ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodewinus Sive Candidæ episcopus
Ego Gerardus presbyter cardinalis titulo Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Lucas presbyter cardinalis titulo S. Joannis et Pauli.

Ego Crisogonus presbyter cardinalis titulo Sanctæ Prædix.

Datum Laterani per manum Tioterici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, x Kal. Aprilis, indictione II, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus domni Innocentii papæ II anno x.

CCCLX.

Wikardum abbatem Pontiniacensem ejusque monasterium sedis apostolicæ privilegio communit.

(Anno 1139, Mart. 24.)

(*Gall. Christ.*, XII, Instr. 111.)

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio WIKARDO Pontiniacensi abbati ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Omnipotenti Domino, cujus melior est misericordia super vitas, gratiarum actiones referimus, qui tanta religione et honestatis nitore Pontiniacense monasterium decoravit ut non solum vicina loca, sed etiam remota de vestræ conversationis exemplo laudabiliter illustrentur et ad meliora quæque sectanda pariter informantur. Quamobrem, dilecte in Domino filii Wicarde abbas, personam tuam arctioris charitatis brachiis amplectentes, tuis desideriis debita benignitate annuimus et Pontiniacense monasterium, cui Deo auctore præesse dignosceris, apostolicæ sedis privilegio communitimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem venerabilis et Deo amabilis locus in præsentiarum canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, terras videlicet Dochiaci et Creiaci quas utique canonici S. Florentini per manum atque scriptum fratris nostri Henrici Senonensis archiepiscopi Pontiniacensi monasterio jure perpetuo concesserunt, quod et ipsum abbas S. Germani Antissiodorensis cum suo capitulo collaudavit et scripto firmavit. Concambium quoque terræ Sancti Martini Cableiacensis, quæ in parochia Laginiaci sita est, pro terra Hugonis de Merliniaco et Humbaldo præpositi, quæ sita est in territorio Cableiacensi. Grangiam insuper Challiaci cum omnibus terris ad eam pertinentibus, et quidquid in silva Othe eidem ecclesiæ donatum, vel ab ea legitimo emptum est, vobis nihilominus confirmamus. Nulli ergo hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro

quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, A usibus omnimodis profutura.

Si qua sane in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat. Conservantes autem eidem loco quæ sua sunt Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Theodewinus Silvæ Candidæ episcopus SS.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli SS. Joannis et Pauli ss.

Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos ss.

Ego Ivo presbyter cardinalis S. Laurentii tit. Damasi ss.

Ego Martinus presbyter cardinalis tit. S. Stephani in Cælio Monte ss.

Ego Azo presbyter cardinalis tituli S. Anastasiæ ss.

Ego Grisogonus presbyter card. tituli S. Præxedis ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacehi ss.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diaconus cardinalis SS. Cosmæ et Damiani ss.

Datum Laterani per manum Aimerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, ix Kal. Aprilis, indict. II, Incarnat. Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno x.

CCCLXI.

Monasterium S. Bartholomæi (diac. Pennensis) tuendum suscipit et ejus bona juraque confirmat.

(Anno 1139, Mart. 25.)

[Anecdota Ughelliana, 591.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio JOANNI abbati Sancti Bartholomæi, quod in Pennensi parochia situm est, ejusque fratribus regulariter substituendis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectum debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecte in Domino filii Joannes abbas, tuis justis postulationibus præbentes assensum, monasterium Beati Bartholomæi, cui auctoritate divina præesæ dignosceris, sub beati Petri tutela et nostra protectione suscipimus, et contra pravorum homi-

num nequitas apostolici privilegii robore communi- mus, statuentes ut quascunque possessiones, quascunque bona idem cœnobium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet castellum Carpinetum, castellum Fara cum pertinentiis suis, ecclesiam quoque S. Vitalis, S. Michaelis, S. Joannis, Sanctæ Mariæ, S. Peregrini, S. Nicolai de Vicolo, ecclesiam S. Mariæ in Sereneo, ecclesias S. Mariæ, S. Felicis in Catuviano cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Christophori, et S. Mariæ in Genestrulo, ecclesiam S. Nicolai, S. Justi de castello Ocretano, ecclesiam S. Mariæ Britulensis, ecclesiam S. Laurentii de Fabrica, et Joannis in Balneo, S. Laurentii Ulicani, ecclesiam S. Mariæ in Plano, S. Mariæ in Cellulis cum pertinentiis suis. Earum sane chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, benedictiones clericorum a diocesano suscipietis episcopo, siquidem Catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, eamque gratis, et sine pravitare vobis voluerit exhibere. Alioquin Catholicum quemcunque malueritis ad eatis antistitem, qui vobis postulata indulgeat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratrum communi assensu, vel fratrum pars sanioris consilii secundum Dei timorem, et beati Benedicti Regulam providerit eligendum, a Romano semper pontifice consecrandum. Sepulturam quoque ejusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eos qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Nulli ergo hominum fas sit prædictum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum, etc. Amen, amen, amen.

D Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Corradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Guido Tiburtinus episcopus ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem ss.

Ego Lucas presb. card. tit. S. Joannis et Pauli ss.

Ego Martius presb. card. tit. S. Stephani ss.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Datum Laterani per manum Aimerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, viii Kal. Aprilis, indict. I, Incarnationis Dominicæ 1138, pontificatus vero domini Innocentii PP. II anno IX.

CCCLXII.

Privilegium pro ecclesia Formbacensi.

(Anno 1139, Mart. 29.)

[*Monumenta Bojca*, IV, p. 130.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio DIETRICO abbati Formbacensis ecclesiæ ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Pia postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et fidelis devotio laudabiliter eniteat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Hoc nimirum intuitu, dilecte in Domino filii Dietrici abbas, tuis petitionibus clementer annuimus, et Formbacensem ecclesiam a comitibus bonæ memoriæ Eckberto et Udalrico cognato suo libere institutam, cui, Deo auctore, præesse dignosceris, sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus et libertatis privilegia sibi collata, auctoritate apostolica confirmantes, ut ipsa ab omni mortalium servitio existat libera, et solummodo pontifici Romano subjaceat, præsentis scripti pagina constituimus; statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitiæ poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: parochiam videlicet et forum in Neunkirchen, cum decimis suis; ecclesiam in Butten cum decimis; ecclesiam in Antesin cum decimis, ecclesiam in Echolsingen cum decimis; mercatum quoque in Neunkirchen cum moneta et omni utilitate quæ inde poterit provenire, quidque etiam juris eadem ecclesia ex devotione prædictorum comitum Ekeberti et Udalrici, necnon Hermanni fratris ejus habere debet, specialiter ligna, pastum, ædificia et quæcunque adjacentis forestiæ utensilia vobis nihilominus confirmamus. Porro consecrationes altarium vel basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines erunt promovendi, a Pataviensi episcopo suscipiantur; si tamen Catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, eaque vobis sine pravitate et exactione exhibere voluerit; alioquin liceat vobis Catholicum quemcunque malueritis adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulastis indulgeat. Obeunte te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia sive violentia præponatur, nisi quem fratres ipsius loci communi assensu aut fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et Beati Benedicti Regulam sibi elegerint. Electus autem non aliter nisi baculo de altari accepto investatur: simili quoque modo advocatus de genere prædictorum comitum magis idoneus communi fratrum arbitrio et electione constituatur: qui etiam, si inutilis apparuerit, eundem amovendi et loco ejus alium eligendi habeatis facultatem. Ad indicium

A autem hujus perceptæ a Romana Ecclesia libertatis, nobis nostrisque successoribus unum bisantium singulis annis census nomine persolveretis. Nulli ergo hominum liceat præfatum nostrum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patitur, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Conservantes autem hæc omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus gratiam consequantur. Amea.

Datum Laterani per manum Almerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, IV Kal. Aprilis, indictione II, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus domini Innocentii II papæ anno decimo.

CCCLXIII.

Privilegium pro abbacia Walburgensi.

(Anno 1139, April. 8.)

[WURTWEIN, *Nova Subsid.* t. VII, p. 111, ex autographo tabularii seminarii episcopalis Argentinensis.]

C INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio DITMARE abbati monasterii Sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi, et Sanctæ Walpurgæ virginis, quod in Argentinensi episcopatu apud Sacram Silvam situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Cum ex injuncto nobis a Domino apostolatus officio Ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum curam gerere debeamus, illis tamen ecclesiis convenit nos propensius intendere, quæ beati Petri juris existunt et ad ipsum specialiter pertinere noscuntur. Proinde, dilecte in Domino filii Ditmare abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et monasterium Sacræ Silvæ, cui, auctore Deo præesse dignosceris, sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus, et apostolicæ sedis privilegio communimus. Ad instar itaque prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ Paschalis, Calixti et Honorii, statuimus ut quascunque possessiones, quæcunque bona a nobilibus viris atque principibus Friderico duce et Petro ejusdem loci fundatoribus, seu ab aliis Dei fidelibus de suo jure eidem cœnobio pia devotione collata, seu aliis modis rationabiliter acquisita, in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum et principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, dictum monasterium, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Sane fructuum et animalium

vestrorum quos, per totam Sacræ Silvæ terram seu in aliis locis, propriis laboribus, sumptibusve excultis, vel colligitis, absque contradictione episcoporum vel suorum ministrorum, aut Salsensium fratrum, vel aliorum hominum, pacifice decimas habeatis. Rustici autem vestri decimas suas presbyteris, sed quorum parochia sunt, libere reddant. Præterea vobis ac fratribus vestris in eodem loco famulantibus confirmamus usum ejusdem Sacræ Silvæ tam ad ædificandum, quam ad calefaciendum ad libitum eorum, et usum aquarum ad piscandum, et suum commodum faciendum et prata animalibus vestris per totam silvam, quemadmodum prænominati filii nostri Henrici imperatoris, et Friderici ducis nepotis ejus, et Petri comitis liberalitate ea vobis constat esse collata. Sepulturam quoque istius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Ut autem liberius omnipotenti Domino et ferventius servire possitis, præsentis sanctione firmamus, ut defuncto nobili viro Friderico duce qui nunc vester advocatus esse dicitur, nullus alius ibidem advocatus de cætero statuatur, nisi quem tu, vel successores tui cum assensu omnium fratrum pro utilitate maxima decreveritis statuendum. Consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum seu clericorum virorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocæsano suscipiatis episcopo, si quidem gratiam atque communionem sedis apostolicæ habuerit, et ea gratis et absque pravitate aliqua voluerit exhibere; alioquin liceat vobis Catholicum quem malueritis adire antistitem, qui nimirum auctoritate sedis apostolicæ fultus, quod postulatur indulgeat. Obvenite vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quorumlibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris de eodem collegio, aut si ibi idoneus, quod absit! repertus non fuerit, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus vero ut nulli omnino hominum liceat præfatam cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel abbates retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis et quod idem cœnobium beati Petri juris existat, nobis nostrisque successoribus bizantium unum annis singulis persolvatis. Si qua vero in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu

A Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis tituli sanctæ Prædixidis subscripsi.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacon. cardinalis et cancellarij, vi Idus Aprilis, indictione secunda, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus domni Innocentii secundi papæ anno x.

CCCLXIV.

B *Bulla de immunitate Brigantini cœnobii.*

(Anno 1139, April. 9.)

[*Gall. Christ. V, Instrum. 515.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GEBARDO abbati monasterii Brigantiensis, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

In apostolicæ sedis specula, disponente Domino, constituti, pro Ecclesiarum quiete et utilitate attentam sollicitudinem nos convenit adhibere, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas, et a pravorum nequitia tueamur, et nostræ defensionis munimine pariter roboremus. Eapropter, dilecte in domino fili Gebarde abbas, tuis et fratrum tuorum justis postulationibus paterna benignitate impertimur assensum, et monasterium Brigantiense, cui Deo auctore præses, a nobilibus viris Udalrico bonæ memoriæ comite, et Bertha uxore sua et filiis ipsius loci fundatoribus beato Petro oblatum, ad exemplum prædecessorum nostrorum sanctæ recordationis Gregorii et Urbani Romanorum pontificum sub ejusdem apostolorum principis tutela et protectione suscipimus, ipsumque cum omnibus suis pertinentiis, præsentis privilegii pagina communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum juste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Sepulturam ejusdem loci liberam omnino esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva justitia matricis ecclesiæ; si quas vero decimas pertinentes ecclesiis, quas habetis vel habebitis, a laicis recuperare assensu episcoporum, annuente Domino, poteritis, vestris perpetuo usibus mancipandas absque omni episcoporum contradictione censemus; et de laboribus, quos propriis sumptibus colitis, a vobis decimas exigi auctoritate apostolica prohibemus; laicos, seu clericos a sæculo fugientes ad conversionem suscipere nullius episcopi, vel præpositi contradictio vos inhibeat. Obvenite vero te nunc ejusdem

loci abbate, vel tuorum quolibet successorum: nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, et beati Benedicti Regulam sibi elegerint. Consecrationes sane altarium, vel basilicarum, ordinationes clericorum, chrisma, oleum sacrum, et cætera, quæ ad episcopale officium pertinent ab episcopo Constantiensi, in cujus estis diocesi, accipietis, si tamen Catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, et si ea gratis et sine pravitate impendere voluerit; alioquin liceat vobis Catholicum quemcumque malueritis adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatis indulgeat. Abbas autem cum fratribus advocatum quem voluerit libere eligat et instituat; qui si forte monasterio inutilis fuerit, remoto eo, alium eidem loco præficiat. Præterea, ut præfati monasterii fratres sine inquietudine propositum suum valeant securius et perpensius exsequi et omnipotenti Domino debitæ devotionis obsequium exsolvere, statuimus, et apostolica auctoritate interdiximus ut nullus sacerdotum, regum, ducum, aut comitum, seu quælibet magna, aut parva persona præsumat sibi in eo loco aliquas proprietatis conditiones, non hæreditarii juris, non advocatiæ, non investituræ, non cujuslibet potestatis, quæ libertati monasterii noceat, vindicare: non ornamenta ecclesiæ, sive possessiones invadere, imminuere, vel alienare. Vos ergo, filii in Christo dilecti, oportet regularis disciplinæ institutioni sollicitius ac devotius insudare: et quanto estis a sæcularibus tumultibus liberi, tanto studiosius placere Domino totis mentis et corporis viribus anheletis, præcipue studentes Romanæ Ecclesiæ decreta veneranda servare, cujus patrocinio ab omni jugo viventium estis, donante Domino, præmuniti; ad indicium autem perceptæ hujus à Romana Ecclesia libertatis per singulos annos aureum, quem dicunt bizantinum, nobis nostrisque successoribus persolvatis: si quis autem ausi temerario id..... præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat. Conservantes autem hæc omnipotentis Dei, et eorundem apostolorum benedictionem et gratiam consequantur.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Lucas presbyter card. tit. SS. Joan. et Pauli.

Ego Chrysogonus presbyter cardin. titul. S. Prædixis.

Datum Laterani per manum Aimerici S. R. E. diaconi cardin. et cancell., v Idus Apr., indict. II, Incarnationis Dominicæ 1139, pontificatus vero domini Innoç. papæ II anno X.

CCCLXV.

Bulla pro abbacia Vangadiciensi.

(Anno 1139, April. 9.)

[MITTARELLI, *Annal. Camaldul.*, III, p. 378.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-

lecto filio LITALDO abbati monasterii Sanctæ Mariæ Vangadiciensis, quod in comitatu Montissilicani super Adicem veterem situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Apostolicæ sedis, cui, Deo auctore, præsidemus, nos hortatur auctoritas, pro ecclesiarum statu satagere, et quæ ad earum sunt quietem disposita, propensiori diligentia stabilire. Eapropter, dilecte in Domino filii Litarde abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus; quod Vangadiciense beatæ Virginis Mariæ monasterium, cui, disponente Domino, præesse dignosceris, quod utique a recoliendæ memoriæ Ugone marchione constat esse constructum, atque a prædecessoribus nostris sanctæ recordationis Sylvestro et Calixto Romanis pontificibus libertate donatum est, tanquam ad jus beati Petri sanctæque Romanæ Ecclesiæ speciali prærogativa pertinetis apostolicæ sedis privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona dictum monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum, auxiliante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus in perpetuum et illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: villam abbatie, in qua monasterium situm est, cum plebe Sancti Joannis; Vangadiciam cum ecclesia Sancti Michaelis; villam quæ dicitur Salvaterra cum ecclesia Sancti Antonini; Cavazanam cum ecclesia Sancti Laurentii. Infra civitatem Veronæ ecclesiam Sancti Salvatoris cum suis omnibus pertinentiis; quascunque possessiones habetis in Ilafe, et in Pardulino, et in quibuscunque locis Veronensis episcopatus. In episcopatu Vicentino terra de Albereto: in episcopatu Patavensi ecclesiam Sancti Petri sitam in Montissilicano cum omnibus pertinentiis; curtem vallis Almerici cum ecclesia Sancti Andreæ. In Este ecclesiam Sancti Firmi et Sancti Petri cum pertinentiis suis; in Palso ecclesiam Sancti Michaelis; possessiones in curia villæ et in aliis locis ejusdem episcopatus. In episcopatu Adriensi Venete cum ecclesia Sancti Martini; Broxetum cum ecclesia Sancti Zenonis, in Castinacum ecclesia Sancti Xisti; in Gorgano ecclesiam Sancti Bartholomæi; in villa Comeda ecclesiam Sancti Petri et quascunque possessiones alias in eodem episcopatu habetis vel comitatu. Possessiones in episcopatu Ferrariensi, et in episcopatu Bononiensi ecclesiam Sanctorum Simonis et Judæ de Urbizano cum pertinentiis suis. Nulli ergo omnino hominum fas sit præfatum cænobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare, sed, omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Prædictorum denique nostrorum statuta prædecessorum sine ulla servare volentes refragatione, monasterium ipsum sub Romanorum duntaxat pontificum tuitione positum a reliquorum dominio episcoporum cum universis, quas nunc possidere dignoscitur ecclesiis, seu quas

in posterum juste acquisiverit, omnino liberum et a A
synodalibus quibuslibet exactionibus absolutum permanere decernimus. Tibi itaque tuisque omnibus liceat successoribus vestras quaslibet ecclesias cum cœmeteriis, baptisteriis, capitulis, synodis quiete possidere, easque per proprios ordinare sacerdotes, nullius episcopi obsistente contradictione. Clericorum quoque vestrorum promotiones, et consecrationes basilicarum scilicet, et infantium in villis vestris positorum consignationes, ut a Catholicis, quos invitare volueritis episcopis, pro reverentia sedis apostolicæ, nullius interveniente morbo venalitatibus, peragantur, perpetua stabilitate sancimus; presbyteris insuper in parochianis monasterii ecclesiis quocunque tempore consutitibus, vulgatorum pariter ac secretorum criminum sibi commissis populo B
injungendo pœnitentias præsentis auctoritate privilegii sit indulta licentia. Ad eorundem inspectabit sollicitudinem quæstiones quæ de conjugii emergerint; ac difficiliora quoque negotia, ut juxta sanctorum Patrum terminentur instituta, ad te tuosque referre successores. Studii præterea vestri sit sanctum chrisma singulis annis per vestros a quocunque Catholico volueritis episcopo legatos accipere; acceptum vero baptismalibus ex more ecclesiis distribuere. Sane curtis abbatiz decimam, simulque Vangadicie, Salveterre, atque Cavazane, seu etiam quas antiquitus de territorio Broxeti consuevistis percipere, pietatis intuitu ex integro vobis habendas concedimus. In aliis autem locis prædictorum, quæ propriis a vobis exulta sumptibus fuerint, ac reddituum C
vestrorum decimationes nostra vobis auctoritate vindicabitis. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fuerit communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, de suo vel de alieno religiosorum collegio, si, quod absit! idoneus ibi repertus non fuerit, secundum Dei timorem et Beati Benedicti Regulam elegerint; electus autem Romano pontifici consecrandus accedat. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, temere contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, D
potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Amen, amen, amen.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, v Idus Aprilis, indictione II, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus domni Innocentii II papæ anno X.

CCCLXVI.

Privilegium pro monasterio Baumburgensi.

(Anno 1139, April. 10.)

[*Monumenta Boica*, II, p. 184.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Gotschalco præposito ecclesiæ Sanctæ Margarietæ Baumburch, ejusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Piæ postulationis ordo postulat ut justis postulationibus libenter impertiamur assensum. Proinde, dilecte in Domino filii Gotschalce præposite, ecclesiam Beatæ Margarietæ de Baumburch, cui, Deo auctore præesse dignosceris, ad exemplum prædecessorum nostrorum, Paschalis atque Honorii Romanorum pontificum, scripti nostri pagina communimus. Statuimus etenim ut quidquid a comite Berengario vestræ prædictæ Ecclesiæ devotionis intuitu collatum est, et quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum juste et legitime possidet, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda, videlicet: Megenlingen cum pertinentiis suis, Antwurthe cum molendino et curte una, Hochstet cum curte una, Windeburch cum pertinentiis suis. Quæcunque præterea in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, poterit adipisci, quieta vobis vestrisque successoribus, et integra conserventur, salva diocæsani episcopi justitia et reverentia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt. Præterea, quia ecclesia Sanctæ Margarietæ in Baumburch sub jure Sancti Petri apostoli et tuitione consistit, apostolica auctoritate decernimus, et permittimus tibi, dilecte præposite, tuisque successoribus liberam habere electionem advocatorum: qui si aliquando pestifera mente ducti, non defensores, non legitimi tutores extiterint; sed ecclesiæ turbatores, pauperum oppressores, et rerumstrarum invasores, beati Petri et nostra auctoritate firmamus ut, expulsis et abjectis, eligatis alios potiores quos vobis et Ecclesiæ noveritis aptiores. Ad indicium autem hujus ab apostolica sede perceptæ tuitionis bizantium unum singulis annis nobis nostrisque successoribus persolvatis. Obeunte te vero nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem canonicè providerint eligendum. Sane post professionem exhibitam nemini vestrum liceat proprium quid habere, nec sine præpositi vel congregationis licentia de clastro discedere. Tuæ etiam tuorumque successorum charitati apostolicæ sedis

auctoritate permittimus, et roboramus, ut licitum sit vobis ordinationes clericorum, atque sacramenta a bonis et religiosis accipere, si vester episcopus Simoniaci vel alia hæretica pravitate infectus fuerit, et gratiam sedis apostolicæ non habuerit. Insuper etiam ut Domino Jesu Christo libero animo serviat, et vitam vestram tranquille et sine querela in divinis exerceatis servitiis, per omnia salutem vestram providentes, decernimus ut servientes vestri, qui in officii vestris et in curia vobis serviunt, absque omni ejusdem loci impulsione et vexatione parochiani in ecclesia verbum Dei et missas audiant, sacramenta percipiant, cæterisque divinis legibus subjaceant. Decimas vero novalium vestrarum vobis vestrisque successoribus habendas, remota episcoporum ministrorum contradictione concedimus, ut quiete in eo quod assumpsistis præposito, largiente Domino, in perpetuum maneat. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus aut laicus decimas a vobis exigit. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic bonæ operationis percipiant fructum, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis, iv Idus Aprilis, indictione 11, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domni Innocentii papæ secundi anno x.

CCCLXVII.

Monasterii Reinhardsbornensis tutelam suscipit bonaque confirmat.

(Anno 1139, April. 10.)

[*Thuringia sacra*, 210.]

CCCLXVIII.

Privilegium pro monasterio S. Lamberti in valle Se:n Salisburgensis diœcesis ordinis S. Benedicti.

(Anno 1139, April. 11.)

[*Cocquelines III*, p. 242.]

INNOCENTIUS EPISCOPUS, servus servorum Dei, dilecto filio GUNTHERO abbati monasterii Sancti Lamperti martyris, quod situm est in Saltzburgensi episcopatu, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Apostolicæ sedis clementiæ convenit omnibus ejus suffragium implorantibus, maternæ affectionis patrocinium exhibere. Sicut autem ex scriptis beatæ memoriæ Sylvestri papæ nostri prædecessoris agnovimus, Acribo quondam comes pro aulam suæ re-

medio, suorumque parentum, in quodam loco suæ proprietatis, quod olim Burgili vocabatur, nunc autem ab incolis Serva dicitur, monasterium in honore Sancti Lamperti martyris, pro sua devotione construxit, atque ad suæ salutis ac præmii cumulandum, interventu gloriosæ memoriæ Ottonis tertii imperatoris Augusti, eundem locum beato Petro oblatum, apostolico privilegio fecit roborari. Nos igitur ipsius vestigiis inhærentes, tuis, dilecte in Domino fili Gunthere abbas, postulationibus impertimur assensum, ipsumque monasterium S. Lamperti præsentis privilegii pagina communitimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitionem regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi usque successoribus permaneant. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum successorum quolibet, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Benedicti Regulam, sibi præesse providerint. Adficimus etiam ut advocatum ejusdem monasterii nulli liceat usurpare, sed potius pro vestro arbitrio personam idoneam vobis in advocatum libere eligatis, qui etiam, si inutilis vestro monasterio fuerit, absque alicujus contradictione eum amovendi et loco ejus alium subrogandi, licentiam habeatis. Decernimus ergo ut nulli liceat ecclesiasticæ sæcularive personæ præfatum monasterium super hac nostra confirmatione ac concessione temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu aliis quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia ei integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura. Ad iudicium vero hujus perceptæ a Romana Ecclesia libertatis, xii denarios nobis nostrisque successoribus annualiter persolvatis, juxta institutionem quoque jam dicti prædecessoris nostri, pro Romano pontifice qui pro tempore fuerit, omni die ad missam una collecta fiat, similiter et pro defunctis. Sancimus insuper ut nemini fratrum vestrorum post factam in eodem monasterio professionem, absque licentia prælati sui ad alium locum liceat transmigrare. Quod si discesserit, et canonice commonitus, redire contempserit, facultatem nihilominus habeatis eundem a divinis officiis interdicere, interdictum vero nullus episcoporum vel abbatum recipere audeat, vel retinere. Si quis sane in posterum, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore ac sanguine Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo iudicio districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem Ecclesiæ huic jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus

et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Aymerici, diaconi cardinalis et cancellarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, III Idus Aprilis, indict. II, Incarnationis Dominicæ anno 1134 (112), pontificatus domni Innocentii papæ II anno X.

CCCLXIX.

Confirmatio bonorum monasterii Prufeningensis Ratisbonensis diœcesis.

(Anno 1139, April. 11.)

[COCQUELINES, II, p. 241.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ERBONI Prufeningensis monasterii abbati ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima desiderantium non est differenda petitio. Proinde, dilecte in Domino filii Erbo abbas, tuis petitionibus clementer annuimus, et Prufeningense monasterium, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub apostolicæ sedis tutela suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum justè et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet villas seu possessiones, quas venerabilis noster Otto Bambergensis episcopus eidem monasterio contulit, Gebernebach, Munnebach, Malistorff, Stainloch, Ahebach, Oberdorff, Grassolfing, Hemburch, Neunkirchen, Dietpurgerrent, Vittenreut, cum suis pertinentiis. Prohibemus insuper ne præfatas res, eidem monasterio jam collatas, vel in antea conferendas, prædicto episcopo, vel alicui successorum distrabere vel minuere liceat. Decernimus autem ut, quia communem vitam ducentes de aliorum eleemosynis et beneficentia debent vivere, quos propriis sumptibus colligitis, a vobis decimas exigere, vel recipere nemo præsumat. Sancimus etiam ut ordo monasticus, qui secundum B. Benedicti Regulam et studium vestrum, in eo monasterio noscitur institutus, futuris temporibus ibidem perpetuo conservetur. Statuimus insuper ut nemini fratrum vestrorum post factam in eodem monasterio professionem absque licentia prælati sui ad alium locum liceat transire. Nulli ergo hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, minuere, vel aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam

(112) *Lege 1139 ut conveniat annus hic cum cæteris notis chronologicis appositis: facilius enim est in*

PATROL. CLXXIX.

sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat. Conservantes autem hæc, omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus gratiam consequantur. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Gregorius diaconus card. SS. Georgii et Bacchi ss.

Ego Petrus cardinalis presbyter Sanctæ Susanæ ss.

Ego Gerardus presbyter card. tit. S. Crucis in Jerusalem ss.

Ego Lucas presbyter card. tit. SS. Joannis et Pauli ss.

Ego Vassallo diac. card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ ss.

Datum Laterani per manum Aymerici diac. card. et cancellarii, III Idus Aprilis, indictione II, Incarnationis Dominicæ anno 1130, pontificatus domni Innocentii II papæ anno X.

CCCLXX.

Monasterii Murbacensis jura et possessiones confirmat.

(Anno 1139, April. 11.)

[SCHÆFFLIN., *Alsatia diplom.*, I, p. 219.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BERTULFO Murbacensi abbati ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuam memoriam.

Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ antiqua consuetudo et dignitas exigit omnibus ejus suffragium implorantibus opportuna tuitionis suffragium exhibere. Nec dubium quod, si religiosorum virorum petitionibus condescendimus, nostris procul dubio postulationibus clementem Dominum reperimus. Hoc mirum intuitu, dilecte in Domino filii Bertulfe abbas, tuis desideriis paterna benignitate impertimur assensum, et Murbacense monasterium, cui Deo auctore præesse dignosceris, præsentis scripti pagina communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem venerabilis locus in præsentiarum justè et canonice possidet, tam in collegiis quam in præposituris, ecclesiis decimis sive aliis quibuslibet rebus, quas Everardus fundator ejusdem monasterii, et alii fideles viri ipsi cœnobio contulerunt, quæcunque etiam in posterum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis titulis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prædictum cœnobium super hac nostra confirmatione hanc solam, quam in cæteras notas, scriptoris in curia errorem irrepsisse.

temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, aut temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Suido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Ego Gerardus presbyter card. tit. Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Grisogonus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Praxedis.

Ego Ivo presbyter cardinalis sancti Laurentii tituli S. Damasi.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi et cancellarii, in Iduum Aprilis, indictione II, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno X.

CCCLXXI.

Monasterii S. Mariæ Biburgensis possessiones privilegiaque iterum confirmat.

(Anno 1139, April. 11.)

[SCHULTES, *Hist. Schriften*, p. 354.]

CCCLXXII.

Privilegium pro monasterio Castellensi.

(Anno 1139, April. 11.)

[*Monumenta Boica*, XXIV, p. 314.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio OTTONI abbati Castellensis monasterii ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Piæ postulationis ordo expostulat ut justis petitionibus libenter impertiamur assensum. Proinde, dilecte in Domino filii Otto abbas, tuis rationabilibus petitionibus clementer annuimus, et Castellense monasterium a nobilibus quondam viris Beringero, Friderico ac filio ejus Ottone, necnon Siutgarda comitissa in allodio suo fundatum et B. Petro ab eis oblatum, ad exemplum prædecessoris nostri sanctæ memoriæ Paschalis pontificis, præsentii privilegio

A communibus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum canonice possidet, sive in futurum, largiente Domino, concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, juste et canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et integra conserventur. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quorumlibet successorum, nullus illic qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu vel fratrum pars consilii sanioris de suo, si dignum invenerint, vel de alieno, si oportuerit, collegio, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam elegerint. Abbas vero cum fratribus advocatum sibi quem utiliorem providerit instituat. Qui si postmodum monasterio inutilis fuerit, et fratribus gravis, remoto eo alium præficiant. Oleum sanctum, consecrationes altarium vel ecclesiarum, ordinationesque monachorum qui ad sacros fuerint ordines promovendi ab episcopo in cujus diocesi sunt, ejusdem loci fratres accipiant, si quidem gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, et si ea gratis et sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat eis Catholicum, quem maluerint, adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere. Qui apostolicæ sedis fultus auctoritate, quæ postulantur, indulgeat. Abbas beati Petri deliberatione et nostro suffragio licentiam habeat et potestatem prædicandi, poenitentes quosque suscipiendi, accurandi, ligandi atque solvendi, infirmos visitandi, mortuos undecunque in ipso loco sepeliendi, tam vivis quam defunctis universa delicta relaxandi. Ecclesiis monasterio prædicto concessis, videlicet Lovijerhoven, Phapenhoven, Heswanc et tam Furhenriet quam alias quæ infra ambitum harum ecclesiarum modo ad præsens sunt sive quæ in futuro construendæ sunt, nemo nisi per abbatis vel monachorum ejusdem loci voluntatem præponatur. Pro consolatione quoque fratrum ad certum victum eorum, decimationes intra omnes terminos et circulos earundem ecclesiarum, sive nobilium, sive pauperum, de omnibus fundis, de redditibus, de novaliibus, quas interventu prædictorum nobilium viro- rum et Uldarici Eisthetensis episcopi assensu acquisistis, aut jam antea episcoporum conniventia adipisci poteritis, vobis nihilominus confirmamus. Et ne quis episcoporum, clericorum, seu laicorum vel quorumlibet hominum vos pro his inquietare præsumat, sub anathemate interdicimus. Prohibemus etiam ne alicui omnino hominum fas sit aliquas novas exactiones imponere, neque de laboribus quos propriis sumptibus colitis decimas a vobis exigere, seu vestrum monasterium temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliis quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt omnimodis usibus profutura. Nulli enim fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem, absque

hæcentia prælati sui, ad alium locum liceat transmig-
 rere. Quod si discesserit et canonicè commonitus
 redire contempserit, facultatem nihilominus habeat
 eundem a divinis officiis interdicerè. Interdi-
 ctum verò, nullus episcoporum vel abbatum susci-
 pere audeat, vel retinere. Ad indicium autem hujus
 perceptæ a Romana Ecclesia libertatis tres auri
 bizantios, expleto triennio, Lateranensi palatio
 persolvētis. Si qua sanè in posterum ecclesiastica
 sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis pa-
 ginam sciens, contra eam temere venire tentaverit,
 secundo tertiove commonita, si non congrua satis-
 factione emendaverit, potestatis honorisque sui
 dignitate careat, reamque se divino iudicio existere
 de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratis-
 simo corpore et sanguine Dei et Domini nostri
 Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine
 districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco
 sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu
 Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis
 percipiant, et apud districtum iudicem præmia
 æternæ pacis inventiant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Almerici, diaconi
 cardinalis et cancellarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ,
 III Idus Aprilis, indictione II, Incarnationis Domi-
 nicæ anno 1109 (113); pontificatus domni Inno-
 centii II papæ anno X.

CCCLXXIII.

Ecclesiæ Curiensis possessiones, petente Conrado C
episcopo, confirmat.

(Anno 1139, April. 11.)

[MORA, Cod. diplom., I, 165.]

CCCLXXIV.

Privilegium pro abbacia Sancti Salvatoris de
Carracedo.

(Anno 1139, April. 11.)

[YEPES, *Coronica general*, etc., tom. V, p. 450.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dile-
 cto filio FLORENTIO abbati Sancti Salvatoris de
 Carracedo, ejusque successoribus canonicè substi-
 tuendis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu prosequente de-
 bet compleri, quatenus et devotionis sinceritas
 laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires in-
 dubitanter assumat. Quapropter, dilecte in Domino
 filii Florenti abbas, tuis justis postulationibus paterna
 benignitate impertimur assensum, et Ecclesiæ Sancti
 Salvatoris de Carracedo, cui, Deo auctore,
 præesse dignosceris, præsentis privilegii robore
 communimus, statuentes ut quascunque possessiones,
 quæcunque bona idem locus in præsentiarum
 justè et canonicè possidet, aut in futurum conces-
 sione pontificum, liberalitate regum vel princi-
 pum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis,
 Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuis-

que successoribus, et illibata permaneant. Sane
 agrorum vestrorum, quos propriis manibus aut
 sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum
 animalium, nullus a vobis decimas præsumat
 exigere. Nominatim autem ea vobis duximus
 confirmanda, quæ Sanctia Germana illustris viri
 Aldefonsi Hispaniarum regis, apud Carracedum
 jure hæreditario possidebat, quæ etiam cum omni-
 bus suis pertinentiis vestræ Ecclesiæ in perpetuum
 concessit, et scripto firmavit. Nullus quoque anga-
 riam, vel parangariam sive gravamen tuæ Ecclesiæ
 imponere, aut collectam in eam facere, seu tribu-
 tum vel fodrum, aut aliquam extraordinariam fun-
 ctionem, si in communionem sanctæ Romanæ Ec-
 clesiæ manere voluerit, ab eadem petere aliquo
 modo præsumat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci
 abbate, nullus ibi per subreptionem, seu per alicujus
 personæ violentiam abbas eligatur, sed juxta
 Regulam beati Benedicti, quem omnis concursus con-
 gregatio, seu pars sanioris consilii elegerit; jam
 electus proponatur, et diocæsano episcopo præsen-
 tatus, ab eodem gratis et sine pravitare consecratur
 et benedicatur. Quicumque vero ad monasterium
 vestrum pro suorum peccatorum remissione trans-
 ire voluerit, et habitum vestrum susceperit, seu
 professionem fecerit, libera sit ei facultas, et om-
 nibus vestræ ecclesiæ fundatoribus liberam illic se-
 pulturam, absque ullius contradictione concedimus.
 Ordinationes vero tuorum fratrum, et consecratio-
 nes ecclesiarum, seu altarium a diocæsano episcopo
 (si in gratia Romanæ Ecclesiæ fuerit) recipies, si
 gratis et sine pravitare exhibere voluerit; alioquin
 a quo malueris (episcopo tamen Catholico) auctori-
 tatem recipias. Decernimus igitur ut nulli omnino
 hominum fas sit præfatum monasterium temere
 perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut abla-
 tas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis
 fatigare, sed omnino integra conserventur eorum,
 pro quorum gubernatione et sustentatione concessa
 sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane in po-
 sterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc no-
 stræ constitutionis paginam series [sciens], contra
 eam temere venire tentaverit, secundo tertiove
 commonita, si non satisfactione congrua reatum
 suum correxerit, potestatis honorisque sui digni-
 tate careat, reamque se divino iudicio existere de
 perpetrata iniquitate cognoscat, atque in examine
 districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem
 loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri
 Jesu Christi quatenus et hic fructum bonæ actionis
 percipiant, et apud districtum iudicem præmia
 æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Aymerici, diaconi
 cardinalis et cancellarii, tertio Idus Aprilis, pon-
 tificatus vero domni Innocentii papæ II anno decimo,
 Incarnationis Dominicæ anno 1138.

(113) Error insignis, quippe cum Innocentius II primum anno 1130 ad dignitatem papalem evectus
 sit.

CCCLXXV.

Monasterii Jesu Nazareni (Montis-Aragonensis) protectionem suscipit et privilegia confirmat
(Anno 1139, April. 11.— Fragmentum.)
[AYNSAI, *Fundacion de Huesca*, p. 455.]

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Aymerici, S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, in Idus Aprilis, Dominicæ Incarnationis anno 1139, indictione II, pontificatus domni Innocentii papæ II anno IX.

CCCLXXVI.

Monasterii S. Galli patrocinium suscipit bonaque ac jura confirmat.

(Anno 1139, April. 12.)

[ZAPP, *Monumenta anecdota Germaniæ* t. I, p. 88.— Autographum pergamentum in scriniis principalis abbatiæ Sancti Galli; Apographum autem Tugii in Bibliotheca Zur-Laubiana, t. I, Helveticarum a sæculo septimo chartarum, p. 552, 553 msc. in fol.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio WARNERO (114) abbati Sancti Galli ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Licet omnibus fidelibus debitores ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio, ac benevolentia existamus, illis tamen propensior cura nos convenit imminere, et ecclesiis sibi commissis suam justitiam conservare, quos ad sedem apostolicam specialiter pertinere et de ipsius proprietate constat existere. Hoc nimirum intuitu, dilecte in Domino filii Warnere abbas, tuis petitionibus clementer annuimus, et monasterium Sancti Galli, cui Deo auctore præses, ad exemplum prædecessoris nostri bonæ memoriæ Joannis XIII papæ, præsentis scripti patrocinio commuimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum idem locus juste et canonice possidet, aut in futurum largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo proprio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Adjicientes etiam ut libertates atque prærogativa [quæ] per privilegia prædecessorum nostrorum piæ recordationis Burkardus (115), quondam provisor ipsius loci, a sede

(114) De eo Necrologii San-Gallensis note habent: vi Non. Jul. obiit Warnerus abbas noster. Communibus suffragiis electus, ad monasterii clavum sedere cepit anno 1135. Severior initio erga suos, sed demum austeritate in pietatem mutata, non tantum virtutum cultor sedulus ipse fuit, sed etiam monasterii commoda pro virili promovit. Præposituram Sancti Leonardi in suburbio San-Gallensi fundavit et dotavit. Ejusdemque auctoritate ac munificentia fundatum est monasterium, seu collegium canonicorum regularium Sancti Augustini Itingæ, et aliud quoque sanctimonialium ibidem. Obiit anno 1167. De eo multa Burkardus in libro De casibus monasterii Sancti Galli cap. 9, pag. 71, apud Goldastum inter rerum Allemanicarum Scriptores t. I, parte 1, Francofurti 1661, in fol.

(115) Anno 968 bullam Joannis XIII impetravit Burkardus abbas Sancti Galli, quæ bulla adhuc servatur in ejusdem abbatiæ scriniis.

A apostolica impetravit, tibi tuisque successoribus inviolata serventur. Ut videlicet nulla ecclesiastica sæcularisve potestas, seu cujuslibet conditionis aut ordinis, contra voluntatem abbatis et fratrum idem monasterium introire præsumat, nec in quibuslibet titulis ecclesiis, decimis, patrimoniis, seu quibuslibet possessionibus, ad eundem locum venerabilem pertinentibus, indebitas exactiones, aut consuetudines imponere audeat, nec quolibet argumenti ingenio, in præfato monasterio divinum præsumat officium interdicere, sed potius sicut ab antiquo, et usque ad hæc tempora idem monasterium in sua libertate permansit, ita sub apostolicæ sedis tuitione in perpetuum perseveret. Sancimus etiam ut decimas et possessiones quas advocatus (116) ejusdem loci sufficientibus testibus vel jramento ipsi monasterio vindicare vel confirmare potuerit, nulli unquam reddere compellatur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium super hac nostra concessione et confirmatione temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu aliis quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis sane in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam scientes, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertioque commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino C judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem cœnobio sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Lucas presbyter card. tit. Sanctorum Joannis et Pauli ss.

Data Laterani per manum Almerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, in Idus (117) Aprilis, indict. II, Dominicæ Incarnationis

(116) Advocatus monasterii erat hoc tempore Udalricus comes de Gameraing, seu Gameraing (oppidum modo est prope Veringam), qui ibi una cum filio suo cum obiisset, Warnerus abbas hypothece nomine advocatiam monasterio vindicavit, ita ut deinceps electio advocati penes abbatem foret, eodem tamen non careret. Melioris deinde et fortioris tutelæ gratia idem abbas comitem Rudolphum de Psullenoorf advocatum sibi adscivit, acceptis ab eo CCC marcis argenti, qui anno 1137 Jerosolymam aditurus, divinisque se ad Dominicum sepulchrum servitii addicturus advocatiæ renuntiavit, quam Warnerus abbas Rudolpho comiti de Haspurg contulit, authenticis litteris quæ adhuc supersunt in scriniis abbatis Sancti Galli.

(117) Die 12 Aprilis 1139 currebat indictio secunda et simul annus decimus pontificatus Innocentii III electi anno 1130, mense Februario. Præsentis bullæ plumbo pendentis munita est.

1139, pontificatus domni Innocentii II papæ anno x. A
CCCLXXVII.

Monasterii Urspergensis jura quædam confirmat.

(Anno 1139, April. 12.)

[LANG, *Regesta*, I, 153.]

CCCLXXVIII.

Privilegium pro cœnobio Admontensi.

(Anno 1139, April. 13.)

[PEZ, *Thesaur. Anecd.*, III, III, 661.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio suo GOTFRIDO, abbati monasterii quod Admontis dicitur, in Salzpurgensi parochia situm, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Cum omnibus Ecclesiis et ecclesiasticis personis ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio debitores existamus, illos tamen paternis affectibus nos convenit amplius confovere, qui, postpositis rebus sæcularibus, omnipotentis Dei servitio se arctius alligaverunt. Quapropter, dilecte in Domino filii Gotefride abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et monasterium Admontense, cui auctore Deo præses, sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus, quod utique a venerabili fratre nostro Gebehardo Salzburgensi archiepiscopo felicitis memorie constat esse constructum in sua diœcesi, atque multis bonis ditatum. Insuper etiam quascunque possessiones, quæcunque bona a præfato Gebehardo seu a successore suo Tiemone archiepiscopo, seu aliis Dei fidelibus, in decimis vel donationibus aliorum agrorum collata sunt, vel in posterum offerri contigerit in terris, vineis vel quibuslibet aliis possessionibus aut quacunque concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, idem cœnobium acquisierit, præsentis vobis scripti pagina confirmamus. Nec episcopo, nec abbati ipsi, nec personæ alicui facultas sit bona ejusdem cœnobii in feudum sive beneficium, sine consensu meliorum et discretorum fratrum aliquibus dare, nec modis aliis alienare.

Sane sepulturam ipsius loci liberam esse censemus, ut qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati sint, extremæ voluntati eorum nullus obsistat. Laicos sive clericos sæculares ad conversionem suscipere nullius episcopi vel præpositi contradictio vos inhibeat. Præterea hospitalem domum a venerabili fratre nostro Chunrado apud Friesach constructam, et Admontensi cœnobio cum decimis apud Modinizza antiquis et novellis, et cum cæteris omnibus sive patellis, sive silvis, aut agris, sive mancipiis, vel cum concambio, sive rationabili donatione donatam, vobis apostolico privilegio roboramus. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam præviderint eligendum.

Nulli ergo hominum omnino fas sit idem cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Salzpurgensis archiepiscopi canonica reverentia. Cui tamen omnino non liceat ei vexationem aliquam, vel consuetudinem, quæ regularium quieti noceat, irrogare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, potestatis honorisque sui dignitate careat, si non congrue satisfecerit, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat, cunctis autem eidem loco jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmiæ æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus cardinalis subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli S. Joannis et Pauli subscripsi.

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis tit. S. Præxedis subscripsi.

Datum Laterani per manum Almerici, S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, Idibus Aprilis, indict. II, Incarnationis Dominicæ an. 1139, pontificatus vero domini Innocentii PP. II anno x.

CCCLXXXIX.

Privilegium pro monasterio B. Martini Murensi.

(Anno 1139, April. 13.)

[HERGOTT, *Genealog. diplom. Hasb.* II, p. 161.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ROZELING abbati Murensis monasterii, quod in episcopatu Constantiensi in pago Argovi situm, in honore beati Martini esse cognoscitur, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri, ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecte in Domino filii Rozeline abbas, tuis rationabilibus postulationibus gratum præbentes assensum, Murense monasterium, cui auctore Domino præses, apostolicæ sedis privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem cœnobium in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, auxiliante Domino, poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Confirmamus etiam vobis

quæcunque eidem loco a fratre nostro Werinhario A comite de Habekspurg (118), eorumque consanguineis collata sunt, qui nimirum idem cœnobium de suis rebus fundasse noscuntur, atque omnino vinculo apostolicæ dignitatis illud, si quis temerario ausu hoc, quod ipsi cum magna devotione fecerunt, infringere vellet, firmaverunt. Liceat insuper vobis ad utilitatem et servitium vestri loci advocatum constituere, et nullus ibi aliquo tempore statuatur, nisi quem vos communi fratrum vestrorum consilio eligere decreveritis. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbatè, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti Regulam provide- B rint eligendum. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis ergo in futurum archiepiscopus, episcopus, imperator, rex, dux, marchio, seu quælibet ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveni- ant.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli subs.

Ego Grisogonus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Prædix subs.

Data Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi card. et cancellarii, Idibus Aprilis, indictione II, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno I.

CCCLXXX.

Ecclesiæ Basileensis protectionem suscipit bonaque ac privilegia confirmat, petente Orthliebo episcopo.

(Anno 1139, April. 14.)

[HERRCOTT, ubi supra, p. 162, ex ms. codice diplomatico Basileensis ecclesiæ, pag. 61.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, Mleto filio ORTHLIEBO (119) Basileensi episcopo,

(118) Werinharius comes de Habekspurg qui ab Innocentio II papa frater noster nominatur, episcopus erat Argentoratensis.

(119) Orthliebum episcopum Basileensem hic no-

minibus successoribus suis canonicè intransibus, in perpetuum.

Ad hoc in sede æquitatis et justitiæ sumus, disponente Domino, constituti ut Ecclesiarum salutis et tranquillitati, auxiliante Deo, salubriter provideamus, et ne pravorum hominum vexationibus fatigentur, paterna sollicitudine operam dare curemus. Eapropter, dilecte in Domino filii, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam tuam cui, Deo volente, præses, cum omnibus ad eam pertinentibus sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio munimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus; exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo præfata ecclesia constructa est, cum omnibus pertinentiis suis, quartam quoque decimarum in Basileensi episcopatu, et in comitatu Brisingavia, cunctas venationes et argenti fodinas, sive sint inventæ, sive inveniantur, claustrum de Salzburg cum omnibus pertinentiis suis, curtim de Haltingen cum ecclesia, curtim de Hystein, Winstat, curtim de Chilcoven cum ecclesia et filiabus suis, scilicet Stouffen cum tota decimatione, et Amperingen, et Oeristetten, et Offmenningen, ecclesias de Merdingen cum filia sua, curtim Opfingen, curtim Untkilche cum ecclesia et filiabus suis, scilicet Gottenheim, et aliis capellis ad eam pertinentibus, ecclesiam de Leheim, ecclesiam de Zeringen, curtim Bichinsol cum ecclesia, et filia sua, curtim de Bichoeringen cum ecclesia et filia sua Bergen, et cæteris suis appendiciis, ecclesiam Brisacho cum ecclesia et filia Hostat, et curtim unam in eadem villa, castrum de Usenberg cum tota Augia, et montem Eggehardi, ecclesiam de Achheim cum omnibus suis pertinentiis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit te vel ecclesiam tuam super hæc nostra constitutione temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel indebitis vexationibus fatigare; sed omnia integre serventur, tuis usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate et metropolitani tui canonica justitia. Si quis igitur in posterum, hujus nostri decreti tenorem sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi reatum suum congrua emendatione correxerit, indignationem Dei, et beatorum apostolorum ejus Petri, et Pauli incurrat, et excommunicationi subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis

minatum, ex gente Froburgica prognatum asserit Stumph. Chron. Helvet. lib. XII, cap. 25, p. 392. Eiusdem nomen recurrit in monumento, num. 220.

percipiant, et apud districtum judicem præmia A
æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Lameriti (120) sanctæ
Romanæ Ecclesiæ cancellarii, xviii Kalendas Maii,
Dominicæ Incarnationis anno 1139, pontificatus
domni Innocentii anno x.

CCCLXXXI.

*Monasterii S. Georgii in Nigra Silva protectionem
suscipit et possessiones juraque confirmat.*

(Anno 1139, April. 14.)

[GERBERT, *Hist. Nigræ Silvæ*, t. III, p. 72.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei,
dilecto filio JOANNI abbati monasterii Sancti Georgii,
quod situm est in Nigra Silva juxta flumen Brigam,
ejuisque successoribus regulariter substituendis,
in perpetuam memoriam.

Apostolicæ sedis clementiæ convenit religiosa et
sancta loca diligere, eorum quieti et utilitati pa-
terna sollicitudine providere, ut quemadmodum di-
vina clementia Patres in Dei populo dicimur, ita
per Dei gratiam effectibus comprobemur. Eapropter,
dilecte in Domino filii Joannes abba, tuis et fra-
trum tuorum desideriis apostolica benignitate im-
pertimur assensum, atque ad exemplum prædeces-
soris nostri sanctæ memoriæ, Urbani papæ, mona-
sterium S. Georgii, cui auctore Deo præesse dig-
nosceris, quod utique a nobilibus viris Hezelone,
et Hessone ipsius loci fundatoribus, beato Petro
apostolorum principi collatum, sub ejusdem aposto-
lorum principis tutela et defensione suscipimus,
ipsumque cum omnibus ad ipsum pertinentibus
præsentis scripti robore communimus; statuentes
ut quascunque possessiones, quæcunque bona a
præfatis viris, vel ab aliis fidelibus eidem cœnobio
sunt collata, quæcunque et in futurum concessione
pontificum, liberalitate regum vel principum, obla-
tione fidelium, seu aliis modis, juste et canonice
poterit idem locus acquirere, firma tibi tuisque
successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc
propriis duximus exprimenda vocabulis: villam quæ
dicitur Stetten; tertiam partem villæ Phiezen;
prædium in loco qui dicitur Cambit, et Flausingen;
villa Walda et Eckha, Degernauw, Ingeltingen, Eys-
tetten; prædium Onningen, Leidringen, Degewingen,
Magerben, Wuolingen, Baltrameshoven, Tiundenho-
ven, Gugenwaldt, Achara, Schlatta, Betehoven,
Gruningen, Schweningen, Aseheim, Embach, Ar-
noldesbach, Mulnheim, Drudenheim, Altheim, En-
dingen, Schopfsheim, Butenheim, Eggehodesheim,
Steneswilare. Cellam Luchesheim cum appen-
dicis suis. Prædium quoque Megenhelmeswilare, in
quo et cella, quæ vocatur S. Joannis. Cellam sitam
in prædio quod dicitur Fridinwillare, quod legitima
commutatione cambitum est ad ecclesia Augiensis.

(120) *Lameritum* cancellarium cardinalibus sanctæ
Romanæ Ecclesiæ accensemus, quandoquidem pon-
tifices Romani a tempore Leonis IX in bullis can-
cellarii nomen cum præfatione diaconi, vel presby-

Et cellam Ambthenhusen; ecclesiam quoque in loco,
qui dicitur Vokhenusen, a te tuisque successoribus
et fratribus perpetue procurari permittimus. De-
cimæ quoque omnium rerum, quæ de Silva ad
eamdem cellam pertinente provenient, vel de fini-
tims locis jam pertinentibus, sicut a venera-
bili Gebehardo episcopo est constitutum, vestris et
fratrum usibus omnimodis cedant.

Chrisma sane, oleum sanctum, promotiones ordi-
num, consecrationes altarium sive basilicarum, seu
alia quælibet sacra Constantiensi suscipietis episcopo,
si quidem Catholicus fuerit, et gratiam atque com-
munionem apostolicæ sedis habuerit, eamque gratis
et sine pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat
vobis Catholicum, quemcunque malueritis, adire an-
tistitem, et ab eo consecrationum sacra suscipere.
Sepulturam vero præfati cœnobii, et cellarum sua-
rum liberam omnino fore sancimus, ut eorum qui
se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ
voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus
obsistat. Obeunte autem te nunc ejusdem loci ab-
bate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi
qualibet subreptionis astutia seu violentia præpo-
natur, nisi quem fratres, communi assensu, aut
fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timo-
rem, et beati Benedicti Regulam elegerint. Nulli
quoque ecclesiasticæ sæcularive personæ licentia
pateat in jam dicto monasterio aliquas sibi proprie-
tatis conditiones, vel hæreditarii juris, vel advoca-
tiæ, vel cujuslibet potestatis usurpationem, quæ
libertati ipsius loci noceat, vindicare, seu ejus
possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire,
vel indebitis fatigationibus infestare; sed omnia
integra conserventur eorum, pro quorum conser-
vatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.
Porro advocatum vobis constituendi communi con-
sensu, omnino liberam vobis concedimus faculta-
tem, quem nimirum, si monasterio inutilis fuerit,
amovere, et alium idoneum vobis substituere liceat.
Ad indicium autem perceptæ hujus a sancta Romana
sede libertatis, singulis annis unum bizantium nobis
nostrisque successoribus persolveris. Si quis igitur in-
posterum, hujus nostri decreti tenorem sciens, contra
eum temere venire tentaverit, secundo tertiove
commonitus, nisi reatum suum congrua emenda-
tione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate
careat, reumque se divino judicio existere de per-
petrata iniquitate cognoscat, et a Domini Redem-
ptoris nostri Jesu Christi corpore et sanguine alienus
 fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis
subjaceat. Conservantes autem hoc, omnipotentis Dei
et beatorum ejus apostolorum Petri et Pauli benedi-
ctionem et gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Datum Laterani per manum Aymerici, sanctæ
Romanæ Ecclesiæ cancellarii, xviii Kal. Maii, Domi-

teri cardinalis, quandoque nudum cancellarii no-
men, sub quo dignitas cardinalis latebat, adhibere
solebant. Conf. Mabillon, *De re diplom.* l. II, cap.
13, p. 125, 126.

niæ Incarnationis anno 1139, indictione II, pontificatus domni Innocentii II anno X.

CCCLXXXII.

Privilegium pro abbacia S. Stephani Divionensis.

(Anno 1139, April. 14.)

[PERARD, *Recueil*, etc., p. 109.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HEBERTO abbati ecclesiæ beati protomartyris Stephani, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Venerabilium locorum cura nos admonet de eorum quiete et tranquillitate sollicite cogitare, ut qui divina disponente clementia, ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et sedis apostolicæ privilegio pariter robaremus. Quamobrem, dilecte in Domino filii Heberte abba, tuis justis desideriis paterna benignitate impertimur assensum, et ecclesiam Beati protomartyris Stephani, cui, auctore Deo, præesse dignosceris, cum omnibus ad eam pertinentibus, præsentis scripti suffragio communimus. In primis siquidem statuantes ut ordo canonicus qui secundum beati Augustini Regulam... in eadem ecclesia noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus ibidem inviolabiliter observetur. Quascunque præterea possessiones, quæcunque bona, idem locus in casamentis, terris, ecclesiis, capellis, villis, servis, ancillis, seu aliis rebus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in posterum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc duximus propriis exprimenda vocabulis: videlicet matricem ecclesiam in honore Sancti protomartyris Stephani dedicatam, cum cæmeterio, infra murum castri: ecclesiam S. Medardi cum decimis; ecclesiam S. Michaelis cum cæmeterio et decimis, extra murum sitam: ecclesiam Sancti Aniani Aquæductus, cum cæmeterio, decimis et terris suis: ecclesiam Sancti Martini de Quinctiniaco cum cæmeterio, decimis et terris suis; ecclesiam Sancti Mauricii de Siliciaco cum cæmeterio decimis et terris suis: jus quod habetis in ecclesia Sancti Genesii de Dearilla, et capella de Stabiclis, cum cæmeterio et parte decimarum: ecclesiam S. Martini de Prato cum capella de Fontanis, cæmeterio et pertinentiis earum: ecclesiam Sanctæ Mariæ de Gimellis cum capella de Picangis, cæmeterio terris et decimis: ecclesiam S. Florentii de Tylecastro, cum capella Sanctæ Mariæ, et cæmeterio, decimis, terris et pertinentiis earum: ecclesiam Sancti Petri de Mirebello, cum cæmeterio, decimis, terris et appendiciis earum: decimam de Geaco, decimam de Cureio: locum Capellæ quæ est inter Leuglerium, et Sanctum Fidolium, cum appendiciis suis: ecclesiam Sancti Andreae de Ormentiaci, cum capellis, cæmeterio, et parte decimarum quæ presbyteratui congruit: locum de Puteolo, locum de Annino fonte, cum appendiciis suis: locum de Galdo Alirey, cum

appendiciis suis: ecclesiam Sancti Martini de Archo, cum cæmeterio et appendiciis suis: locum de monte Cyniaco cum appendiciis suis: locum de Francis, cum pertinentiis suis: locum de Bonavalle Jurensi cum appendiciis suis: ecclesiam Sancti Germani de Copiaco, et capellam Sancti Andreae de Parriniaco cum decimis; capellam Sanctæ Mariæ de Marcenniaco cum cæmeteriis et terris eorum; jus vestrum de ecclesia de Saviniaco cum cæmeterio, et medietate decimarum et terrarum. Præsenti quoque decreto sancimus, ut decedente Garnerio ejusdem loci præposito, aut aliis sæcularibus canonicis, nullus eis, nisi regularis præpositus, seu etiam canonicus, substituatur. Obediente vero te, ipsius abbate loci, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi cujuslibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres, aut fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Augustini regulam, eligendum providerint. Prohibemus etiam ut nullus infra terminos parochiarum ejusdem ecclesiæ, ecclesiam, capellam aut cæmeterium construere vel consecrare præsumat. Adjicientes insuper ut præfatae ecclesiæ regulares canonici libere et absque contradictione, curam et administrationem parochialium ecclesiarum suscipiant, et commissarum sibi animarum saluti Domino auxiliante, provideant. Nulli etiam canonicorum vestrorum licentia pateat, post factam in eadem ecclesia professionem, absque abbatis vel fratrum licentia, inde discedere, vel ad alia loca transvolare: discedentes vero nullus episcoporum vel abbatum suscipere audeat, vel retinere. Porro de laboribus quos propriis manibus sumptibusque colligitis, seu etiam de nutrimentis vestris, juxta quod a nobis in generalibus est statutum conciliis, a vobis exigi decimas auctoritate apostolica interdiximus. Præsenti quoque decreto sancimus ut parochianorum vestrorum sepulturam libere habeatis, nisi forte aliqui eorum se in aliis decreverunt ecclesiis sepeliri. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prædictam ecclesiam super hac nostra constitutione timere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua emendatione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Conservantes autem hæc, omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus benedictionem et gratiam consequentur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ episcopus, A
subscripsi. Bene valete.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli Sanctæ
Crucis in Jerusalem subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli sanctorum
Joannis et Pauli subscripsi.

Ego Yvo presbyter cardinalis tituli Sancti Lau-
rentii, tituli Damasi subscripsi.

Data Laterani per manum Aymerici Sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii,
xviii Kalendas Maii, Dominicæ Incarnationis anno
millesimo centesimo tricesimo nono, indictione
secunda, pontificatus domni Innocentii papæ II
anno decimo.

CCCLXXXIII.

Privilegium pro monasterio Sancti Nicolai et Sancti
Medardi Tornacensis.

(Anno 1139, April. 14.)

[Cousin, *Histoire de Tournai*, t. II, p. 216.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei,
dilecto filio OGERO abbati ecclesiæ Sancti Nicolai et
Sancti Medardi Tornacensis, ejusque successoribus
canonice substituendis in perpetuum.

Quoniam in sede justitiæ residemus, fratres no-
stros debemus sincera charitate diligere, et unicui-
que jura sua nostræ auctoritatis privilegio conservare.
Hujus ergo considerationis intuitu, dilecte filii Ogere
abbas, tibi tuisque successoribus confirmamus ut
quæcunque ecclesia Sancti Nicolai et Sancti Me-
dardi Tornacensis in præsentiarum juste et canonice
possidet, aut in futurum concessione pontificum,
liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium,
seu aliis rationabilibus modis, poterit adipisci, firma
vobis et inconversa permaneant. In quibus hæc
nominatim duximus exprimenda: mansiones intra
Tornacum censum persolventes, terras arabiles
circa ipsam civitatem inter duos rivos, Ries vide-
licet et Mayry, terram circa vivum fontem, terras
circu rivulum qui Riès vocatur, terram et deci-
mam apud Landast, allodium et terram censualem
apud Castrecin, decimam vestram, quam in eadem
curte tenetis de ecclesia Sancti Martini pro censu
duorum solidorum, terram juxta Malbray, decimam
bestiarum in eadem terra, quam ab ecclesia Anto-
niensi pro censu septem solidorum tenetis, redditus
duorum modiorum frumenti apud Rosbais. Ordinem
etiam beati Augustini juxta consuetudinem Sancti
Nicolai de arida gamantia, et liberam abbatis vobis
confirmamus electionem. Decernimus ergo ut nulli
omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere
perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel abla-
tas retinere, aut injuste acceptas suis usibus vindic-
care, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare,
sed omnia integra serventur eorum, pro quorum
sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus
omnimodis profutura, salva nimirum in omnibus
diocesanis episcopi justitia et reverentia. Si qua
igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona,
hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra

eam temere venire tentaverit, secundo tertiove
commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione
correxerit, potestatis honorisque sui dignitate ca-
reat, reamque se divino judicio existere, de perpe-
trata iniquitate cognoscat, et a sacratisimo corpore
et sanguine Dei ac Domini nostri Jesu Christi aliena
fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat
ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servan-
tibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus
et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud
districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ cancellarii, xviii Kalendas Maii,
Dominicæ Incarnationis anno 1139, indictione II,
pontificatus domni Innocentii II papæ anno X.

CCCLXXXIV.

Domum hospitalem Tornacensem tuendam suscipit et
ejus possessiones ac privilegia confirmat.

(Anno 1139, April. 15.)

[MIRÆUS, *Opp. diplom.*, II, 966.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
lecto filio GERARDO administratori hospitalis domus
Tornacensis, ejusque successoribus in perpetuum.

Apostolicæ sedis clementiæ convenit defensionibus
pauperum tuitione propitia providere. Eapropter,
dilecte in Domino filii Gerarde, tuis desideriis ele-
menter annuimus, et hospitalem domum, quam ad
servitium pauperum et omnipotentis Dei gloriam
adminstras atque gubernas, sub beati Petri et
nostra tutela suscipimus, eamque præsentis scripti
pagina communimus, statuentes ut quascunque
possessiones, quæcunque bona idem venerabilis
locus in præsentiarum legitime possidet, aut in
futurum concessione pontificum, largitione regum
vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis
modis, Domino propitio, poterit adipisci, firma tibi
tuisque successoribus et illibata permaneant. In
quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:
videlicet in urbe Tornacensi domum pauperum et
aliam quamdam domum, quæ singulis annis certos
redditus solvunt, et insuper molendinum unum, in
pago Tornacensi, altare de Warconio et curtem
unam, cum terris ad eam pertinentibus, in pago
Bracbatensi altare de Velana et tres curtes, cum ter-
tis, silvis et pratis ad eas pertinentibus, præbendam
quoque unam a venerabili fratre nostro Simone
Tornacensi episcopo vobis pro sua devotione con-
cessam, ut videlicet decedente Gotero decano, eam
sacerdos a capitulo elevatus accipiat, qui et curæ
pauperum sollicitè serviat, et de ipsa hospitali domo
nihil accipiat, sed potius de præbenda sibi necessa-
ria providebit, et ad altare Sanctæ Mariæ sacerdotis
persolvat officium.

Qui sacerdos, si (quod absit!) erga pauperes
Christi negligentius se habuerit, et admonitus cor-
rigi contempserit, amoto eo, electione iterum ca-
pituli alius substituetur utilior.

Cui etiam sacerdoti, convocatis senioribus civibus
in vestro capitulo, de laicis viri boni testimonii

socius eligetur, ad dispensationem temporalium et A curam diligentissimam pauperibus adhibendam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam domum nostram hospitalem temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet modis fatigare, sed omnia integra conserventur, usibus pauperum omnimodis profutura. Si quis autem ausu temerario id attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat, et excommunicationi subiaceat. Conservantes autem habeant peccatorum suorum veniam, et eorundem apostolorum benedictionem et gratiam consequantur. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii. xvii Kal. Maii, indict. ii, Incarnationis Dominicæ anno 1138, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno nono.

CCCLXXXV.

Ad Manfredum Mantuanum et Lotharium Vicentinum, episcopos.

(Anno 1139, April. 16.)

[TIRABOSCHI, *Storia della badia di Nonantola*, II, p. 249, ex codice Vaticano membranac. in-4, n. 285, pagina extrema a tergo.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus M[ANFREDO] Mantuano et L. Vicentino episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Inter dilectum filium nostrum Hd. Nonantulanum abbatem et fratrem nostrum T. Veronensem episcopum super plebe de Nogaria et capellis suis gravis quæstio agitur. Quam nimirum controversiam discretioni vestræ duximus committendam. Per apostolica igitur scripta fraternitati vestræ præcipiendo mandamus quatenus præfatum locum usque ad proximi Kal. Junii pariter adeatis, et si constiterit Nonantulanum monasterium præfatas ecclesias possedis, et sine judicio amisisse, ipsum earundem possessioni restituatis. Hoc ipsum, etiamsi prænominatus episcopus ad vocationem vestram non venerit, nihilominus faciatis.

Dat. Lat. xvi Kal. Maii.

CCCLXXXVI.

Ad Theobaldum Veronensem episcopum.

(Anno 1139, April. 16.)

[TIRABOSCHI, *Storia di Nonantola*, II, p. 249.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri T. Veronensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Pro controversia quæ inter te et dilectum filium nostrum J. Nonantulanum abbatem super plebe Nogariæ agitur, venerabilibus fratribus nostris M[ANFREDO] Mantuano et L. Vicentino episcopis mandavimus, ut videlicet ad eundem locum accedant, et eandem litem, cognitis utriusque partis rationibus, usque ad proximi Kal. Junii definire nullate-

nus permittant. Per præsentia itaque scripta fraternitati tuæ præcipimus quatenus cum ab eisdem fratribus nostris evocatus fueris, eorum præsentiam adeas, et quod super hac causa ab eis definitam fuerit, firmiter observes.

Dat. Lat. xvi Kal. Maii.

CCCLXXXVII.

Privilegium pro monasterio Campensi.

(Anno 1139, April. 16.)

[LA COMBLET, *Urkundenbuch*, t. I, p. 322.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio THEODERICO abbati ecclesiæ Campi, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ex commisso nobis a Deo apostolatus officio tam vicinis quam longe positus existimus debitores. Cumque omnes honorare ac diligere debeamus, et ecclesiis fratribus nostris commissis debitam conservare justitiam, illos tamen propensiori charitatis studio nos convenit confovere; quos ampliori morum honestate ac religionis nitore constat esse per Dei gratiam illustratos. Hujus rei gratia, dilecte in Domino filii Theodorice, abbas Ecclesiæ Campi, tuis petitionibus clementer annuimus, et præfatum monasterium cui, auctore Domino, præses, præsentis privilegii pagina communimus: statuente ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: scilicet curia Gumbreteseyme cum suis terminis: Honepoul cum suis usibus: Goterswicg cum his quæ ad ipsam pertinent. Adjicimus etiam ut ordo monasticus qui secundum B. Benedicti Regulam et institutionem Cisterciensis capituli in eodem loco noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus ibidem inviolabiliter conservetur. Sancimus insuper ut idem locus vester ab omni servitute sæculari et exactione sit liber, et in ea libertate qua eum Fredericus archiepiscopus bonæ memoriæ constituit, permanere decernimus. Prohibentes ut justitiam quam idem archiepiscopus in silvis, pascuis, aquis adjacentibus pro sua vobis devotione concessit, nullus minuere aliqua ratione præsumat. Sed nec episcopo liceat te vel successores tuos ad sua negotia, nisi forte ad synodum invitum trahere vel vocare. Statuimus insuper ut pro generali parochiæ interdicto, monasterium vestrum a divinis non vacet officiis; nec alicui fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem minoris vel majoris religionis obtentu, absque prælati sui licentia, liceat de claustris discedere, et ad alium locum transmigrare. Discedentem vero nullus episcoporum vel abbatum audeat retinere; qui et canonice monitus, si redire contempserit, in eum canonicam sententiam proferendi habeatis liberam facultatem. De

terris quoque incultis et vestrorum pecorum nutrimentis a vobis decimas exigere nemo audeat. Decernimus ergo ut nulli liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliis temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio de perpetrata iniquitate existere cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et in futuro præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Angeli ss.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xvi Kal. Maii, Dominicæ Incarnationis anno 1139, indictione ii, pontificatus domni Innocentii papæ II anno x.

CCCLXXXVIII.

Confirmatio foundationis abbatiæ Averbodiensis, pro cuius regimine atque immunitate nonnulla statuuntur decreta.

(Anno 1139, April. 16.)

[COCQUELINES, II, p. 245.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio abbati ANDRÆ Sanctæ Mariæ sitæ in Averbodio, tuisque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecte in Domino fili Andreas abbas, tuis petitionibus clementer annuimus et ecclesiam Sanctæ Mariæ sitam in Drebodio [f. pro Averbodio], quam utique nobilis vir Arnulfus comes, ejusque consortes, piæ devotionis intuitu fundaverunt, et ad vestram sustentationem omnipotenti Domino pro animarum suarum remedio libere obtulerunt, a termino videlicet Endeberghe usque ad terminum, qui dicitur Ubrepat, cum pascuis circumjacentibus, sub protectione beati Petri suscipimus, et præsentis privilegii pagina communimus. Statuimus enim ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant.

Adjicimus quoque ut idem locus ab omni extractione liber maneat, sicut ab iisdem fundatoribus statutum fuisse cognoscitur. Nec aliquem præter episcopum habeat advocatum; et ut ordo canonicus secundum regulam sancti Augustini, et institutionem Præmonstratensis Ecclesiæ, ibi perpetuo conservetur. Sancimus etiam ut nemini fratrum, post factam in eodem loco professionem, absque licentia prælati sui, ad alium locum liceat transmigrare. Quod si decesserit, et canonice commonitus redire contempserit, facultatem nihilominus habeatis eundem a divinis officiis interdicere, interdictum vero nullus episcoporum vel abbatum suscipere audeat, vel retinere. Sane de laboribus, quos propriis manibus et sumptibus colitis, decimas exigi prohibemus. De nutrimentis quoque animalium vestrorum idipsum observari præcipimus.

Ut autem quietius atque liberius manere possitis in omnipotentis Dei servitio, auctoritate apostolica inhibemus, ne cui episcopo liceat vos ad sua negotia, nisi forte ad synodum, invitos trahere, vel vocare. Porro sepulturam ejusdem loci omnino liberam esse concedimus, ut videlicet eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstat, salva nimirum matricis Ecclesiæ canonica justitia vel reverentia. Inter cæteras ejusdem loci possessiones, ecclesiam, quæ dicitur Tessenderlon, nihilominus confirmamus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eundem locum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliis perturbationibus fatigare, sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat.

Conservantes autem hæc omnia, omnipotentis Dei et beatorum apostolorum ejus Petri et Pauli benedictionem et gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xvi Kalendas Maii, indictione ii, Dominicæ Incarnationis anno 1139, pontificatus domni Innocentii II papæ anno x.

CCCLXXXIX.

Privilegium pro monasterio Nonantolano.

(Anno 1139, April. 17.)

[TIRABOSCHI, *Storia di Nonantola*, II, 247.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ILDEBRANDO abbati monasterii S. Sylvestri

Nonantulani, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Quisquis supernam Jerusalem intrare atque habitare desiderat, expedit ei ut, juxta Psalmistæ testimonium, circa ea quæ pacis sunt diligenter intendat. Hoc nimirum intuitu, quoniam inter Nonantulanam et Mutinam Ecclesiam multæ similitates et guerræ hæctenus exstiterunt, tandem pro bono pacis inter utriusque loci habitatores hujusmodi olim est conventio constituta, videlicet Mutinensis episcopus ecclesiam castrî Veteris cum capellis suis, et ecclesiam Sclopani cum capellis suis, ecclesiam Fanani cum capellis suis, ecclesiam Cœnuranæ cum capellis suis, ecclesiam Trecentulæ cum capellis suis, et ecclesiam Cortiolæ cum capellis suis, rogatu abbatis Nonantulani consecrare deberet, et earum clericos promovere. Post hæc vero, pace a Mutinensibus non servata, Ribaldus Mutinensis episcopus, inconsulto et invito abbate, unam de supradictis ecclesiis per violentiam consecravit. Quo facto, tu dilecte in Domino filii Ildebrande abbas, ad concilium veniens quod in Urbe Domino auctore celebravimus, adversus eundem episcopum in nostra præsentia questus es. Qui nimirum ante nos et fratres nostros constitutus, cum super objectis se defendere non valeret, hujusmodi sententiam subiit, ut, quia pactum illud contra multorum Romanorum pontificum privilegia monasterio Nonantulano indulta factum esse constabat, id ipsum viribus carere decrevimus, et prorsus irritum duximus, Mutinensi episcopo præcipientes ne quid simile ulterius attentare præsumat; quin potius vestrum monasterium semper et ubique quiete perfrui libertate sibi concessa permittat. Nulli ergo omnino hominum liceat te vel successores tuos super his ullatenus infestare, vel hanc nostram constitutionem infringere vel mutare, vel aliquam vobis exinde contrarietatem inferre. Si quis autem ausu temerario id attentare præsumserit, nisi reatum suum congrue emendaverit, indignationem Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat, et excommunicationi.... (*Cætera desunt.*)

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem ss.

Ego Azo presbyter cardinalis tit. S. Anastasiæ ss.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. S. Præxedis ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis tit. SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Hubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata ss.

Datum Laterani per manum Aimerici S. Romanæ

Ecclesiæ diac. cardin. et cancell., xv Kal. Maii, indict. ii, Incarnationis Dominicæ anno 1159, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno x.

Ego Rogerius Nonantulanae Ecclesiæ tabell., quod in sententia domni papæ Innocentii scriptum inveni, scripsi nihil addens, vel minuens.

CCCXC.

Privilegium pro abbacia S. Huberti, ordinis S. Benedicti, in Ardenna.

(Anno 1139, April. 17.)

[ROBAULX, *Chronique de Saint-Hubert*, p. 335 ex archivis abbatiæ S. Huberti.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio GILBERTO abbati monasterii S. Huberti in Ardenna, ejusque successoribus regulariter ibi substituendis in perpetuum.

Apostolicæ sedis clementiæ convenit religiosos viros diligere eosque maternæ pietatis gremio confortare. Hujus rei gratia, dilecte in Domino Gilberte abbas, tuis desideriis clementer annuimus, et monasterium sancti Huberti, cui Deo auctore præsidet, in tutela B. Petri, et nostra suscipimus, et præsentis scripti pagina roboramus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum largitione fidelium, seu quibuslibet modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permanent. Et quia idem monasterium, sicut ipse nobis suggestisti, diversas frequenter a diversis raptoribus patitur injurias, auctoritate hujus sedis apostolicæ damus tibi et successoribus tuis potestatem ligandi atque solvendi. Et confirmamus præfato B. Huberti monasterio quidquid suum est: quatuordecim videlicet capellas, ab omni exactione episcopali liberas. Sed et cellam Ebernei curtis cum pertinentiis suis cellam S. Theobaldi in Porcino castro sitam, cum pertinentiis suis; Pirensem cum pertinentiis suis, cellam de Mollins cum pertinentiis suis; cellam Curiensem, cum pertinentiis suis; cellam de Sancey, cum pertinentiis suis; cellam S. Petri cum capella S. Joannis in castro Bulloniensi, et cæteris pertinentiis suis; ecclesiam de Palatiolo cum capellis et decimis suis, ecclesiam de Horto cum capella et rupe, et cæteris pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Michaelis, et montem et totum alodium de Miruolo; ecclesiam Sancti Mononis de Nassonia cum omnibus pertinentiis suis, capellam S. Huberti in Leodio, ecclesiam de Stawles, et ecclesiam de Nirves, ecclesiam de Burs cum pertinentiis suis, ecclesiam de Alvento cum pertinentiis suis, ecclesiam de Bassayo cum pertinentiis suis, et alias multas quas possidet, salva diocesanorum episcoporum justitia et reverentia.

Præterea confirmamus præfato monasterio oblationes fidelium quæ vulgo *crucis bannales* dicuntur, de tribus decaniis, de decania Gradensi oblata neceræ, sive ipsum obolum Leodiensis monetæ, et caseos de toto lacte vaccarum, ovium et caprarum,

unius diei de singulis domibus villarum subscriptarum, videlicet, Maisin, Reduit, Vuscejæ, Gusanvillæ, Ocham, Palatioli, Offagne, Salsenrivi, Graides, Gednes, Loytres, item Loitres Borsines, Riennes, Willezies, Harnyes, Altifaleti, Oyseis, Gembres, Bievre, Givet. Idem de decania Bohanniensi, de singulis domibus villarum subscriptarum, Wellin, Ham, Herpruviæ, Bohanniæ, Gimellæ, Marldee, Aye, Haverenne, Liceuriæ, Mosbour, Burs, Telius, Waureliæ, Tevins, Sernum, Villers, Jamblines, Wanlin, Frelo, Cotue, montis Sancti Petri Brumartin, Revouaiæ, montis Valcheri. Idem de omnibus villis decaniæ Bastoniensis, addito pane uno de domibus singulis.

Prædicto autem monasterio nullus abbas temere ordinetur, aut contra sacros canones constituatur; sed is quem sibi concors congregatio libera electione secundum timorem Dei assumpserit. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis fatigationibus molestare, sed omnia integra conserventur, eorum usibus omnimodis profutura, pro quorum gubernatione et sustentatione sunt concessa.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

✠ Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli SS. Joannis et Pauli.

Ego Chrisogonus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Praxedis.

Data Laterani per manum Aymerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xv Kal. Maii, indictione secunda, Incarnationis Dominicæ 1159, pontificatus vero domini Innocentii secundi papæ anno decimo.

CCCXCI.

Privilegium pro ecclesia Lichfeldensi in Anglia.

(Anno 1159, April. 18.)

[*Monastic. Angl.*, III, p. 254.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Ecclesiæ Lichfeldensis, tam presentibus quam futuris, in Christo salutem et apostolicam benedictionem.

Apostolicæ sedis clementiæ convenit universis

A ejus patrocinium implorantibus maternæ tuitionis suffragium exhibere, ut quemadmodum, disponente Domino, Patres in Dei populo dicuntur, ita etiam operum exhibitione comprobemur. Hujus rei gratia, dilecti in Domino filii, vestris desideriis paterna benignitate annuimus, et ecclesiam Lichfeldensis in qua divino vacatur servitio, præsentis scripti pagina communimus, statuentes ut ecclesias, decimas, et quascunque possessiones, quæcunque bona præfata Ecclesia in præsentiarum iuste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, quæcunque etiam a venerabili fratre nostro Rogero Coventrensi episcopo, tam in ecclesiis, decimis, terris, quam in aliis possessionibus vobis collata sunt, vel ab eodem in posterum, Deo propitio, conferuntur, firma vobis in perpetuum et illibata permanent. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis autem ausu temerario, id attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum apostolorum ejus Petri et Pauli incurrat, et excommunicationi subjaceat. Conservantes autem hæc, eorumdem apostolorum et nostram benedictionem et gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, decimo quarto Kalendas Maii, indictionis secundæ, Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo tricesimo nono, pontificatus vero domini Innocentii papæ secundi anno decimo.

CCCXCII.

Chunrado abbati et monachis Fuldensibus nuntias Sturmium in concilio sanctis ascriptum esse.

(Anno 1139, April. 19.)

[MABILLON, *Acta sanctorum ord. S. Bened.*, III, II, 284.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, dilecto filio D CHUNRADO abbati et monachis Fuldensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum valde est et omni laude dignissimum, ut quos Rex regum et Dominus dominantium honorare dignatur, eisdem ab hominibus devota reverentia impendatur. Nos igitur audita vita laudabili B. Sturmii confessoris, cognitis etiam ex parte miraculis quæ per ejus merita Dominus operatur, attestatione fratrum nostrorum qui de partibus Teutonice advenerant; in plenaria synodo quæ apud Lateranum est per Dei gratiam congregata, communicato consilio patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum atque abbatum, eundem beatum virum inter sanctos et electos honorari præcepimus: et diem depositionis ejus cum gaudio solemniter cele-

brari. Vestra itaque, filii charissimi, interest, ita ejusdem confessoris obsequiis ad honorem Dei omnipotentis addictos existere, ita matris nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ decreta veneranda servare. ut locus vester tam apud Deum, quam apud homines, laudem et gloriam mereatur, et vestra devotio æternæ vitæ præmia assequatur.

Data Laterani xii Kalend. Maii.

CCCXCIII.

Chunrad archiepiscopi Magdeburgensis et Wigeri episcopi Brandenburgensis de decimis fundi ecclesiæ S. Mauriti item discernit.

(Anno 1159, April. 20.)

[RIEDEL, *novus Codex diplom. Brandenburg.*, I, VIII, p. 101.]

INNOCENTIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILI FRATRI CHUNRADO MAGDEBURGENSI ARCHIEPISCOPO ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Indignum est cum inter eas personas sibi discordia locum invenit, a quibus debent pacis et concordie bona procedere; idcirco concordiam de decimis fundi ecclesiæ B. Mauriti, quæ in Brandenburgensi Ecclesia sita est, inter venerabilem fratrem nostrum Wigerum Brandenburgensem episcopum et dilectum filium nostrum Gerardum Magdeburgensem præpositum ejusque socios vice tua in eadem causa fungentes in nostro Lateranensi palatio chartæ et atramento duximus committenda. Statutum est enim quod tu, venerabilis frater Chunrade archiepiscopo, et fratres tui, episcopo Brandenburgensi et ecclesiæ suæ centum talenta Magdeburgensis monetæ et totidem mansos terræ in eodem episcopatu, uti laudaverit frater noster Anselmus episcopus, et Gerardus Magdeburgensis præpositus, atque Arnoldus abbas Bergensis pro bono pacis dabis atque tradetis, qui nimirum mansi tales existant, quod unusquisque eorum pro censu duos solidos solvet, præter alias utilitates, qui nihilominus præfati episcopi usibus cedent. In istis vero centum mansis, villa Pecho connumerabitur, cum silvis, pascuis, pratis, aquis aquarumque decursibus infra terminos ejusdem villæ; sane census ejusdem villæ per viros fideles et timentes Deum computetur, et secundum justam numerationem de supradictorum mansorum numero minuatur. Pro quibus omnibus Brandenburgensis episcopus vobis et vestræ ecclesiæ deposita controversia pacem faciet, et de eadem quæstione decimarum fundi Beati Mauriti culti vel inculti, quæ in præsentem possides, sive ad manum tuam, venerabilis frater Chunrade archiepiscopo, tenueris, sive aliis ecclesiis ipsa concesseris, seu tui antecessores concesserint, omnimodis conquiescat. Nulli igitur omnino homini fas sit, te vel successores tuos super hac constitutione, salva tertia parte decimarum, quæ plebanis debetur, temere perturbare, vel quamlibet vobis contrarietatem vel diminutionem inferre, vel eam infringere in aliquo, vel mutare. Si quis autem hoc ausu temerario attentare præsumpserit, secundo tertioque commonitus, nisi reatum suum

satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; et a sanctissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Conservantes autem, intervenientibus beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis, omnipotentis Dei gratiam et æternæ vitæ præmia consequi mereantur. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Pauli.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Sanctorum Joannis et Pauli

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Praxedis.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani juxta templum Romuli.

Ego diaconus cardinalis Sancti Eustachii juxta templum Agrippæ.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli.

Ego Gerardus diaconus S. Mariæ in Dominica.

Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xii Kalend. Maii, indictione II, Incarnationis Dominicæ anno 1159, pontificatus nostri domini Innocentii papæ II anno decimo.

CCCXCIV.

Inter Lanzonem, abbatem S. Michaelis, et Haduicem, abbatissam Juveniacensem, latam de ecclesia S. Tyriaci sententiam confirmat.

(Anno 1159, April. 20.)

[BALUZ., *Miscell.*, III, 69.]

INNOCENTIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, dilecto filio LANZONI abbati Sancti Michaelis ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Quæ ad pacem Ecclesiarum sunt debemus paternæ provisione statuere et earum quieti atque utilitati salubriter providere. Proinde, in Domino dilecte fili Lanzoni abbati, decisionem controversiæ quæ inter te et Haduicem Juveniacensem abbatissam pro ecclesia de Tyrcio in præsentia venerabilium fratrum nostrorum bonæ memoriæ Willelmi Prænestini, Matthæi Albanensis episcoporum, necnon Joannis Cremensis tituli Sancti Chrysogoni, Gerardi tituli Sanctæ Crucis, Huberti tituli Sancti Clementis presbyterorum cardinalium, et nostra ante assumptum apostolatus officium rationabiliter facta est, auctoritate apostolica confirmamus, et ratam atque inconcussam futuris temporibus manere decernimus, et perpetuum silentium super hoc eidem abbatissæ ejusque successoribus indicimus, atque juxta ea quæ ab eisdem episcopis et cardinalibus exinde statuta sunt, ut præ-

fata abbatissa a calumnia quam pro jam dicta ecclesia de Tyrcio vestro monasterio inferebat omnimodis conquiescat, eundemque locum cum suis appendiciis vestrum monasterium quiete possideat, præsentis sanctione statuimus. Nulli ergo hominum liceat te vel successores tuos super hac nostra confirmatione temere perturbare, aut aliquam vobis exinde diminutionem vel contrarietatem inferre. Si quis autem ausu temerario contra hæc venire præsumperit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat, et excommunicationi subiaceat quousque a sua præsumptione resipuerit et congrue satisfecerit. Amen, amen, amen.

Data Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xii Kal. Maii, indictione ii, Incarnationis Dominicæ anno 1159, pontificatus vero domini Innocentii papæ ii anno x.

CCCXCV.

Bulla confirmans subrogationem Præmonstratensium in abbatiâ Poeldensi.

(Anno 1159, April. 20.)

[Hugo, *Annal. Præm.*, II, 386.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio CONRADO præposito Ecclesiæ Poeldensis, tuisque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi pertinere cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et optatum impertiri suffragium. Proinde, dilecte in Domino fili Conrade præposite, tuis petitionibus clementer annuimus, et ecclesiam Poeldensem cui, auctore Domino, præsidet præsentis scripti pagina communitus. In primis siquidem statuantes ut ordo canonicus qui secundum beati Augustini Regulam et formam religionis recolendæ memoriæ Norberti Magdeburgensis archiepiscopi ibidem noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter conservetur. Ad hæc confirmamus tibi tuisque successoribus, et per nos eidem ecclesiæ tertiam partem curiæ Palidensis cum omnibus utilitatibus suis, agris, silvis, pascuis, piscationibus, terris cultis et incultis, et insuper quascunque possessiones, quæcumque bona ab episcopis, regibus, principibus, seu aliis Dei fidelibus collata eadem ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidet, et in futurum concessione pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; decimas sane laborum vestrorum quos propriis manibus et sumptibus colitis, ac nutrimentorum vestrorum, nullus a vobis exigere præsumat. Nulli etiam laico liceat ea quæ ad sumptum fratrum pertinent, auferre vel retinere; sæculares vero clericos vel laicos ad vos a sæculo fugientes, nisi forte sint excommunicati aut servili conditione detenti, sit vobis suscipiendi facultas et in vestro collegio retineudi. Sus-

ceptus autem, sive retentus post factam professionem, absque præpositi et fratrum licentia claustrum vestrum non deserat, nec cujuslibet religionis obtentu ad alium locum transeat, nec alicui episcoporum vel abbatum liceat eundem retinere, sed tanquam transgressorem ad locum unde exivit, redire compellat. Eos vero qui tanquam apostatæ facti ad sæculum redeunt, excommunicandi licentiam habeatis; sepulturam quoque illius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat; salva diocessani episcopi in omnibus reverentia atque justitia. Decernimus ergo ut nulli episcopo, nulli clerico, vel laico, nulli militi, aut nulli omnino hominum liceat præfatam vestram ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Gerhardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Martinus presbyter card. S. Stephani in Calio monte.

Datum Laterani per manum Henrici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xii Kalend. Maii, Incarnationis Dominicæ anno 1158, pontificatus vero domni Innocentii papæ secundi anno decimo.

CCCXCVI.

Diploma quo Ferrariensis Ecclesia specialis Ecclesiæ Romanæ filia ejusque comitatus Sancti Petri patrimonium declaratur.

(Anno 1159, April. 22.)

[Cocquelines, II, 244.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GAYTHONI Ferrariensi episcopo, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ad hoc in apostolicæ sedis cathedra, disponente Domino, constituti esse conspicimur, ut Ecclesiarum omnium curam gerere, et jus suum cuique tribuere,

præsertim iis quæ beati Petri juris existunt, con- A
servare integre debeamus. Defuncto itaque Lan-
dolpho, Ferrariensis civitatis episcopo, quidam de
clericis ac laicis generaliter vicem gerentes ad no-
stram præsentiam venerunt, et ut juxta tenorem
privilegiorum suorum Ferrariensi Ecclesiæ episcopum
darem humiliter implorarunt. Verum, quia
tunc venerabilis frater noster G. Ravennas archi-
episcopus, adversus eos agens, per ipsum conse-
crationem Ferrariensis episcopi fieri debere clama-
bat, ipsis litteris, et viva voce præcipimus ut ad
proximam synodum sapientes ac discretos viros
cum instrumentis authenticis et aliis rationibus ad
no.... tunc, auxiliante Domino, justitiam asseque-
rentur, quod.... est. Visis itaque et diligenter in-
spectis tam Ferrariensium, quam præfati archiepi-
scopi conquerentis privilegiis et rationibus, Ferra-
riensium scripta prævalere cognovimus. Commu-
nicato itaque fratrum nostrorum episcoporum ac
cardinalium consilio, juxta tenorem privilegiorum
Ferrariensium episcopum eligendum, et per Ro-
manæ sedis antistitem consecrandum decrevimus,
atque Ferrariensem Ecclesiam sub jure et dominio
apostolicæ sedis, decreto manere statuimus. His
itaque gestis, dilecte in Domino fili Grypho, te
nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et tituli Sanctæ
Potentianæ cardinalis et Ecclesiæ beati Petri archi-
presbyterum, ex cardinalibus nostris electum,
invocata Spiritus sancti gratia in episcopum con-
secramus, atque ad gubernandum gregem Ferra-
riensis ecclesiæ, tanquam apostolicæ sedis filia,
fundos ejusdem matris, et patrimonia confirmamus;
ipsam videlicet massam Babylonicam quæ vocatur
Ferraria cum duodecim fundis suis: cui alias un-
decim massas minores cum omni obedientia atque
servitute subjugamus, id est massam et ripam
Palatiolum cum duodecim fundis suis, et massam
Constanciae cum duodecim fundis suis, simulque
massam Quartisianam cum duodecim fundis suis, et
totam et integram massam Donoro cum duodecim
fundis suis. Similiter massam Popularem cum duo-
decim fundis suis, necnon massam Curulum et mas-
sam Salestam cum viginti quatuor fundis suis, et
massam Seneticam, et Castilionem similiter cum
fundis suis. Has quidem præscriptas massas cum
omnibus ad earum jura pertinentibus, de dominio
et jure atque potestate hujus sanctæ Romanæ eccle-
siæ in sanctam Ferrariensem Ecclesiam, per hanc
donationis et traditionis paginam donamus, et tra-
dimus, ut ab hac hora in antea liceat tibi, cha-
rissime frater Grypho episcopo, quam successoribus
tuis, in singulis massis ecclesias cum clericis,
diaconis et presbyteris ordinare et consecrare. Illud
omnimodis sancientes, ut Ferrariensis ecclesia cum
tota parochia sua in jure et dominio ac privilegio
nostro sanctæ Romanæ Ecclesiæ beati Petri, cujus
est patrimonium perpetuo conservetur, et sit semper
sub nostra ditione, ordinatione atque consecratione,
ut quicumque per nos illic electus, ordinatus et con-
secratus fuerit, ille honoris hujus ac potestatis
integritate fungatur. Comitatus autem Ferrariensis
fines et termini sunt, ab oriente ab una parte flumi-
nis Padi, altera nostra massa Phiscalia; et vete-
raria, usque ad fossam Bossonis transcunt flumen
Sandali usque Pucilletum, transcunt flumen Ga-
biana per Luduriam circumdant villam magnam et
Madrasiam, pervenientes usque Maletum; a Maletum
pergunt juxta Argilem Ansianum per paludes et
piscarias usque Vitricam, et transeunt Vitricam
veniunt usque fossam Buranam, exeunt in Padum,
et descendunt ad occidentem usque ad Ulmum for-
mosam, quæ certa finis est inter Romaniam et Lon-
gobardiam. Ab altera autem parte fluminis fines
sunt similiter ab oriente collis de fine, quæ finis est
inter nostrum comitatum Ferrariensem et alterum
nostrum comitatum Comaclensem, extendunt se
per paludes et piscarias usque ad Fossatum de Sil-
vulæ, circumdant massam Corneti et Longanum
quæ de nostro comitatu Ferrariæ est, descendunt
inde ad occidentem per paludes et piscarias usque
ad flumen Tartari, pergunt usque in flumen Padi.
Sane habitatoribus ipsis majoris massæ Ferrariæ
malas et pravas consuetudines removemus, nisi tamen
sicuti soliti sunt, ad suffragium sanctæ Romanæ
Ecclesiæ annualiter per illarum nuntium unaquæque
libera persona capius massarii de moneta Venetiæ
denarios singulos dabit. Cerasus vero, et tributum
atque telonei de ripa fluminis unam medietatem
pro benedictione ad communem utilitatem, et me-
C
liorationem seu restaurationem jam dictæ majoris
massæ concedimus, et alteram medietatem ad no-
stras manus reservamus. Similiter telonei de mer-
cato unam medietatem prædicto episcopo nostro
condonamus. Placitum quidem generale, similiter
in dominio et potestate sanctæ nostræ Romanæ Ec-
clesiæ tenemus, ut tamen nostro nuntio semel in
anno faciente justitiam, ab omnibus per tres dies
custodiat; collectam vero vel fodrum, aut pravam
vel injustam functionem, aut dationem, seu con-
suetudinem nequaquam exigimus, sed omnia pro
Dei timore atque amore prædictæ nostræ sanctæ
Ecclesiæ Beati Georgii omnibus habitatoribus ipsius
massæ majoris peperimus; aliasque minores mas-
sas ei, sicut supra dictum est, cum omnibus suis
servitutibus subjugamus. Si qua sane ecclesiastica
sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis pa-
ginam sciens, contra eam temere venire tentaverit,
et aut Ferrariensem Ecclesiam his, quæ supra dicta
sunt diminuere, aut sanctæ sedi apostolicæ sua in
eis jura, quæ superius significata sunt, auferre
præsumperit, poenæ ac compositionis nomine red-
dat eidem sanctæ sedi apostolicæ auri optimi libras
centum, et nisi quæ male præsumpta sunt satisfac-
tione congrua emendaverit, potestatis honorisque
sui dignitate careat, reaniquæ se divino judicio
existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a
sanctissimo corpore et sanguine Dei et Domini
Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in

extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eisdem Ecclesiis justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Lictifridus presbyter cardinalis tituli Vestinæ.

Ego Ivo presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii et Damasi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Martinus presbyter cardinalis tituli Sancti Stephani in Cælio Monte.

Ego Azo presbyter cardinalis tituli Sanctæ Anastasiæ.

Ego Boetius presbyter cardinalis tituli Sancti Clementis.

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Praxedis.

Ego Constantius presbyter cardinalis tituli Sanctæ Sabinæ.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodewinus Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Ego Vassallo diaconus cardinalis Sancti Eustachii juxta templum Agrippæ.

Ego Ubaldu diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli.

Ego Ubaldu cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu.

Ego Gerhardus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Domnica.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere.

Ego Ubaldu diaconus Sancti Adriani.

Datum Laterani per manum Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, x Kalendas Maii, indictione ii, Incarnationis Domini anno 1139, pontificatus vero domni Innocentii papæ secundi anno x.

CCCXCVII.

Privilegium pro ecclesia Selboldensi.

Anno 1139, April. 25.)

[Wanz, Hess. Landesgr. II, Urk. 86.]

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, di-

PATROL. CLXXIX.

lecto filio LUTOLDO præposito Sancti Joannis Baptistæ in Selboldt, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas religiosa loca diligere, et ea sub apostolicæ sedis munimine confovere. Hujus rei gratia, dilecte in Domino fili Lutolde, tuis justis postulationibus annuimus et ecclesiam Sancti Joannis Baptistæ, cui Domino auctore præsidet, sub beati Petri et nostram protectionem suscipimus et præsentis scripti pagina commuimus, statuente ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem venerabilis locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc duximus adnotanda: ecclesiam parochialem in Selboldt, cum appendiciis suis, agris et decimis, ita videlicet ut de ea nulli personæ, nulli episcopo respondeatis; vineas in Alta Villa a Walthero et Hartmanno vobis concessas. Porro de laboribus, quos propriis manibus sumptibusque colligitis, a vobis decimas exigi omnino prohibemus. Fratres vero vestros vel conversos post factam professionem de claustro discedere, vel ad alium locum transire absque prælati sui vel fratrum licentia similiter interdiximus. Discedentes nullus episcoporum vel abbatum, aut ecclesiastica sæcularisve persona suscipere audeat vel retinere. Quod si secundo tertiove commonitus redire contempserit, eos excommunicandi habeatis licentiam. Ordinationes vero clericorum, consecrationes ecclesiarum vel altarium, sive alia ecclesiastica sacramenta, a Moguntino accipietis archiepiscopo, si frater Catholicus fuerit, et gratiam apostolicæ sedis habuerit, et cum gratia et sine pravitate exhibere voluerit; alioquin licet vobis Catholicum quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postuletur, indulgeat. Adjicimus etiam, ne pro communi interdicto parochialis ecclesiæ præfata a divino vacet officio, sed potius clausis januis et exclusis excommunicatis et interdictis submissa voce divina vobis liceat officia celebrare. De nutrimentis etiam animalium vestrorum dare decimas non cogamini. Decrevimus ergo ut nulli omnino homini liceat præfatam ecclesiam vestram temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in posterum huic nostro decreto contraire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat; conservantes autem hæc, omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus gratiam conequantur. Ad indicium autem perceptæ hujus a Ro-

mana Ecclesia libertatis unum bizantium nobis et nostris successoribus singulis annis persolvetis.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Berardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctörum Iohannis et Pauli.

Ego Martinus presbyter cardinalis tit. Sancti Stephani in Cælio Monte.

Ego Azo presbyter cardinalis tit. Sanctæ Anastasiæ.

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Praxedis.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli.

Datum Laterani per manum Aimerici diaconi cardinalis et cancellarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, VII Kal. Maii, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domni Innocentii papæ secundi anno X.

CCCXCVIII.

Monasterii S. Bertini Sithiensis, a Cluniacensium potestate liberati, possessiones et privilegia confirmat, imposito monachis uncie auri censu annuo.

(Anno 1139, April. 26.)

[Collection des. Cartulaires, III, 310.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio LEONI, abbati Sancti Bertini, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum

Quæ ad perpetuam ecclesiarum vel cœnobiörum utilitatem sunt a sanctis Patribus instituta, nulla debent improbitate convelli, nulla temporum varietate turbari, sed et quanto apostolicæ sedi major reverentia ab universis Ecclesiis exhibetur, tanto magis in earum tuitione nos oportet esse sollicitos, et ipsarum quieti debemus attentius providere. Ideoque, dilecte in Deo filii, Leo abbas, decisionem controversiæ, quæ est diutius agitata inter te et dilectum filium nostrum Petrum, Cluniacensem abbatem, pro subjectione quam idem abbas sibi in tuo monasterio vindicabat, ad posterorum memoriam chartæ et atramento duximus committendam. Dum igitur idem abbas et fratres sui apud nos sæpenu-mero questi essent pro subtractione subjectionis et obedientiæ, quæ sibi a Beati Bertini monasterio negabatur, ad respondendum exinde ante nostram præsentiam evocatus. Cumque, statuto termino, nostro te conspectui præsentasses, quoniam præfatus abbas non venit neque misit, quamvis, cum tua incommoditate atque gravamine, usque ad tempus concilii moram in curia nostra fecisti, et partem alteram diutius expectasti, præfatus itaque abbas, ad concilium veniens, de querelis unde inter vos statutus terminus fuerat, agere supersedit. Tua tamen dilectio non idcirco minus, tam in plenaria synodo quam in Lateranensi palatio, coram nobis se multoties ad justitiam præsentavit. Unde etiam, utrorumque privilegii diligenter inspectis, tandem, fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium communicato con-

silio, sententiam prædecessoris nostri sanctæ recordationis Paschalis papæ, fratrum suorum episcoporum et cardinalium iudicio exinde promulgatam, et a successore ejus papa Calixto, apostolicæ memoriæ, confirmatam, rationabili studio prosequentes, privilegii Cluniacensium, quæ super hoc se habere ab apostolica sede dicebant, justitia dictante, cassatis, tam te quam successores ac fratres tuos, seu monasterium Sancti Bertini, ab hujusmodi lite et Cluniacensium subjectione absolvimus, idemque cœnobium suæ restituumus libertati, et, salvo jure Tarvanensis ecclesiæ vel episcopi, eundem locum sub solius Romanæ Ecclesiæ ditione atque tutela perpetuo permanere decernimus; statuentes ut quas-cunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium seu aliis ustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: in Tarvanensi parochia, ecclesiam Sanctæ Margaretæ, ecclesiam Sancti Joannis, Sancti Martini, ecclesiam de Harbela, ecclesiam de Petrenessa, ecclesiam de Torbessum, sicut antiquitus, ab omni episcopali reddito liberas; ecclesiam de Broborg cum capellis suis; duos etiam manipulos decimæ novæ terræ, ubicunque accreverit in tota parochia de Broborg, quæ extenditur usque ad terminos vicinarum parochiarum, quam ecclesiæ Sancti Bertini comes Flandriæ Balduinus Insulanus et Robertus filius ejus, et successores eorum, contradiderunt et confirmaverunt; ecclesiam de Archas cum eadem villa, ecclesiam de Poppinghem cum eadem villa, ecclesiam de Steenkerke, ecclesiam de Bruxele, ecclesiam de Scales, ecclesiam de Bovrinkehem cum villis earum, villam de Aldefort et de Ostresela, et de Rokestoïr cum terra quam emit Ecclesia ab Arnulpho de Venti, et aliis terris adjacentibus; allodium quod Clarembaldus dedit in villa Lustinghem, ecclesiam de Coeka et ecclesiam de Helcin cum villis earum, et partem ecclesiæ de Vualnas; ecclesiam de Locanes et Aquina, ecclesiam de Hunela cum eadem villa, altare de Merchem, quod venerabilis Joannes episcopus vobis concessit; in Noviomensi parochia, Canetekurtim, id est Calnunt; in Tornacensi, ecclesiam de Rokeshem, ecclesiam de Hedinghem, de Westkerke, et decimam de Clemeskerke, ecclesiam de Hitinghem, ecclesiam de Lisimega, ecclesiam de Snelguekerke, ecclesiam de Ervinghem, ecclesiam de Boventkerke; in Atrebatensi parochia, ecclesiam de Vuerkin, ecclesiam de Salomones, ecclesiam Hautay; in territorio Furnensi, berquariam quadraginta librarum, quam Carolus dedit pro anima Balduini comitis, et terram de Buri, quam ecclesia vestra in Belvacensi pago possidere cognoscitur; in Collo-niensi parochia, ecclesiam de Ferkena, ecclesiam de Gildestorp cum appendiciis earum, ex quibus præcipimus ut nulla per episcopos vel eorum ministros

exactio quibuslibet occasionibus exigatur, salvis A
episcoporum annuis redditibus; ecclesiam quoque
de Coclens, quam Baldricus, Tornacensis ecclesie
episcopus, Lamberto, bonæ memoriæ abbati, suis-
que successoribus ordinandam, una cum altari de
Rusleta, omni exactione liberam tribuit, præter de-
cem solidos denariorum, qui, singulis annis, de
Rusleta, episcopo persolvuntur; totum etiam atrii
spatium quod ab omni parte basilicæ vestræ usque
ad medium Agnionis fluvii cursum interjacet, cum
piscariis Mera et Grath, Mardic et Stranguere, et
Langha et terris adjacentibus, cultis vel incultis,
sicut antiquitus possedistis; iterum in parochia
Tarvanensi, ecclesiam de Oxelara, ecclesiam de
Vvarnestim, ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ dicitur
Eggafridi capella, ecclesiam de Haveskerke. Sub- B
rogationem etiam abbatis in monasterio Sancti
Silvini apud Alciacum, juxta præteritum temporis
morem, in vestra semper concedimus dispositione.
Stationes vero publicas ab episcopo in eodem
fieri monasterio, eundemque episcopum ibidem
frequenter venire, nisi ab abbate et fratribus voca-
tus fuerit, omnino prohibemus. Obeunte vero te,
nunc ejusdem loci abbate, nullus ibi qualibet
subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi
quem fratres communi consensu, vel fratrum pars
consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati
Benedicti Regulam elegerit. Sancimus insuper ut in
omnibus parochiis vestris nullus ecclesiam vel mona-
sterium, sine vestro assensu, ædificare vel ædificatum
tenere præsumat; nullusque presbyter sive clericus, C
in ecclesiis vel capellis vestris, sine vestra conces-
sione, licentiam habeat permanendi, vel in eisdem
divina celebrare præsumat. Ad indicium autem hu-
jus perceptæ a Romana Ecclesia libertatis, singulis
annis, unciam auri nobis nostrisque successoribus
persolvatis. Decernimus ergo ut nulli omnino ho-
minum liceat idem monasterium, super hac nostra
concessione ac confirmatione, temere perturbare,
aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere,
minuere, seu quibuslibet aliis molestationibus ve-
xare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro
quorum gubernatione ac sustentatione concessa
sunt, omnimodis usibus profutura. Si quis sane in
posterum rex, dux vel marchio, princeps, comes, D
archiepiscopus, episcopus, vel qualibet ecclesiastica
sæcularisve persona, hujus nostræ constitutionis pa-
ginam sciens, contra eam ausu temerario venire ten-
taverit, secundo tertiove communita, si non congrua
emendatione satisfecerit, potestatis honorisque sui
dignitate careat, reamque se divino judicio existere
de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratis-
simo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris
nostri Jesu Christi aliena fiat, et in ultimo exa-
mine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem
eidem ecclesie sua jura servantibus sit pax Domini
nostri Jesu Christi, quatenus hic fructum bonæ
actionis percipiant, et in futuro præmia æternæ
felicitatis acquirant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius, Catholicæ Ecclesie episcopus, subscripsi.

Datum Laterani, per manum Haymerici, sanctæ Romanæ Ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, sexto Kal. Maii, indictione secunda, Dominicæ Incarnationis anno 1139, pontificatus autem domini Innocentii papæ secundi anno decimo.

ADJUVA NOS, DEUS SALUTARIS NOSTER.

CCCXCIX.

Milonem episcopum, Philippum et Milonem archidiaconos et totum capitulum Morinorum, necnon et Theodericum Flandrensium comitem, Sibillam comitissam et barones per Flandriam constitutos hortatur ut monasterii S. Bertini Sithiensis libertatem defendant.

(Anno 1159, April. 26.)

[Coll. des Cartul., III, 313.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis MILONI, episcopo Morinensi, PHILIPPO et MILONI, archidiaconis, et toto capitulo Morinensium, nec non et THEODERICO, Flandrensium comiti, illustri viro, Sibillæ, comitissæ, et baronibus per Flandriam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectioni vestræ notum fieri volumus, quod charissimus filius noster Leo, abbas Sancti Bertini, pro querela, quam sibi abbas et Cluniacenses monachi inferebant, ad nostram præsentiam evocatus accessit. Cæterum præfatus abbas adventum suum usque ad concilium distulit, et, statuta die, suam nobis præsentiam non exhibuit. Iterum tempore concilii, utroque abbate præsentem, Cluniacensis de querelis suis agere supersedit; abbas vero Sancti Bertini, tam in plenaria synodo quam in nostro Lateranensi palatio, se ad justitiam et iudicium nihilominus multoties præsentavit. Unde etiam, fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium communicato consilio, et utriusque partis privilegii diligenter inspectis, monasterium Sancti Bertini a Cluniacensium subjectione omnino absolvimus, et, salva justitia episcopi et Tarvanensis ecclesie, sub solius sanctæ Romanæ Ecclesie ditione perpetuo permanere et sua libertate gaudere decrevimus. Quæ cum ita sint, dilectioni vestræ mandamus et mandando præcipimus, quatenus præfatum monasterium et dilectum filium nostrum Leonem, abbatem ipsius loci, diligatis et honoretis, et in sua justitia manutenere curetis.

Datum Laterani vi Kal. Maii.

CD.

Willelmo Castellano et tam majoribus quam minoribus villæ S. Audomari de tuenda monasterii S. Berthini Sithiensis libertate scribit.

(Anno 1139, April.)

[Videlerii Chronicon, ap. MARTÈNE *Thes.*, t. III, 639.]

CDI.

Ecclesie S. Sepulcri Hierosolymitana protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat.

(Anno 1139, April. 27.)

[Eug. DE ROZIERE, *Cartul. du Saint-Sépulcre*, 74.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, vo-

nerabili fratri GUILLELMO, Ierosolymitano patriarchæ, et canonicis Sancti Sepulcri regularem vitam professis, tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.

Ex injuncto nobis a Deo officio tam vicinis quam longe positis existimus debitores. Proinde vestris postulationibus annuimus, et ecclesiam Sancti Sepulcri sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina communitimus, statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimienda vocabulis: ecclesiam, quæ sita est extra castellum Barulum in honore et nomine Sancti Sepulcri, in meridiana parte, cum universis pertinentiis suis, quam fundatores ejusdem loci, consensu et voluntate Bisantii, Tranensis archiepiscopi, construxerunt hac conditione ut in unoquoque anno unam tantum libram incensi fratres ipsius ecclesiæ matriæ ecclesiæ solvant; ecclesiam Sancti Sepulcri apud Brundisium; ecclesiam Sancti Laurentii extra portam ipsius civitatis, cum pertinentiis; ecclesiam itidem Sancti Sepulcri extra muros Trojanæ civitatis, quam frater noster Guillelmus, episcopus ejusdem civitatis, vobis contulit, cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam in honore beati Theodori, quam prædecessor noster sanctæ memoriæ, papa Calixtus, dedit ecclesiæ Sancti Sepulcri, in Beneventano suburbio positam ac sitam cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Apollinaris extra Barum. Sepulturam sane ipsarum ecclesiarum ita liberam et quietam manere sancimus, quemadmodum certum est vos usque ad hæc tempora habuisse. Chrisma quoque, oleum sanctum, consecrationes altarium, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesanis accipietis episcopis, si quidem Catholici fuerint, et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerint, atque ea vobis gratis ac sine pravitate voluerint exhibere; alioquin liceat vobis Catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Decernimus ergo ut nulli archiepiscopo, nulli episcopo, nulli denique archidiacono vel alicui hominum liceat supradictas ecclesias temere perturbare, aut earum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut earum rectoribus aliquod gravamen indebite irrogare; sed omnia integra conserventur eorum, præ quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica sæculariæ personæ, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo judicio districtæ

ultioni subfaceat; conservantes autem hæc omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus gratiam consequentur. Amen.

Ego Innocentius, Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi, subscripsi.

Ego Albericus, Ostiensis episcopus, subscripsi.

Ego Gerardus, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Crucis Jerusalem, subscripsi.

Ego Lucas, presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli, subscripsi.

Ego Azo, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Anastasiæ, subscripsi.

Ego Ivo, presbyter cardinalis Sancti Laurentii tituli Damasi, subscripsi.

Ego Grisogonus, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Prædix, subscripsi.

Data Laterani, per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellari, v Kalendas Maii, indictione II, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno X.

CDII.

Ad Petrum Venerabilem Cluniacensem abbatem. — Confirmatio possessionum aliquot Cluniacensium.

(Anno 1139, April. 28.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 412.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO abbati Cluniac. ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Quos omnipotens Dominus ampliori honestate ac religionis nitore facit esse conspicuos, a sede apostolica convenit plurimum honorari, et opportunis adminiculis confoveri. Quocirca, dilecte in Domino filii Petre abbas, personam tuam paternis affectibus amplexantes, donationem ab illustri viro Guillelmo Montispessulani in manu nostra devotionis intuitu factam, et per nos monasterio tradendam Cluniacensi, tibi tuisque successoribus confirmamus, et Cluniacensi monasterio ratam et inconvulsam perpetuo manere decernimus; statuantes ut in eodem loco oratorium et cæmeterium construat, in quo si quæ personæ undecunque venientes sepeliri deliberaverint, nullius prohibeantur obstaculo, nisi forte vinculo excommunicationis fuerint innodatæ, salvo nimirum jure matriæ ecclesiæ. Adjicimus etiam ut si quid fratribus in eodem loco Deo servientibus concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio in posterum datum fuerit, tam tibi, quam ipsis fratribus præsentibus vel futuris, firma et inviolabilia serventur. Simili quoque modo monasterium S. Gervasii de Fos, quod quidem aliquando prioratus Cluniacensis cœnobii existit, nunc autem in abbatiæ per quorundam insolentiam est translatus, in prioratus statum et ordinem revocetur, et perpetuis temporibus cum omnibus suis pertinentiis sub ejusdem monasterii ditione ac dispositione consistat.

Ut autem sacrum Cluniacense cœnobium semper de bono in melius suscipiat incrementum, monasterium SS. Domitiani et Ragneberti sub jure et dispositione tua, et successorum tuorum, perpetuo manere sancimus, quemadmodum a venerabili fratre nostro Petro Lugdunensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato noscitur institutum, et suo scripto atque sigillo firmatum. Nulli ergo hominum fas sit idem Cluniacense cœnobium super hac nostra concessione ac confirmatione temerario ausu perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, etc.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi, subscripsi.

Ego Geraldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem, subscripsi.

Ego Teudewinus S. Rufinæ episc. subscripsi.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina, subscripsi.

Ego Littifredus presb. card. tit. Vestinæ, subscripsi.

Ego Lucas presb. card. tit. S. Stephani, subscripsi.

Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani, subscripsi.

Datum Laterani per manum Aimerici S. R. E. diaconi card. et cancellarii, iv Kal. Maii, indict. ii, Dominicæ Incarn. anno 1138, pontificatus domni Innocentii papæ II anno x.

CDIII.

Ad Gualterum abbatem Senoniensem. — Confirmatio possessionum monasterii S. Stephani.

(Anno 1159, April. 28.)

[*Gall. Christ.*, XIII, Instrum., 498.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto GUALTERO abbati Senonensis cœnobii ejusque successoribus, etc.....

Hujus rei gratia dilecte in Domino filii Gualtere, abba, tuis et venerabilis fratris nostri Stephani Metensis episcopi postulationibus clementer annuimus, et monasterium Sancti Stephani, vulgo *Le Monier*, situm juxta castrum Danubrium, ejusdem largitione atque institutione libere concessum ibidem servituri in perpetuum, et a fratre nostro Lethuino Sanctæ Rufinæ pro tunc apostolicæ sedis legato, præfati episcopi aliorumque religiosorum virorum interventione consecratum, cui auctore Domino præsides, nostris favoris munimine roboraremus, etc. Statuentes ut quascunque possessiones, etc., firmæ tibi tuisque successoribus permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: hortum cum prato, bannum vestrum in aquis, in nemoribus, in pascuis juxta quod ab eodem bonæ me-

moræ episcopo vobis concessum est, etc. Relaxationem viginti solidorum pro Varta castri Danubrii, sedes salinarias ab omni reditu cujuscunque rei absolutas, relaxationem quinque solidorum pro furca ciconia supra puteum sita vico Metensi, ecclesiam de Ramberti-villa, cum conductu et decimis tam majoribus quam minoribus; allodium *de Bossemont*, et quartam partem ecclesiæ quam quidam Siccardus reddidit ipsi cœnobio in manu prænominati episcopi; et quadrantem allodii quod idem Siccardus cum uxore sua eidem ecclesiæ legitime donavit, in Fontiniaco, medietatem integram allodii totius, quod fuit bonæ memoriæ Arnoldi, etc.

Innocentius papa secundus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Lucas presbyter cardinalis SS. Joannis et Pauli, et plures alii cardinales, etc.

Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, iv Kal. Maii, indict. ii, an. 1139, pontific. domni Innocentii papæ II an. x.

CDIV.

Bona et privilegia Ecclesiæ Lincolnensis confirmat.

(Anno 1139, April. 28.)

[*Monasticon. Anglic.*, III, p. 269.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALEXANDRO Lincolnensi episcopo suisque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Cum omnibus ecclesiis et ecclesiasticis personis debitores, ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio atque benevolentia existamus, illis tamen propensiori charitatis studio nos convenit providere, quos erga beati Petri et nostra obsequia promptiores ac devotiores esse cognoscimus. Hoc nimirum intuitu, venerabilis frater Alexandre episcope, tuis desideriis fraterna benignitate impertimur assensum, et Lincolnensem Ecclesiam, cujus regimen, auctore Domino, administras præsentis scripti patrocinio committimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, nec non canonicis ejusdem Ecclesiæ in perpetuum, et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: abbatiam videlicet de Egnesham cum suis tenementis, Neewere cum suis appendiciis, et cum justitia regali de tribus Wapentac, quam reges Anglorum Ecclesiæ contulerunt; Ston cum suis appendiciis, Nortonam, Ludam, Nerelham, et terram quam habet præfata ecclesia in Lincolnia, scilicet Westegata cum suis appendiciis, tam extra muros ipsius civitatis quam infra; et terram quam dedit Stephanus rex tam tibi quam successoribus tuis ad faciendas episcopales domos, cum xx solidatis terræ ad restituendas eadem domos a parte australi ecclesiæ, cum ecclesia S.

Michaelis in eadem terra sita; ecclesia omnium sanctorum, cum aliis ecclesiis supradictæ civitatis; Essaford, Holmum cum suis appendiciis, manerium de Legecestria extra muros et infra ubi sunt duæ ecclesiæ cum xxx duabus mansionibus Burgensium; Banebria, et Croperia cum suo Hundredo et libertatibus suis; Dorcacestria cum suo Hundredo et libertatibus suis, et Tama, et Mideltona, cum suo Hundredo et libertatibus suis; Kildebi cum suis appendiciis; Waburna cum suis appendiciis; Bicheleswada; Espaldeswic, quod manerium datum fuit Lincolnensi ecclesiæ in recompensatione cujusdam partis suæ parochiæ quæ vocatur Cantabrugisira, et modo est Heliensis episcopatus, et Bugedena.

Nihilominus etiam confirmavimus libertatem ejusdem Lincolnensis Ecclesiæ cum sua parochia, scilicet Lincolisiram cum Lindesia tota, Norhamtescira cum Rotelanda, Legecestrescira, Oxenefordescira, Buchinganascira, Bedefordscira, Huntendonescira, cum maxima parte de Hertfordscira.

Terras etiam confirmamus quas rex Stephanus recompensavit prædictæ ecclesiæ et canonicis ibidem Deo servientibus pro decem et octo libris denariorum quas solebant habere canonici largitione regum in Kirketona et castra maneriis; videlicet in Torp tres carucatas terræ et septem bovatas; in Pisebane ducas carucatas et quinque bovatas terræ, et duas partes unius Bovatæ. In Gillebi, et in Wartona septem bovatas, et ad Trentam novem bovatas et dimidiam. Præterea Waltonam, ecclesiam de Aheberes cum suis appendiciis, ecclesiam de Lectona, ecclesiam de Buchingham cum suis appendiciis, ecclesiam de Sutona cum suis appendiciis, manerium de Weltona cum suis appendiciis, cæterasque ejusdem Ecclesiæ canonicorum possessiones ecclesiasticas, firmans prædictæ ecclesiæ et ipsis canonicis confirmamus.

Lectonam etiam et terram de Bidefordstam tam infra burgum quam extra, cum suis libertatibus. Relaxationem quoque servitii militum ipsius episcopatus Lincolnensis, quod prædecessores tui in castro Lincolnæ facere consueverant, unde Henricus rex gloriosæ memoriæ tertium militem ecclesiæ Lincolnensi et tibi, ac successoribus tuis relaxavit; quod nimirum servitium castro tuo de Newarca fieri concessit, et scripto suo firmavit, nihilominus tibi et successoribus tuis in perpetuum auctoritate apostolica confirmamus.

Obeunte vero te venerabili fratre Alexandro episcopo, vel tuorum quolibet successorum, nullus in Lincolnensi Ecclesia qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem clerus et populus

(121) Par une singulière méprise, cette pièce dans le livre blanc du chapitre, se trouve à la suite de la charte donnée en 1198, par Guillaume aux Blanchemains, afin de défendre aux sujets du chapitre de se réunir en commune aux sujets de l'archevêque. Elle est attribuée à Innocent III, et porte ce titre : *Confirmatio ejusdem inhibitionis a papa factæ*. Par un hasard aussi singulier que la méprise dont nous

communi assensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et sanctorum canonum scita duxerint eligendum. Porro libertatem ab illustri viro Stephano Anglorum rege ecclesiæ ipsi concessam, nos quoque auctoritatis nostræ nomine roboramus. Inter cætera vero ejusdem libertatis insignia, illud specialiter huic decreto duximus inserendum, ut in obitu tuo vel successorum tuorum, dum episcopalis sedes vacaverit, nullus prorsus episcopalia vel ecclesiastica bona usurpare præsumat, sed potius ecclesiæ omnes et earum possessiones in libera clericorum custodia et potestate consistant ad usum futuri pontificis, et utilitatem ejusdem ecclesiæ conservandæ. Nulli ergo omnino fas sit vos vel ecclesiam vestram super hac nostra constitutione vel confirmatione temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet fatigare molestiis, sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura.

Si qua sane in posterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrue emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, quarto Kalend. Maii, indictione secunda, Incarnationis Dominicæ 1138, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno decimo.

CDV.

Monasterio Fabariensi bullam tribuit.

(Anno 1139, April. 29.)

[WEGELIN, *Regesten von Pfavers*, p. 7.]

CDVI

Ad clerum et populum Remensem.—Ne instituantur novæ leges (121).

(Anno 1139, April. 30.)

[VARIN, *Archiv. admin. de Reims*, I, t. p. 300; Cart. G. du chapitre, fol. 2 Livre blanc du chapitre, fol. 122.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dile-

parlons, la page où Cocquault (tom. II, p. 426) rapportait cette bulle sous la date de 1140, et où il dit que l'original est encore conservé au trésor du chapitre, a été arrachée dans toute la partie qui contenait la citation du texte même. Le chapitre aurait-il voulu faire peser sur l'échevinage émancipé l'anathème lancé contre un premier essai nanké d'émancipation, et rendre par une fraude un pré-

ctis filiis, clero et populo Remensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Justitia et ratio suadent ut bona cujuslibet sedis vacantis Ecclesiæ a nemine debeant temerarie occupari, sed in eo statu et libertate qua vivente pastore fuerant conservari. Cujus rei gratia universitati vestræ mandamus et apostolica auctoritate præcipimus, quatenus in Remensem civitatem novas leges sive consuetudines nullatenus inducatis; sed potius ipsam in eo statu et libertate penitus dimitatis, in qua tempore fratris nostri bonæ memoriæ R. archiepiscopi vestri noscitur existisse. Si qui vero communiam facere in eadem civitate præsumperint, hujusmodi factum irritum ducimus, et ne apud vos eadem communia fiat, sub pœna anathematis, auctoritate apostolica prohibemus.

Datum Laterani 11 Kalendas Maii.

CDVII.

Romani-Monasterii possessiones, petente Petro, abbate Cluniacensi confirmat.

(Anno 1139, April. 30.)

[*Mémoires et documents de la Suisse romande*, t. III, p. 581.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectq̄ filio PONTIO (122) Romani monasterii ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris in Domino salutem.

Sicut injusta poscentibus nullus tribuendus est assensus, ita legitima desiderantium non est differenda petitio. Proinde, dilecte in Domino filii Pontii prior, precibus et interventione dilecti filii nostri Petri (123) Cluniacensis abbatis, tuis postulationibus clementer annuimus, et Romanum monasterium, cui, auctore Domino, præsedis, præsentis privilegii pagina communimus, statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: in archiepiscopatu Bisuntino, ecclesiam de Bannens, et capellam Sanctæ Columbæ (124). In episcopatu Lausannensi, ecclesiam Betuaci (125) cum appendiciis

mier intérêt à un acte, qui sans cela, eût perdu tout son à propos? Nous nous le persuaderions difficilement, et nous mettons les deux faits que nous venons de signaler sur le compte de l'ignorance et du hasard. D'ailleurs, soixante-dix ans après Corquault, Martot (II, 350) indiquait cette pièce sous sa véritable date.

(122) Ponce, prieur de Romainmoutier, était déjà prieur en 1135; il est mentionné alors comme témoin dans une charte de l'évêque de Lausanne en faveur de Guignes, prieur de Payerne (voyez *Annales de l'abbaye du Lac de Joux*, p. 10).

(123) Pierre le Vénéral, abbé de Cluny.

(124) Bannens et Sainte-Colombe dans l'arrondissement de Pontarlier.

(125) Béthusi près de Lausanne.

(126) Lutly près d'Estavayer.

(127) Les monastères importants avaient jadis des hospices dans la principale ville de leur voisinage, avec chapelles ou églises annexées. Quelques frères

A suis, ecclesiam de Luliaco (126) cum appendiciis suis, et capellam de hospitale de Urba (127) et capellam de Gumoens, et obediendam de valle Urbanensi cum capella (128), ecclesiam de Morlens cum capellis suis Barlens et Turquens (129), ecclesiam de Apples cum appendiciis suis. In episcopatu Gebennensi, ecclesiam de Brucins, cum capellis suis Brucines et Gemes (130), ecclesiam de sancto Eugendo (131). Præterea quæcunque in futurum idem locus, concessione pontificum, largitione regum, vel liberalitate principum, sive oblatione fidelium, seu aliis rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi et inconvulsa stabilitate tuisque successoribus nihilominus confirmamus. Decernimus quod ut nullus omnino hominum audeat præfatum cœnobium super hac nostra concessione atque confirmatione temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, sed omnia omnino integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura. Si qua sane in posterum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrua emendatione satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructus bonæ actionis percipiant, et in futuro præmia æternæ pacis acquirant. Amen, amen, amen.

Monogramme

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

et recevaient le prieur, le procureur, les religieux que les affaires ou les maladies arrachaient à leur solitude.

(128) *Obedientia* ne signifie point patronage mais *obédience*. L'*obédiencier* était un religieux qui desservait un bénéfice par ordre d'un supérieur. L'*obédiencier* toujours ecclésiastique, quelquefois avec charge d'âmes, était subordonné à un établissement supérieur, dont il tenait ses pouvoirs, et qui se présentait à l'institution canonique de l'ordinaire (note de M. DUBREUIL). Dans la présente charte une *chapelle* est mentionnée à Vallorbes; dans une autre de 1148, c'est une église, la fondation du prieur de Vallorbes est postérieure sans doute.

(129) Mollens, Ballens et Torclens; ce dernier village détruit.

(130) Bursins, Bursinel et Gimel, qui cessèrent bientôt d'être chapelles.

(131) Saint-Oyens, non loin de Gimel.

Ego Berhardus presbyter cardinalis Sanctæ Crucis A
in Jerosolyma ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Ser-
gii et Bacchi ss.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad
Velum Aureum ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis duorum sancto-
rum Joannis et Pauli ss.

Ego Martinus presbyter cardinalis Sancti Step-
hani in Cælio Monte ss.

Ego Ivo presbyter cardinalis sancti Laurentii in
Damaso ss.

Ego Boetius presbyter cardinalis Sancti Clemen-
tis ss.

Ego Brisagonus presbyter cardinalis Sanctæ Pra-
xedis ss. B

Ego Hubaldus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ
in Via Lata ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sancti An-
geli ss.

Ego Gerardus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ
in Dominica ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nico-
lai in Carcere ss.

Datum Latii per manum Aimerici sanctæ Roma-
næ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, secundo
Kalendas Maii, Dominicæ Incarnationis anno mille-
simo centesimo tricesimo nono, indictione secunda,
pontificatus domini Innocentii papæ secundi anno
decimo.

(*Le sceau en plomb d'Innocent II s'y trouve appendu
par un cordon de soie rouge.*)

CDVII.

Bulla pro monasterio Jucellensi

(Anno 1159, Maii 4.)

[*Gall. Christ.*, VI, Instr. 156.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dile-
cto filio GUILLELMO abbati S. Petri Jucellensis ejus-
que successoribus regulariter substituendis in per-
petuum.

Jurgantium controversias definitiva sententia vel
per concordiam terminare apostolica convenit digni-
tati, et ne lites extendantur in infinitum, sed potius
conquiescant, attenta vigilantia providere. Hoc nimi-
rum intuitu, dilecte in Domino filii Guillelmo abbas,
concordiam, quæ inter te et Psalmodiensem abba-
tem ac fratres ejusdem utriusque partis assensu in
nostro Lateranensi palatio facta est rationabili
studio venerabilium fratrum nostrorum Guillelmi
Nemansensis, Everardi Uzeticensis episcoporum,
necnon Petri S. Ægidii, et Petri Massiliensis abba-
tum præsentis scripti pagina confirmamus, et ratam
atque inconcussam manere futuris temporibus decer-
nentes, præfato abbati ejusque fratribus de subje-
ctione, vel aliis, quæ sibi in vestro monasterio vin-
dicabant, perpetuum silentium præsentis sanctione
imponimus statuentes, ut quascunque possessiones,

(132) Exstant in eodem tabulario duæ aliæ bullæ
ejusdem prorsus styli ac tenoris, una Lucii papæ

quæcunque bona prædictum Jucellense monaste-
rium hodie juste et canonicè possidet, aut inantea
concessione pontificum, liberalitate regum vel prin-
cipum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis,
Domino propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque
successoribus et illibata consistent. In quibus hæc
propriis nominibus duximus exprimenda, etc., ut in
bullæ anni 1135, supra num. 185.

Datum Laterani per manum Aimerici S. R. E.
diaconi cardinalis et cancellarii Kalend Maii, indi-
ctione II, Incarnationis Dominicæ anno 1159, ponti-
ficatus vero domini Innocentii papæ II, anno. X (132).

CDIX.

Clericorum Ferrariensium privilegia confirmat.

(Anno 1159, Maii 23.)

[*UGHELLI, Italia sacra, II, 533.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dile-
cto filio GUALFREDO archipresbytero Ferrariensis con-
ventus, salutem et apostolicam benedictionem.

Sacrosancta Romana Ecclesia, quæ a Domino cla-
ves regni cœlestis et jura percepit, suorum dilecto-
rum precibus aures semper adhibuit, et fidelibus
suis dilectionis benevolentiam semper ostendit.
Proinde, filii Gualfrede archipresbyter dilecte, fide-
litate tuam nobis et S. Romanæ Ecclesiæ utilem
fore scientes, atque omnium cardinalium, totiusque
Romanæ curiæ preces pro te exhibitas attentius
attendentes, aures tuis precibus adhibemus, et scri-
pta tua libenter et diligenter inspiciamus. Quibus bene
perspectis atque perfectis, quidquid per episcopum
Landulphum de ecclesiasticis obligationibus, de de-
cimis, de primitiis, a laicis excussum est, laudamus,
ut nullus deinceps de Ferrariæ clericorum conventu
de patrimoniis suis, vel ecclesiasticis possessionibus,
decimas, aut ullos redditus ulli cogatur reddere lai-
corum; quidquid de missis majoribus, et de exsequiis
mortuorum in civitate Ferrariæ per episcopum Lan-
dulphum statutum est, tibi tuisque successoribus
confirmamus. Quidquid etiam in mundiburdio impe-
ratoris Othonis tibi placere perspeximus, statuimus
et sancimus, videlicet omnes clericos de conventu
civitatis Ferrariæ immunes esse ab omni datione,
et ab omni sæculari et laicali penitus functione. Præ-
terea personam tuam, et bona tua, quæ juste habes
et detines, vel quæ, Deo propitio, juste acquisieris,
sub nostra volumus esse tutela, atque a S. Romana
Ecclesia custodita, munita et esse defensa. Et si in
aliquo ecclesiastico sæcularive negotio te forte cen-
seris pergravari, liceat tibi sanctam sedem apostoli-
cam libere appellare. Si quis autem ausu temerario
hanc nostram præceptionem temerarie præsumpse-
rit, indignationem incurrat, et S. Romanæ Eccle-
siæ nostræque auctoritatis gladio feriat. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Theoderinus S. Rufinæ episcopus ss.

III, ad Deodatam abbatem, anni 1184; altera vero
Clementis IV, an. 1267, ad Jucellenses.

Ego Albericus Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Jer.

ss.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laur. in Luci-

na ss.

Ego Lampredus presbyter cardin. tit. Vestinæ ss.

Ego Ivo presb. card. S. Laurentii tit. Damasi ss.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joan. et Pauli ss.

Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani in Carlo Monte subscripsi.

Ego . . . presb. card. tit. S. Anastasiæ ss.

Ego Boethius presb. card. tit. S. Clementis ss.

Ego Sanctius cardinalis tituli S. Sabinæ ss.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Otho diac. card. tit. S. Georgii ad Velum Aur. ss.

Ego Vassallo diac. card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ, subscripsi.

Ego Ubaldus diac. card. S. Marthe in Via Lata ss.

Data Lateran. per manum Almerici diac. card. et cancellarii, x Kalend. Junii, indict. II, Incarnationis Dom. 1139, pontif. vero D. Innocentii papæ II an. x

CDX.

Privilegium pro monasterio Fontis Avellanæ.

(Anno 1139, Maii 24.)

[*Annal. Camaldul.*, III, p. 382.

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BENEDICTO priori eremi Sanctæ Crucis Fontis-Avellanæ ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.

Sicut injusta poscentibus nullus est tribendus effectus, ita legitima desiderantibus non est differenda petitio. Et quidem si religiosorum virorum precibus benigna mente concurrimus, nostris procul dubio opportunitatibus clementem Dominum reperimus. Eapropter, dilecte in Domino fili Benedicte prior, tam tuis quam fratrum tuorum postulationibus apostolica benignitate impertimur assensum et ecclesiam Sanctæ Crucis Fontis-Avellanæ in qua divinis estis obsequiis mancipati, apostolicæ sedis privilegio communimus, statuentes ut quæcumque possessiones, quæcumque bona idem locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet in civitate Ariminensi, ecclesiam Sancti Sylvestri cum omnibus pertinentiis suis; et ea quæ vos constat habere tam infra quam extra civitatem Pensauriensem. In comitatu Fanensium infra civitatem ecclesiam Sancti Salvatoris cum omnibus pertinentiis suis, et his quæ habetis in curte Montis-Majoris, ecclesiam Sancti Martini de Exaltaria cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Martini de Barti, et ecclesiam Sancti Sylvestri de Ruico cum eorum pertinentiis.

A In comitatu Senogaliensi infra civitatem, ecclesiam Sancti Bartholomæi cum palatio, casamentis et aliis pertinentiis suis. Extra eandem urbem ecclesiam Sancti Septimii, plebem Sancti Erasmi, et ecclesiam Sanctæ Mariæ de Cerreniano cum omnibus appendiciis et pertinentiis earum; curtem Fractulæ cum ecclesiis et omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Eleutherii in curte Castellari cum aliis ecclesiis et cum pertinentiis earum; curtem Calcinariæ cum pertinentiis suis; castrum Laureti cum ecclesiis et omnibus pertinentiis suis; medietatem castri Nosalæ cum ecclesiis et pertinentiis suis. In comitatu Auximano ecclesiam Sancti Laurentii cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Superantii de Cingulo cum aliis ecclesiis earumque pertinentiis. In episcopatu Humaneto ecclesiam Sanctæ Mariæ de Racanato cum aliis ecclesiis earumque pertinentiis; ecclesiam Sancti Sylvestri juxta castrum Guicardi cum omnibus pertinentiis suis. In comitatu Esculano ecclesiam Sancti Hilarii cum omnibus pertinentiis suis juxta civitatem. In comitatu Firmano jus quod habetis in ecclesia Sancti Paterniani juxta castrum Sancti Joannis cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Leonardi de Volubrio cum suis ecclesiis earumque pertinentiis. In comitatu Camerensi ecclesiam Sancti Domini de Valentiana cum ecclesiis et pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Damiani cum aliis ecclesiis juxta castrum Sanctæ Natoliæ; ecclesiam Sancti Michaelis, de Aqua vivola; ecclesiam Sancti Michaelis de Caniseiane cum omnibus earum pertinentiis. In civitate Spoletana ecclesiam Sancti Andree cum omnibus pertinentiis suis, et ecclesiam Sancti Fabiani de Trevi cum pertinentiis suis. In comitatu Nucerino ecclesiam Sanctæ Crucis de Slaviniaco, ecclesiam Sancti Antonini de Postiniane, ecclesiam Sancti Blasii de Balciano, ecclesiam Sancti Romani de Gaphano, ecclesiam Sancti Prosperi de Glo. . . . cum omnibus earum pertinentiis; jus quod habetis in plebe Sanctæ Mariæ, de Gualdo, et in ecclesiis Sanctæ Mariæ de Rotundo, Sancti Stephani de Gardinasia, et Sancti Laurentii de Lametula cum omnibus pertinentiis suis, et ecclesiam de Collalto. In comitatu Eugubino monasterium Sancti Andree de Insula cum castris et villis et ecclesiis suis et omnibus pertinentiis; monasterium Sancti Bartholomæi de Campo Regiano cum castris atque ecclesiis, villulis, omnibusque pertinentiis suis; monasterium Sancti Petri de Salajolo cum ecclesiis, villis, omnibusque pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Apollinaris de Bartiano cum omnibus pertinentiis suis, tam infra civitatem, quam extra; castrum de Castellari cum ecclesiis Sancti Sylvestri et Sancti Christophori cum pertinentiis suis; jus quod habetis in ecclesia Sancti Laurentii de Posterra cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Joannis de Bottano cum omnibus pertinentiis suis; jus etiam quod habetis in ecclesia Sancti Mariani de Palcano cum omnibus pertinentiis suis; monasterium Sancti Habundi et plebem

Sancti Angeli de Clandida cum ecclesiis omnibusque A earum pertinentiis; castrum. . . . cum pertinentiis suis; castrum de Ripalta cum ecclesia omnibusque suis pertinentiis; ecclesiam Sanctæ Mariæ de Ponda cum pertinentiis suis. In comitatu Callensi ecclesiam Sancti Bartholomæi de Freruleta cum omnibus pertinentiis suis; monasterium Sancti Angeli de Sorticulo cum ecclesiis et omnibus pertinentiis suis; castrum de Turre et Collem de Benno cum ecclesiis omnibusque pertinentiis suis; totam possessionem Guidonis Actonis in Surclano et aliis locis; ecclesiam Sancti Martini de Monte-Aculeo cum omnibus pertinentiis suis; castrum montis Siconis cum ecclesia Sancti Angeli et omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Bartholomæi et ecclesiam Sancti Marcelli de Taruco, ecclesiam Sancti Christophori de Scotaneto, ecclesiam Sancti Paterniani cum jure quod habetis in plebe Sancti Flaviani, cum pertinentiis suis. In comitatu Urbinate ecclesiam Sanctæ Mariæ de Rancalesto; ecclesiam Sanctæ Mariæ de Spineto, ecclesiam Sancti Mariani de. . . . Sancti Petri de Cruccicula cum casamentis et domibus infra civitatem, aliisque pertinentiis suis. In comitatu Castellano castrum Montis-Majoris, monasterium Sanctæ Crucis in eodem castro, cum aliis ecclesiis, villis, omnibusque suis pertinentiis; domos etiam et casamenta infra civitatem, cum pertinentiis suis. In comitatu Perusino, in suburbio civitatis ecclesiam Sancti Quirici cum omnibus pertinentiis suis; jus quod habetis in ecclesia de Pilo, ecclesiam Sancti Blandii de Rantello, et ecclesiam Sancti Martini de Mantiniano cum omnibus suis pertinentiis; eremum Sancti Salvatoris de Monte-Albo, cum ecclesiis, villis, omnibusque suis pertinentiis.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat vos vel Ecclesiam vestram super hac nostra constitutione temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus modis fatigare, sed omnia integra et in perpetuum illibata conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quæ igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire temere tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Conservantibus autem eidem loco quæ sua sunt, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic

(155) Quod privilegium bullatum est bulla papali plumbea quadam flecta setæ rubæ, in qua bulla erant duo capita hominum designata, et super ipsa capita erant tales litteræ, S. PA. S. Pe; ex alia vero parte erant aliæ litteræ: INNOCENTIUS PP. II.

fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

ADJUVA NOS, DEUS, SALUTARIS NOSTER.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus SS.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem SS.

Ego Gotefridus cardinalis tit. Vestinæ SS.

Ego Martinus presbyter cardinalis tit. Sancti Stephani in Cælio Monte SS.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ sacerdos SS.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum SS.

B Datum Laterani per manum Aymerici S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, ix Kal. Junii, indictione II, Incarnationis Dominicæ 1139, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno x (133).

CDXI.

Gaudio Salonitano archiepiscopo pallium mittit.

(Anno 1159, Maii 24.)

[FARLATI, *Illyricum sacrum*, III, p. 173.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Salonitano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut B. Gregorii testatur auctoritas, et veterum quam modernorum gestorum monumenta declarant, examinatio et consecratio Salonitani archiepiscopi ex antiqua institutione ad Romanum pontificem specialiter pertinet. Quocirca in sanctam Romanam Ecclesiam graviter deliquisse et claves beati Petri ausu temerario evacuare voluisse dignosceris, dum, spreta dignitate sedis apostolicæ, ad aliam provinciam convolasti, et contra veterum consuetudinem a Strigoniensi archiepiscopo consecrationem suscipere attentasti. Licet ergo vehementer excesseris, licet contra stimulum calcitrare molitus sis; quia tamen dilectus filius noster Bela Hungariæ rex pro te multoties apud sedem apostolicam per litteras et nuntios intercessit, ipsius tandem precibus condescendimus, et per dilectum filium nostrum Hubaldum {diaconum cardinalem, virum siquidem honestum et litterarum peritia eruditum, fraternitati tuæ pallium pontificalis officii plenitudinem, signum humilitatis et justitiæ destinamus, ut videlicet eo his diebus utaris qui in Ecclesiæ tuæ scriptis authenticis continentur. Tua itaque interest ita te erga B. Petrum devotum et humilem in omnibus exhibere, ita te in ejus obsequio exercere et præceptis apostolicis obedire, ut hac gratia dignior inveniri et nos de tuæ actionis studiis exsultare possimus. Præterea episcopos per

Sequuntur obsignationes et testimonia trium notariarum Jacobi Soriane, Petri Joannis, et Joannis Petri, qui anno 1178 diploma istud ex autographo descripsisse confitentur, coram Andrea judice, qui suum adjecit decretum, aliisque pluribus.

Dalmatiam constitutos suffraganeos, quibus Salona tempore suo rutilando utebatur, Sanctæ Spalatinae Ecclesiae ubi corpus Sancti Domnii, discipuli B. Petri requiescit, cum omni reverentia obedire sancimus. Quem unum totius Dalmatiæ metropolitanum in Salonitana Ecclesia fore scimus, juxta quod in decretis nostris comperimus. Item quia per vestras litteras conquesti estis de suffraganeis recusantibus venire ad concilium sanctæ Salonitanæ Ecclesiae metropolitanæ, nos ita statuimus ut in Dalmatia nullo alio in loco synodum præter in vestra metropolitana ecclesia celebretur, et ibidem omnes suffraganei præfate Ecclesiae Salonitanæ more solito consecrentur.

Datum Laterani ix Kal. Junii.

CDXII.

Privilegia monasterio Jesu Nazareni (Montis-Aragonensis) a Paschali II papa collata confirmat. — Data Ferentino xii Kal. Julii, pontificatus nostri anno ix.

(Anno 1139, Jun.)

[AYNSA, *Fundacion de Huesca*, p. 453.]

CDXIII.

Miloni Tervanensi et Alviso Atrebatensi episcopis de dirimendo M. comestabuli comitis Flandriæ matrimonio scribit.

(Anno 1139, Jnn. 12.)

[BALUZ., *Miscell.*, II, 165.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus MILONI Tervanensi et ALVISO Atrebatensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Significatum nobis est quod inter M. comestabulum Flandrensis comitis et uxorem suam titulus eponitur parentelæ. Quocirca fraternitati vestræ per præsentia scripta mandamus id ipsum cum diligentia inquiratis, et siquidem per sufficientes et idoneos testes apud vos de eadem parentela constitit, idem contubernium juxta instituta paternorum canonum separetis.

Datum apud Ferentinum ii Idus Junii.

CDXIV.

Ad M[anfredum] Mantuanum et L[otharium] Vicentinum, episcopos.

(Anno 1139, Jul. 2.)

[TIRABOSCHI, *Storia di Nonantola*, I, p. 249.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus M[ANFREDO] Mantuano et L. Vicentino episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Molestum nobis est quoniam, sicut ex scriptis vestris accepimus, Veronensis episcopus pro negotio plebis de Nogarìa ante vestram præsentiam evocatus, neque præcepto nostro parere, neque vestro iudicio sistere voluit. Cujus rei gratia per apostolica scripta mandavimus quatenus eandem plebem electo filio nostro J. Nonantulano abbati restituat, salva iustitia Veronensis Ecclesiae. Proxima quoque mediante Quadragesima, nostro se conspectui re-

presentet, quod ratio dictaverit exsequi præparatus.

Datum apud S. Germanum vi Nonas Julii.

CDXV.

Archiepiscopus et episcopus Sardiniae ad tuendas monasterii Casinensis ecclesias hortatur.

(Anno 1139, Jul. 6.)

[GATTULA, *Hist. Calin.*, Supplem., t. I, p. 430.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per Sardiniam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad defensionem rerum Casinensis monasterii tanto ampliorem nos convenit sollicitudinem exhibere, quanto idem locus cum omnibus ad ipsum pertinentibus ad jus beati Petri specialius noscitur pertinere. Verum quod per præsentiam nostram effectui mancipare non possumus, oportet ut per fratres nostros archiepiscopos et episcopos adimplere curemus. Cujus rei gratia fraternitati vestræ per apostolica scripta mandando præcipimus, quatenus ecclesias et alia bona, quæ B. Benedictus in vestris parochiis habet, pro beati Petri et nostra reverentia diligere, et manu tenere curetis, et contra pravorum hominum molestias defensusis, nullamque eis contrarietatem vel diminutionem inferatis, aut ab aliis permittatis inferri. Si qui autem eas infestare præsumpserint, plenam de ipsis iustitiam faciatis. Præterea si quis fidelium eisdem venerabilibus locis de rebus suis conferre voluerit, nullatenus prohibere, vel contradicere præsumatis.

Datum apud S. Germanum, ii Nonas Julii.

CDXVI.

Ad Rogerium Siciliae regem. — Regnum titulum illi ab Honorio concessum confirmat.

(Anno 1139, Jul. 27.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 396.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio ROGERIO illustri et glorioso Siciliae regi, ejusque hæredibus, in perpetuum.

Quos dispensatio divini consilii ad regimen et salutem populi ab alto elegit, et prudentia, et iustitia, aliarumque virtutum decore decenter ornavit, dignum et rationale est ut sponsa Christi, sancta et apostolica Romana mater Ecclesia, affectione sincera diligit, et de sublimibus ad sublimiora promoveat. Manifestis siquidem probatum est argumentis, quod egregiæ memoriæ strenuus et fidelis miles B. Petri Robertus Guiscardus, prædecessor tuus, dux Apuliæ, magnificos et potentes hostes Ecclesiae viriliter expugnavit, et posteritati suæ dignum memoria nomen et imitabile probitatis exemplum reliquit. Pater quoque tuus illustris recordationis Rogerius, per bellicos sudores et militia certamina, inimicorum Christiani nominis intre-

pidus exstirpator, et Christianæ religionis diligens A propagator, utpote bonus et devotus filius, multimoda obsequia matri suæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ imperavit. Unde et prædecessor noster religiosus et prudens papa Honorius, nobilitatem tuam de prædicta generositate descendente intuitus plurimum de te sperans, et prudentia ornatum, justitia munitum, atque ad regimen populi te idoneum esse credens, valde dilexit, et ad altiora provexit. Nos ergo ejus vestigiis inhærentes, et de potentia tua ad decorem et utilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ spem atque fiduciam obtinentes, regnum Siciliæ, quod utique, prout in antiquis refertur historiis, regnum fuisse non dubium est, tibi ab eodem antecessore nostro concessum, cum integritate honoris regii et dignitate regibus pertinente, excellentiæ tuæ concedimus, et apostolica auctoritate confirmamus. Ducatum quoque Apuliæ tibi ab eodem collatum, et insuper principatum Capuanum, integre nihilominus nostri favoris robore communimus, ubique concedimus. Et ut ad amorem atque obsequium B. Petri apostolorum principis, et nostrum, ac successorum nostrorum, vehementius astringaris, hæc ipsa, id est regnum Siciliæ, ducatum Apuliæ, et principatum Capuæ, hæredibus tuis, qui nobis et successoribus nostris, nisi per nos et successores nostros remanserit, ligium homagium fecerint, et fidelitatem quam tu jurasti juraverint, tempore videlicet competenti, et loco non suspecto, sed tuto nobis et ipsis, atque salubri, duximus concedenda : eosque super his quæ concessa sunt, Deo propitio, manutenebimus. Quod si per eos forte remanserit, iidem hæredes tui nihilominus teneant quod tenebant sine diminutione. Census autem, sicut statutum est, id est sexcentorum scifatorum, a te tuisque hæredibus nobis nostrisque successoribus singulis annis reddatur, nisi forte impedimentum interveniat : removente vero te impedimentum, nihilominus persolvetur. Tua ergo, fili charissime, interest, ita te erga honorem atque servitium matris tuæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ devotum et humilem exhibere, ita temetipsum in ejus opportunitatibus exercere, ut de tam devoto et glorioso filio sedes apostolica gaudeat, et in ejus amore quiescat. Si qua sive ecclesiastica secularive potentia huic nostræ concessioni temere contraire tentaverit, donec præsumptionem suam satisfactione coerceat, indignationem Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat, et quousque resipuerit, anathematis sententia percussatur. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Haimericus sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis.

Datum in territorio Mamanensi per manum Haimerici cancellarii, vi Kal. Augusti; indict. II, Incarnationis Dominicæ anno 1159, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno decimo.

CDXVII.

Ad canonicos ecclesiæ S. Antonini Placentinæ.

(Anno 1159, Oct. 3.)

[CAMPI, *Della Hist. de Piacenza*, I, p. 412.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis S. Antonini Placentiæ, salutem et apostolicam benedictionem.

De morte quidem charissimi filii nostri Azonis presbyteri cardinalis præpositi vestri, tanto amplius condolemus, quanto magis personam ejus arctius amabamus, atque in ipsius obitu majora Sanctæ Romanæ Ecclesiæ et nobis obsequia sunt subtracta. Verum quod in causa hujusmodi una nobis restat consolatio Salvatoris, universitatem vestram hortamur in Domino, quatenus in unitate et concordia persistatis, atque idoneam personam, invocata Spiritus Sancti gratia, vobis in præpositum eligatis, per cuius industriam ipsa ecclesia, Deo propitio, recte valeat gubernari, vosque sub ejus regimine tam spiritualiter quam temporaliter proficere valeatis : hoc scientes, quod personas et locum vestrum affectione paterna diligimus, et in quibus expedit, vobis consilium et auxilium, auxiliante Domino, exhibebimus.

Datum Romæ v Nonas Octobris.

CDXVIII.

Privilegium pro S. Georgio Prifingensi.

(Anno 1159, Oct. 20.)

[*Monumenta Boica*, tom. XIII, p. 164.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ERBONI, abbati monasterii Beati Georgii Prifingensis ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum.

Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima desiderantium non est differenda petitio. Quapropter, dilecte in Domino filii ERBO abbas, tuis justis petitionibus clementer annuimus, et Prifingense Beati Georgii monasterium cui, auctore Domino, præesse dignosceris, sub apostolicæ sedis tutelam protectionemque suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus : statuentes ut quæcunque bona, quæcunque possessiones a fratre nostro honæ memoriæ Ottone Babenbergensi episcopo et Egilberto successore ejus assensu fratrum suorum juste et canonicè vestro monasterio sunt oblata, aut in posterum ab eorum successoribus, sive ab aliis Dei fidelibus simili modo, seu secessionem pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, aut aliis etiam rationabilibus modis, Deo propitio, eidem loco conferri contigerit, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc visa sunt propriis adnotanda vocabulis : ecclesiam Seambach, Hemburen cum suis appendiciis, Gebenhac cum suis appendiciis, Oberdorf ; ecclesiam Neuwen kirchen,

Icenronte, Abach, Dietlburgerout, cum appendiciis A suis. Adjicimus etiam ut in ecclesiis quæ in fundo vestri monasterii sunt, vobis liceat honestos eligere sacerdotes, qui nimirum per vos episcopo præsententur, atque si idonei fuerint, ab eodem episcopo eorum animarum accipiant, eique de spiritualibus, vobis vero de temporalibus respondeat. Prohibemus insuper, ut excepto Romano pontifice ejusque legato, nulli licentia pateat ut in vestro monasterio interdicti vel excommunicationis sententiam promulgare. Quod si commune in terra illa fuerit interdictum, exclusis ab ecclesia vestra excommunicatis et interdictis, clausis januis liceat vobis voce submissa officia celebrare. Verumtamen si episcopus vester consilio et sententia religiosorum virorum aliquid horum faciendum esse decreverit, id ipsum exercendi nihilominus facultatem obtineat. Præterea de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus colitis a vobis exigi decimas auctoritate apostolica interdici-
mus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit vestrum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæculariæ persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honoris-
que sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Cunrado Sabinensis episcopus ss.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus ss.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina ss.

Ego Vassallus diaconus cardinalis S. Eustachii iuxta templum Agrippæ ss.

Ego Petrus Castellanus episcopus ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli Sanctorum Joannis et Pauli ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in carcere ss.

Data Laterani per manus Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xiiii Kalend. Novembris, indictione iii, anno Domini incarnationis 1139, pontificatus vero domini Innocentii secundi papæ anno decimo.

CDXIX.

Privilegium pro monasterio S. Magni.

(Anno 1139, Oct. 20.)

[HUBII, *Metropolis Salisburgensis*, III, p. 522.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GEBERHARDO, provisoro ecclesiæ quæ dicitur ad Ripas, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium, ut videlicet fidelis devotio celerem sortiatur effectum, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter dilecte in Domino filii Gebearde, tuis rationalibus postulationibus gratum præbeamus assensum, et ecclesiam quæ dicitur ad Ripas emi, auctore Domino, præsidet sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina communitus. In priinis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui secundum B. Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, futuris perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Decernimus etiam ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, auxiliante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum fas sit præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæculariæ persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Lucas presbyt. cardinalis tit. Sanctorum Joannis et Pauli ss.

Ego Grysogonus presbyter card. titulo Præedictis ss.

Datum Laterani per manus Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis diaconi et cancellarii, xiiii Kal. Novembris, indictione iii, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus domini Innocentii papæ II anno x.

CDXX.

Egilberto episcopo Bambergensi tribuit jus pallii crucisque præferendæ; alia privilegia concedit.

(Anno 1139, Oct. 20.)

[USSERMANN, *Episcopatus Bamberg.*, cod. prob. 91.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri EGILBERTO Babenbergensi episcopo et successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Magisterium totius ecclesiasticæ disciplinæ beato Petro apostolorum principi specialiter fore collatum illa Dominicæ allocutionis verba declarant, quibus ad eundem cœlorum clavigerum dicitur: *Si diligis me, pasce oves meas*; et alibi: *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua*; et: *Tu aliquando conversus confirma fratres tuos*. Hac igitur ratione sacrosancta Romana Ecclesia, quæ super omnes alias cœlesti privilegio obtinet principatum, quæque non solum terrena sed cœlestia quoque dijudicat, filios suos, quos pabulo divinæ legis maternis affectibus replet, diversis etiam adornare prærogativis pariter consuevit, et membris suis honorem debitum consueta clementia impertiri.

Hujus rei gratia, venerabilis frater Egilberte episcopi, quem utique cooperante Domino propriis tanquam beati Petri manibus in episcopum consecravimus, personæ tuæ pallium, pontificalis scilicet officii plenitudinem, humilitatis et justitiæ signum, ad sacra missarum solemnia celebranda concedimus, ut videlicet eo his diebus intra ecclesiam tantummodo perfruaris, qui in præsentis scripti pagina continentur: id est, Cœna Domini, Pascha, Pentecoste, Nativitate Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi: in natalitio beatorum apostolorum Petri et Pauli; in solemnitate sancti Dionysii sanctique Georii martyrum, in anniversario quoque tuæ consecrationis die, et in dedicationibus ecclesiarum, atque in solemnibus ordinationibus clericorum.

Cujus profecto pallii te volumus per omnia genium vindicare, et personam tuam Deo propitio talem in omnibus exhibere, ut et boni dulcem et mali te pium sentiant correctorem. In qua nimirum correctione hunc esse ordinem noveris observandum, ut personas diligas et vitia persequaris, ne si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, et perdas quos emendare desideras. Sic enim vulnus debes abscindere, ut non possit ulcerare quod sanum est, ne si plus quam res exigit ferrum impresseris, noceas cui prodesse festinas. Ipsa quoque dulcedo in te cauta sit, non remissa. Correctio vero diligens sit, non severa, sed sic alterum condat ex altero, ut et boni habeant amando quod caveant, et pravi metuendo quod diligant. Hanc igitur, frater charissime, suscepti pallii dignitatem si sollicitè servaveris, quod foris accepisse dignosceris, intus habebis. Fraternitatem tuam gratia divina custodiat, et ab omnibus semper tueatur adversis.

Quia vero bona Babenbergensi Ecclesiæ in diversis (134) Munchmunster in Bavaria.

A sis episcopatibus vel parochiis sita sunt, et quidam episcopi in coercendis malefactoribus vel turbatoribus earumdem possessionum, prout accepimus, negligentes existunt, statuimus ut si iidem malefactores canonice moniti ablata restituere et a sua præsumptione cessare noluerint, episcopi quoque, in quorum parochiis degunt, in eorum correctione negligentes extiterint, liceat vobis in eos canonicam sententiam promulgare.

Nihilominus etiam abbatiam quæ Munstar (134) dicitur, a bonæ memoriæ Lothario imperatore vobis traditam cum ecclesia Beati Sixti aliisque ecclesiis, villis et omnibus ad ipsam pertinentibus Babenbergensi Ecclesiæ confirmamus. Vobisque pariter concedimus ecclesias, quæ inter barbaros sitæ sunt (135), et per venerandæ memoriæ fratrem nostrum Ottonem prædecessorem tuum a squalore vetustæ gentilitatis ad normam Christianitatis et disciplinam ecclesiasticam sunt conversæ, ad honorem Dei auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ ordinandi, donec Deo propitio Catholicum et proprium episcopum sortiantur.

Ad majoris insuper familiaritatis et dilectionis evidentiam intra terminos Babenbergensi Ecclesiæ ante faciem tuam crucem portari concedimus, salva nimirum Moguntinæ metropolis reverentia. Ad indicium autem quod Babenbergensi civitas specialiter ac proprie beati Petri juris existat, equum unum album bene aptatum ac faleratum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolveris, qualem deceat Romanum pontificem in processionibus aut etiam alio tempore equitare.

Dat. Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi card. et cancell., xiii Kal. Novemb., indictione iii, Incarnat. Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domini Innocentii II PP. anno x.

CDXXI.

Privilegium pro ecclesia S. Prosperi de Bondeno.

(Anno 1139, Oct. 23.)

[TIRABOSCHI, *Memorie storiche Modenesi*, III, p. 8, ex archiv. monasterii S. Prosperi.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio UGONI archipresbytero ecclesiæ Sancti Prosperi de Bondeno ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri, ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecte in Domino filii Ugo archipresbyter, tuis rationabilibus postulationibus justum præbentes assensum, ecclesiam Beati Prosperi, cui, auctore Domino, præesse dignosceris, apostolicæ sedis privilegio communimus. Statuimus enim ut quascunque possessiones... eadem ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum, concessionem pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium... modis, auxiliante Domino, po-

(135) Pomeraniæ scilicet.

terit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et... permaneat. In quibus hæc propriis nominibus exprimens subjunximus... juxta jugera, ex alia parte Bondeni vinea una cum habitato... mansum Turicli, medietatem mansi Ferrarii, quartam partem mansi Domini... mansum Bubulo, Braidam Sancti Jacobi cum prato... juxta ecclesiam S. Martini. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat... præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere... vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sablnensis episcopus ss.

Ego Petrus Castellanus episcopus ss.

Ego Gerardus presbyter card. titulo S. Crucis in Jerusalem ss.

Ego Anselmus presbyt. card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli ss.

Ego Grisogonus presb. card. tit. S. Prædixis ss.

Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, x Kal. Novembris, indiet. iii, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno x.

CDXXII.

Bulla pro controversia sedanda inter Manassem Meldensem episcopum et Risendam abbatissam Pharensis monasterii.

(Anno 1139, Oct. 23.)

[DUPLESSIS, *Hist. de Meaux*, II, p. 31.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ in Christo filiæ RISENDI abbatissæ Pharensis monasterii et sororibus in abbatissæ regimine regulariter successuris in perpetuum.

Inter venerabilem siquidem fratrem nostrum Manassem Meldensem episcopum, et te, dilecta in Christo filia Risendis abbatissa, controversia agebatur: quam profecto venerabilibus fratribus nostris Gaurido Catalaunensi episcopo et Hugoni Altissiodorensi episcopo commisimus terminandam. Qui adhibitis sibi religiosis viris ac prudentibus eandem

A controversiam, sicut ex eorum scriptis asserimus, terminarunt, etc.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardin. et cancellarii, x Kal. Novembris, indictione iii, Incarnationis Dominicæ 1139, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno x.

CDXXIII.

Privilegium pro monasterio S. Mariæ Balneolensi.

(Anno 1139, Nov. 18.)

[GIULINI, *Memorie di Milano*, tom. V, p. 570.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BRUNONI abbati monasterii Sanctæ Mariæ, quod in villa Balneoli in Mediolanensi territorio situm est, ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum.

Si religiosorum virorum preces et desideria paterna benignitate admittimus, nostris procul dubio opportunitatibus clementem Dominum reperimus. Cumque universis Ecclesiis per orbem terrarum longe latequè diffusis, ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio debeamus salubriter providere, illis tamen in reformatione religionis, et in cæteris superiori studio nos convenit imminere, quæ sub B. Petri ditione consistunt, et peccatis exigentibus, sunt in temperalibus et spiritualibus imminutæ.

Hujus rei gratia, dilecte in Domino filii Bruno abbas, tuis postulationibus impertimur assensum, et abbatiam de Cerreto, quæ B. Petri juris existit, tibi tuisque successoribus apostolica dispensatione concedimus, ut videlicet per te et fratres tuos ibidem honestas et religio reformetur, et idem locus tam temporaliter, quam spiritualiter gratum incrementum suscipiens monasterio Clarævallis subiaceat. Adjicientes etiam ut tam locus ipse, quam universa, quæ sibi, in præsentiarum in terris, pratis, pascuis, silvis, aquis, et cæteris omnibus cultis vel incultis, canonice ac legitime pertinent, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, tibi tuisque successoribus firma et illibata permaneant. Ad iudicium autem, quod eadem abbatia beati Petri juris existat, singulis annis duodecim nummos Mediolanensis monete nobis nostrisque successoribus census nomine persolvetis. Ut autem securius atque liberius omnipotentis Dei servitio vacare possitis, auctoritate apostolica constituimus ut de laboribus, quos propriis manibus colitis, decimas vel primitias a vobis exigere, vel recipere, nemo præsumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prædictum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minnere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra et illibata conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit,

secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua emendatione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis episcopus, subscripsi.

Ego Theodewinus Sanctæ Ruffinæ episcopus, subscripsi.

Ego Albertus Albanensis episcopus, subscripsi.

Ego Albericus Ostiensis episcopus, subscripsi.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem, subscripsi.

Ego Anselmus presbyter card. tit. Sancti Laurentii in Lucina, subscripsi.

Ego Lucas presbyter card. tit. Sanctorum Joannis et Pauli, subscripsi.

Ego Boetius presbyt. card. tit. Sancti Clementis, subscripsi.

Ego Ivo presbyt. card. tit. Sancti Laurentii in Damaso, subscripsi.

Ego Otto diaconus card. Sancti Georgii ad Velum Aureum, subscripsi.

Ego Guido diaconus card. Sanctorum Cosmæ et Damiani, subscripsi.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere, subscripsi.

Datum Laterani per manum Almerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xiv Kal. Decembris, indict. ii, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno decimo.

CDXXIV.

Monasterii Richenbergensis (prope Goslarium) protectionem suscipit, disciplinamque ac possessiones confirmat.

(Anno 1139, Nov. 25.)

[HEINECCIUS, *Antiq. Goslar.*, lib. ii, p. 142.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GERUARDO Richenbergensis ecclesiæ præposito, et ejus fratribus canonicam vitam professis tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Religiosis desiderii facile accommodare debemus assensum, ut fidelis devotio celerem sortiatu effectum. Hujus rei gratia, dilecti in Domino filii, vestris petitionibus clementer annuimus, et Richenbergensem ecclesiam, in qua divino vacatis servitio, præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut ordo canonicus secundum beati Augustini regu-

lam in eodem loco perpetuis temporibus irrefragabiliter conservetur, adjicientes etiam ut nemini vestrum post factam ibi professionem, et habitum religionis assumptum, absque prælati sui licentia ad locum alium liceat transmigrare. Quascunque prætere possessiones, quæcunque bona idem venerabilis locus, in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatam vestram ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divinæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud supremum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Fabianensis Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem ss.

Ego Godefridus presbyter cardinalis tit. S. Vestinæ ss.

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. SS. Joannis et Pauli ss.

Ego Theodewinus S. Ruffinæ episcopus ss.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diaconus cardinalis S. Angelii ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere ss.

Datum Laterani per manus Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi card. et cancellarii apostolicæ sedis, indictione iii, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo octavo, pontificatus vero domni Innocentii II anno ix.

CDXXV.

Clero et laicis diocesis Hildesheimensis scribit, ut nullus laicorum bona fratrum claustralium vel aliorum clericorum mobilia vel immobilia in vita sua in morte usurpare præsumat.

(Anno 1139, Nov. 27.)

[JARRÉ, *Regesta Pontif. Rom.*, p. 589, ex tabulario regio Hannoverano.]

CDXXVI.

Privilegium pro parthenone Quedlinburgensi.

(Anno 1159, Dec. 11.)

[LEUCKFELD, *Antiq. Michaelst.*, 20.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecta in Christo filia BEATRICE, abbatissæ Quintilburgensis monasterii, et universis sibi in ejusdem loci regimine regulariter successuris, in perpetuum.

Sicut gestorum veterum monumenta declarant, Quintilburgense monasterium ab egregiæ memoriæ Henrico rege fundatum est, et sub censu unius libræ argenti beato Petro solvendo, eidem apostolorum principi ab ipso fundatore oblatum; prædecessores quoque nostri sanctæ recordationis Agapitus, Joannes, Sylvester Romani pontifices, locum ipsum in proprietatem atque tuitionem sedis apostolicæ susceperunt, et scriptis authenticis munierunt. Nos igitur, quorum præcipue interest bona et possessiones sacræ Romanæ Ecclesiæ specialiter pertinentia propensius defendere, tuis petitionibus, dilecta in Domino filia Beatrix abbatissa, paterna benignitate annuimus, et Quintilburgense monasterium cui, Domino auctore, præesse cognosceris, situm juxta fluvium Boda, ad exemplum eorundem prædecessorum nostrorum, apostolicæ sedis patrocinio communimus; stuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem venerabilis locus in præsentiarum jure et canonice possidet tam in ecclesiis, quam in decimis, vel aliis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, sive aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque posteris et illibata permaneant. Innovamus etiam et omnimodis prohibemus, ut nulli unquam ecclesiæ vel personæ, præterquam Romano pontifici, idem cœnobium submittatur. Sed nec alicui regum aliquando licentia pateat, idem cœnobium quibuslibet hominibus in beneficium dare. Obveniente vero te nunc ejusdem loci abbatissa, vel qualibet sororum quæ tibi in regimine abbatissæ successerint, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quam sanctimonialia ipsius cœnobii communi assensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem providerint eligendam. Sicut autem præfatum monasterium soli tantum Romano pontifici subiacere statuimus, ita nihilominus de personis tam clericorum quam laicorum seu cæteris rebus ad eundem locum generaliter pertinentibus, et nostro servitio deputatis præsentis decreto sancimus, sicut eorundem prædecessorum nostrorum sanctione noscitur institutum. Simili quoque modo decernimus, ut claustrum Sanctæ Mariæ in monte, secundam beati Benedicti Regulam, claustrum Sancti Wiperti in præfato loco Quintilburg, necnon claustrum Sancti Nicolai in Winethusen juxta beati Augustini Regulam ordinentur. Universa insuper, quæ ecclesiæ Sancti Michaelis archangeli, sitæ in loco qui vocatur Lapis Sancti Michaelis, ex bonis Burchardi quondam militis, nunc autem conversi

A petitione et assensu ejus, dilecta in Christo filia Beatrix abbatissa, devotionis intuitu contulisti, eidem loco nihilominus confirmamus. Adjicientes etiam ut quicumque ibi Deo servire decreverint, sine proprio communiter et regulariter vivant. Quæcunque vero idem locus in præsentiarum legitime possidet, aut in futurum rationabilibus modis poterit adipisci, tibi inconcussa manere decernimus, dum tamen eadem ecclesia sub Quintilburgensi monasterio, sicut hactenus jure ac dispositione consistat. Id ipsum quoque de ecclesiâ S. Joannis Baptistæ sita in Quintilburg et hospitali domo ad suscipiendos pauperes juxta eam præsentis scripto statuimus. Verumtamen ibidem presbyter religiosus et sapiens statuatur, qui etiam pauperum curam gerat, exceptis quoque excommunicatis, si quis ibi sepeliri desiderat, nequaquam prohibeatur, salva nimirum matricis ecclesiæ justitia et reverentia.

Nulli igitur imperatorum, regum, archiepiscoporum, episcoporum, principum seu cujuslibet ecclesiasticæ vel alterius dignitatis personæ liceat eadem cœnobium, aut sorores, vel fratres ibi Domino servientes, temere perturbare, aut eorum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur, vestris, vel vestrarum sororum, vel fratrum usibus profutura. Ad indicium autem quod idem locus Beati Petri juris existat, singulis annis una libra argenti, nobis nostrisque successoribus census nomine persolvatis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

D Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus.

Ego Gerhardus presbyter cardinalis tituli S. Crucis in Jerusalem.

Ego Lucas presbyt. card. tit. Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Chrysogonus presb. card. tit. Sanctæ Præxedis.

Ego Gregorius diacon. card. Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Guido diacon. card. Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Datum Laterani per manum Almerici, S. Romanæ Ecclesiæ diac. card. et cancellarii, in Idus Decem-

bris, indict. III, Incarnationis Dominicæ anno 1139, A pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno x.

CDXXVII.

Privilegium pro monasterio Ravengirzburgensi.

(Anno 1139, Dec. 11.)

[GUNTHER, *Cod. dipl. Rhen. Mos.*, I, 252.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis WECELINO præposito, ejusque fratribus in Ravengirzburgensi ecclesia canonicam vitam professis in perpetuum.

Religiosis desideriis facilem accommodare debemus assensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Hujus rei gratia, dilecti in Domino filii, vestris petitionibus clementer annuimus, et personas vestras ac Ravengirzburgensem ecclesiam, in qua divino vacatis servitio, ad exemplum prædecessoris nostri sanctæ memoriæ papæ Honorii, sub beati Petri ac nostræ tutela suscipimus et præsentis scripti patrocinio communimus, statuantes ut ordo canonicus, secundum beati Augustini regulam, in eodem loco perpetuis temporibus irrefragabiliter conservetur. Obeunte vero te ejusdem loci præposito vel tuorum quolibet successorum, nullus in eadem ecclesia qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, sed quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem regulariter providerint eligendum. Sane possessiones et bona, quæ liberalitate illustris viri comitis Bertolfi, uxoris ejus Hadewic seu aliorum fidelium oblatione in præsentiarum juste et canonice

possidetis, sive in futurum largiente Deo justis modis poteritis adipisci, firma vobis et illibata permaneant, salva diocæsani episcopi justitia et reverentia. Auctoritate quoque Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostræ interdicens ne quis ejusdem cœnobii advocatiam absque præposito et fratrum electione sibi usurpet. Prohibemus etiam ne idem advocatus ullum advocatum in eodem loco sibi substituere audeat. Electus autem nullum a fratribus canonicis, vel ab eorum officialibus servitium exigere præsumat, nec causas suas et placita infra septa et officinas claustrales agat. Archipresbytero synodum ibi habere non liceat absque nutu fratrum canonicorum, nec ab aliquo pecunia pro ecclesiæ redemptione exigatur omni deinceps tempore. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat vestram præfatam ecclesiam in aliquo perturbare, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus molestare, sed omnia vobis integra conserventur, vestris et pauperum usibus profutura. Si qua igitur ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire præsumperit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat,

atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Albericus Hostiensis episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Intifredus presbyter cardinalis titulo Vellinæ.

Ego Lucas presbyter cardinalis titulo Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Grysogonus presbyter cardinalis titulo Prædixedis.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Ego Gerardus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Dominica.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, III Idus Decembris, indictione III, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno decimo.

CDXXXVIII.

Privilegium pro ecclesia Ilbenstadeni.

(Anno 1139, Dec. 12.)

[HUGO, *Ord. Præm. Annal.*, I, Pr., p. 662.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ANTONIO præposito, et fratribus in Eloffstadensi ecclesia canonicam vitam professis, tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.

Ad hoc Ecclesiæ Catholicæ cura nobis a summo pastore Deo commissa est, ut ipsius servos paternis affectibus diligamus, et eo amplius studeamus ipsorum devotiones modis omnibus confovere, quo ferventius ipsi disciplinam ecclesiasticam, et sanctorum Patrum regulis inhærere noscuntur. Tunc denique omnipotente Domino gratus erit famulatus, si sanctorum locorum salubris institutio sanctæ Romanæ Ecclesiæ patrocinii in religionis puritate fuerit conservata. Eapropter, dilecte in Domino fili Antonii præposite, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam Eloffstadensem, cui auctore Domino præsides, sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus: statuantes siquidem et apostolica auctoritate firmantes ut ordo canonicus secundum B. Augustini Regulam inibi perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter conservetur. Prædicandi per omnem provinciam et modis omnibus in vita et morum salutem animarum operandi licentiam ab archiepiscopo vobis concessam, vel quæcunque alia bona eadem ecclesia in allodiis, decimis, mancipiis, terris cultis et incultis, in præsentiarum juste et legitime possidet, tibi tuisque successoribus, et per nos eidem ecclesiæ in perpetuum præsentis privilegio confirmamus; in quibus hæc propriis nominibus

adnotanda subjunximus : fundum in quo nobiles comites-Gotefridus et Oddo fratres eandem vestram ecclesiam in honorem Dei Genitricis Mariæ et apostolorum Petri et Pauli pro suorum peccatorum venia construxerunt, cum aliis possessionibus ab ipsis vobis collatis, allodium Dorcheim, allodium Rodæ, teloneum vel nulum quod dilectus filius noster Lotharius imperator bonæ memoriæ Franckenwordæ pro animæ suæ salute donavit, et allodium Tutuendorff; quæcunque præterea in posterum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu quibuslibet justis aliis modis, auxiliante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Augustini Regulam præviderint eligendum. Liceat etiam vobis clericos vel laicos e sæculo fugientes, vel vestræ societatis castris inseri cupientes ad communionem in vita et in morte suscipere, nisi sint excommunicationis et alicujus conditionis vinculis innodati; nulli etiam fratrum liceat post habitum assumptum, et facta inibi professione, ex consortio vestro sine communi fratrum permissione discedere discedentem vero nullus episcoporum, abbatum monachorumque, nullus omnino hominum audeat sine præpositi et fratrum licentia suscipere vel retinere. Ipsum vero transfugam, si secundo tertiove commonitus respicere forte contempserit, excommunicandi eum prælatus suus liberam habeat facultatem. In ecclesiis vero quas ecclesia vestra instituit, vel, Domino cooperante, futuris temporibus propagatura est, debita vobis reverentia secundum institutionem vestri ordinis impendatur. Si vero, quod absit! prælati ecclesiarum quæ fuerint de vestro collegio propagatæ, religionis destructores, vel alias turpis vitæ et malæ conversationis fuerint deprehensi, nihilominus corrigantur secundum quod apostatis seu fratribus vestrarum congregationum noscitur regulariter institutum. Insuper apostolica auctoritate præcipimus ut vester locus invitis fratribus advocatum suscipere non cogatur. Si vero in Moguntina provincia interdictum fuerit generale prolatum, exclusis excommunicationis et interdictis, in ecclesiis vestræ parochiæ libere divina vobis liceat officia celebrare. Decernimus ergo ut nulli archiepiscopo, nulli episcopo vel archidiacono, nulli omnino ecclesiasticæ sæcularive personæ liceat vestram ecclesiam perturbare, vel aliquibus exactionibus opprimere, aut ejus possessiones auferre, seu ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, necessitatibus omnimodis profutura; salva nimirum Moguntini archiepiscopi canonica justitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcu-

larisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Jesu Christi Redemptoris nostri aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, vel ibidem Domino servientibus, sit pax Domini Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Chrisogonus presb. card. tit. Prædixis.

Ego Georgius diaconus card. S. Angeli.

Datum Laterani per manum Almerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diac. card. et cancel., ii Idus Decembris, iudict. ii, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno x.

CDXXIX.

Monasterio S. Joannis Kastenbornensi asserit bona ab Ottone quondam episcopo Halberstadensi collata.

(Anno 1139, Dec. 14.)

[Thuringia sacra, 305.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis fratribus in Caldebrunnensi Beati Joannis evangelistæ ecclesia canonicam, vitam professis tam præsentibus quam futuris in perpetuam memoriam.

Sicut sacrorum canonum docet auctoritas, tribus ex causis loca sanctorum mutanda sunt; quarum utique duas dilectus filius noster Otto quondam Halberstadensis episcopus in causa Ecclesiæ de Revenigno intervenire cognoscens, scilicet incommoditatem loci et importunitatem prædonum ob majorem fructum divini servitii communi fratrum suorum assensu prædicia ecclesiæ collata in Caldebrunnen transtulit et mutavit. Nos igitur, quorum præcipue interest ea quæ a fratribus nostris sunt rationabiliter, roborare et pia desideria opportunis adminiculis confovere, eandem mutationem prædictis ex causis factam præsentî decreto firmamus et futuris temporibus ratam manere sancimus; Prædecessorum quoque nostrorum sanctæ memoriæ Callixti atque Honorii vestigiis inhærentes, vitæ canonicæ ordinem quem in eadem ecclesia professi estis, perpetuis temporibus idem observari statuimus. eumdenque locum cum suis omnibus pertinentiis beati Petri patrocinio communimus. Quæcunque

præterea possessiones, quæcunque bona a nobilibus viris Hermanno atque Wicmanno vel a quibuscunque fidelibus de suo jure eidem loco legitime collata sunt, sive in futurum, largiente Domino, juste et canonicè conferri contigerit, firma semper vobis vestrisque successoribus et inconvulsa permaneant. Nulli ergo hominum liceat prædictam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere sive quibuslibet temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum Alberstatensis episcopi canonica reverentia. Obvante vero ejusdem venerabilis loci præposito, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Deum elegerunt. Si quis igitur, decreti hujus tenore cognito, temere, quod absit! contraire tentaverit, honoris et officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, manu propria.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum martyrum Sergii et Bacchi, manu propria.

Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad Velum Aureum, manu propria.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus, manu propria.

Ego Albertus Albanensis episcopus, manu propria.

Ego Albericus Ostiensis episcopus, manu propria.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem, manu propria.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina, manu propria.

Ego Lucas presbyter cardinalis SS. Joannis et Pauli, manu propria.

Ego Chrysogonus presbyter card. tituli S. Praxedis, manu propria.

Ego Ivo presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso.

Datum Laterani per manus Himerici S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xviii Kal. Januar., indict. iii, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno x.

CDXXX.

Ad Gerardum præpositum Bonnensem.

(Anno 1139, Dec. 16.)

[GUNTHER, *Cod. dipl. Rhen.-Mosell.*, I, 256.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GERARDO Bonnensi præposito, ejusque successoribus canonicè instituendis in perpetuum.

Sicut sanctorum canonum docet auctoritas, sollicitudo et ordinatio Ecclesiarum ad episcoporum pertinet curam. Et quoniam ipsi per suam præsentiam non possunt omnia exercere, constituti sunt

A archidiaconi, qui quasi episcoporum oculi universa perlustrent, ut statu Ecclesiarum nec non cleri et populi per eos plene comperto, quæ corrigenda fuerint corrigi, et quæ statuenda præstante Domino valeant confirmari. Qui etiam pro reparandis basilicis diocesanis suggerunt sacerdoti, qui quoque inquirunt parochias et ornamenta vel res basilicarum et parochiarum gesta vel libertatum ecclesiasticarum episcopo referunt. A quibus insuper presbyterorum vel aliorum excessus eisdem episcopis nuntiantur. Ex quibus omnibus aperte colligitur quod archidiaconi debent absque aliquorum contradictione parochias visitare, et de animabus hominum ibi degentium curam gerere. Ideoque, dilecte in Domino filii Gerarde præposite, sanctorum Patrum vestigia prosequentes, et generalem consuetudinem Ecclesiæ attendentes, licentiam et liberam potestatem certis temporibus visitandi et circum-eundi decanias, quæ in archidiaconatu vestro sitæ sunt, videlicet Archoe et Zulphechoe, sicut in reliquis duabus, id est Yffensi et Sibergensi, hactenus facere consuevistis, tibi tuisque successoribus concedimus atque firmanus. Et quia novis morbis nova est adhibenda medicina, si raptores et malefactores Bunnensis ecclesiæ communiti respiscere forte noluerint, et archiepiscopus requisitus eos secundum justitiam coercere neglexerit, postquam secundo et tertio evocati minime satisfecerint, interdicens vel excommunicandi eos tua persona habeat facultatem. Nihilominus etiam constituimus ut sedem et locum tam in choro Sancti Petri quam in publicis processionibus sive conventibus, ex justitiæ æquitate, per Coloniensem ecclesiam vobis adjudicatum obtineatis. Vestra igitur interest ita honeste per Dei gratiam vivere et sanctæ Romanæ Ecclesiæ matri vestræ devotos existere, ut ampliori gratia digni sitis. Si quis autem contra hujus nostræ constitutionis tenorem temere venire tentaverit, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat. Conservantes autem hæc eorumdem benedictionum gratiam consequantur. Amen, amen, amen.

B

C Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus
Ego Gerardus presbyter cardinalis titulo Sanctæ Crucis in Jerusalem.
Ego Lucas presbyter cardinalis titulo Sanctorum Joannis et Pauli.
Ego Ivo presbyter cardinalis titulo Sancti Laurentii in Damaso.
Ego Grisogonus presbyter cardinalis titulo Praxedis.
Ego Conradus Sabiensis episcopus.
Ego Teodinus episcopus Sanctæ Rufinæ.
Ego Albericus Hostiensis episcopus.
Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.
Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani.

D

Ego Ivo presbyter cardinalis titulo Sancti Laurentii in Damaso.

Ego Grisogonus presbyter cardinalis titulo Praxedis.

Ego Conradus Sabiensis episcopus.

Ego Teodinus episcopus Sanctæ Rufinæ.

Ego Albericus Hostiensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Ego GG. diaconus cardinalis Sancti Angei.

Datum Laterani per manum Almerici, sancte Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xvii Kal. Januarii, Incarnationis Dominicæ anno 1139, pontificatus vero domini Innocentii secundi papæ anno x.

CDXXXI.

Monasterii SS. Petri et Pauli Cantuariensis privilegia confirmat.

(Anno 1139.)

[*Chronica W. Thorne apud TWYSDEN, Hist. Angl. Script., II. 1800.*]

CDXXXII

Ad Ludovicum Francorum regem.

(Anno 1139.)

[*BALUZ., Miscell., II, 165.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio LUDOVICO illustri et glorioso Francorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Gaudet agricola si arbor ab illo plantata altis hæret radicibus et fructum optimum præstat tempore opportuno. Cum ergo, charissime fili, tu nostris tanquam beati Petri manibus sis, ungente sancto Spiritu in regem a Domino consecratus, quanto de tuis bonis actibus et successibus jucundius gratulamur, tanto amaricosius, si secus egeris, contristamur. Nec decet regem ira stimulante ad illicita verba sive juramenta prorumpere, imo deberet cum magna maturitate et subtili libramine sermones suos actusque pensare et rerum exitum prævidere. Qui vero sacrosanciam Romanam matrem Ecclesiam molitur offendere aut ejus dignitatem imminuere, in cælum os ponit et indignationem de supernis acquirat. Sed quia personam tuam sincera charitate et affectione paterna diligimus, preces tuas admittimus, et compatiens nobili et [famosæ Remensi Ecclesiæ, licentiam eligendi in archiepiscopum idoneam et honestam personam, quæ tamen non sit regimini episcopatus astricta, canonicis Remensibus indulgemus. Præcipimus autem ut consilio venerabilium fratrum nostrorum Gaudredi Carnotensis apostolicæ sedis legati, Hugonis Antiodorensis, Gosseui Suessionensis et Alvisi Atrebatensis episcoporum, Spiritu sancto cooperante, id fiat. Et quoniam te Deus in regem eligi et ungi voluit ut sponsam suam, sanctam videlicet Ecclesiam, proprio sanguine suo redemptam, defenderes et ejus libertatem illibatam servares, per apostolica tibi scripta mandamus ac in remissionem peccatorum injungimus quatenus pravos illos Remensium conventus, quos compagnias vocant, potestate regia dissipet, et tam ecclesiam quam civitatem in eum statum et libertatem in qua erat tempore egregiæ recordationis patris tui et fratris nostri Rainoldi archiepiscopi nuper defuncti reducas, damna vero quæ Ecclesiæ et ecclesiasticis personis a civibus sunt illata eis facias restaurari. Bonum est tibi ut Deus in hoc sæculo de te gaudeat defensore quam eum mala non corripiendo sentias in futuro ultorem.

A

CDXXXIII.

Parthenonis SS. Georgii et Pancratii Heklingensis protectionem suscipit, bonaque ac jura confirmat.

(Anno 1140, Jan. 10.)

[*ECCARD, Hist. geneal. princ. Sax. sup., p. 563.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ in Christo filiæ IRMENGARDI abbatissæ monasterii Sanctorum martyrum Georgii atque Pancratii de Käkellinge et sororibus sibi regulariter successuris in abbatia regimine, in perpetuum.

In apostolicæ sedis specula, disponente Deo, constituti, ita paternorum canonum nos convenit decreta librare, ut et omnibus sua justitia conservetur, et nulli, quantum in nobis exhibetur, tanto magis in earum tuitione nos decet esse sollicitos, et pro ipsarum pace atque quiete attentius laborare. Quamobrem, dilecta in Domino filia, Irmengardis abbatissa, tuis votis paterna benignitate impertimur assensum, et monasterium Sanctorum Georgii et Pancratii, cui utique auctore Domino præsidet, a nobili viro comite Bernardo fundatum et tam ab ipso, quam etiam a suis successoribus atque comitibus, videlicet Theoderico atque Helperico, ditatum, ejusdem Helerici filii, scilicet Chunrado marchione atque Bernardo, simili devotionis intuitu in melius commutatum, sub tutelam beati Petri nostramque suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus; statuentes ut ordo monasticus secundum beati Benedicti Regulam in eodem loco perpetuis temporibus irrefragabiliter conservetur. Quæcunque præterea bona, quæcunque possessiones ex dono prædictorum virorum idem monasterium in præsentiarum canonicè possidet, aut aliorum virorum, quæcunque etiam in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, aut aliis justis modis, parante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque sororibus in abbatia regimine successuris, et illibata permaneant. Obviente vero te nunc ejusdem loci abbatissa, vel qualibet sororum tibi in eodem regimine succedentium, nulla tibi quavis subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quam sorores communi assensu, aut pars consilii sanioris secundum Dei timorem et regulam supradictam elegerint. Id ipsum quoque in persona præpositi, cum eligendus fuerit, observari censemus. Nulli igitur hominum liceat præfatum vestrum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt, usibus profutura. Si qua sane ecclesiastica secularive persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine

D

districtæ ultioni subiaceat. Conservantes autem hæc A omnipotentis Dei et beatorum Petri ac Pauli apostolorum ejus benedictionem et gratiam consequantur. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gregorius diaconus Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Theodoricus S. Rufini episcopus.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Ego Gerardus presbyter cardinalis ecclesiæ S. Crucis in Jerusalem.

Ego Anselmus presbyter cardinalis ecclesiæ Sancti Laurentii in Lucina.

Ego Lucas presbyter cardinalis ecclesiæ Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis ecclesiæ Sanctæ Praxedis.

Ego Ivo presbyter card. ecclesiæ Sanctorum Laurentii et Damasi.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Hubaldus diaconus cardinalis Sancti Adriani.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, iv Idus Januarii, indictione iii, Incarnationis Dominicæ 1139, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno decimo.

CDXXXIV.

Monasterii S. Blasii possessiones et privilegia confirmat.

(Anno 1140, Jan. 21.)

[NEUGART, *Cod. diplom. Aleman.*, II, 68.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis B. [BERTOLDO] abbati et fratribus monasterii Sancti Blasii, salutem et apostolicam benedictionem.

Licet ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio fratres nostros episcopos et abbates communiter honorare ac diligere debeamus, et Ecclesiis sibi commissis suam justitiam conservare, illis tamen propensiori cura nos convenit providere quos beato Petro et sanctæ Romanæ Ecclesiæ constat specialius adhærere. Hujus rei gratia desiderii vestris clementer annuimus, et concessionem, quam vobis privilegii sui auctoritate prædecessor noster felicitis memoriæ Honorius (136) confirmavit, nos quoque apostolica auctoritate præsentis scripto firmam atque ratam censemus, ut videlicet Ecclesias vestras ac decimas pertinentes Ecclesiis quas habetis vel ha-

(136) Bullam Honorii II a. 1126, 28 Martii datam eddidit Cels. Gerbertus Hist. Silvæ Nigræ t. III, p. 59.

(137) Nallingen in Wurttembergia.

(138) Bettmaringen in Alpegovia dit. S. Bl.

(139) Schneisingen in comitatu Badensi Helvetiorum.

(140) Vid. sup. n. 824.

(141) Neukirch inter Rotwilam et Schembergam.

bebitis, et a laicis recipere annuente Domino poteritis, vestris perpetuo usibus obtineatis, absque omni episcoporum vel aliorum contradictione, salva tamen episcopali reverentia. Propriis vero nominibus duximus exprimendas ecclesias quas in præsentiarum idem venerabilis locus possidet cum utilitate decimarum. Ecclesia Nallingen (137), quæ ab Anshalmo nobili viro cum dimidia portione decimarum est delegata, ecclesia Batimaringin (138), quæ ab Arnolfo cum medietate decimarum monasterio est tradita, ecclesia Sneisanc (139), quæ cum media portione decimarum Ecclesiæ Sancti Blasii ab Erlewino comite (140) est oblata, ecclesia Berowe et Nunkilcha (141) quæ a Gotefrido etiam cum portionibus decimarum sunt collatæ. In his ergo vestris ecclesiis et in aliis quas habetis, decernimus ut nulli omnino hominum liceat vestrum præfatum monasterium temere perturbare, vel quibuslibet vexationibus infestare. Si quis autem hujus nostræ confirmationis auctoritatem sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat. Amen.

Data Laterani, xii Kal. Feb., anno 1137.

CDXXXV.

Privilegia ab imperatoribus atque antecessoribus suis monasterio S. Blasii collata, cellasque et ecclesias ejusdem confirmat.

(Anno 1140, Jan. 21.)

[NEUGART, *ibid.*, p. 68.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BERTOLDO abbati monasterii S. Blasii, quod in Constantiensi episcopatu, in loco videlicet qui Nigra Silva dicitur situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Licet ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio, etc., ut supra in bulla an. 1137. Hujus rei gratia, dilecte in Domino fili Bertolde abbas, tuis desideriis paterna benignitate annuimus et monasterium Beati Blasii cui auctore Deo præesse dignosceris, præsentis scripti pagina communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem venerabilis locus in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, etc.

In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: videlicet cellas Hochsenhusen (142), Berowa (143), Wittenowa (144), Burgelun (145), cum omnibus earum pertinentiis, ecclesias quoque Nunchilcha, Sneisanc, Birbomestorf (146), Bathmaringin, Griezheim (147), similiter cum omnibus earum appendiciis,

(142) Celebris nunc abbatia O. S. B. in Suevia.

(143) Berau parthenon cum præpositura inter Sluchtam et Schwarzacham fl. in Silva Nigra.

(144) Witnau in Brisgovia superiore nunc dit. Badens.

(145) Burg'en præpositura ib. ad montem Blavium.

(146) Birmenstorf in monte Albis inter lacum Turicensem et Rusam fl.

(147) Griefsen in Cleggovia.

cellam etiam Wizelinhoven (148), cum suis pertinentiis. Confirmamus quoque dispositionem illam quam bonæ recordationis Henricus quartus imperator de monasterii vestri libertate et advocatia constituit (149), et prædecessor noster felicis memoriæ Calixtus auctoritatis suæ privilegio roboravit (150), atque dilectus filius noster Lotharius rex præcepti sui firmitate munivit (151), et sanctæ recordationis PP. Honorius episcoporum et cardinalium deliberatione firmavit (152), et nos in Lateranensi concilio approbavimus (153). Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat vestrum præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus infestare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur, etc. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ eps. ss.

Ego Theodewinus S. Rufinæ eps. ss.

Ego Albericus Hostiensis eps. ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem ss.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.

Ego Lucas presb. card. tit. Sanctorum Joan. et Pauli ss.

Ego Boetius presb. card. tit. S. Clementis ss.

Ego Ivo presb. card. tit. Sanctorum Laurentii et Damasi ss.

Ego Grisogonus presb. card. tit. S. Praxedis ss.

Ego Gregorius diac. card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diac. card. Sanctorum Cosmæ et Damiani ss.

Ego Uass. diac. card. S. Eustachii ss.

Ego Gregorius diac. card. S. Angeli ss.

Datum Laterani per manum Aimerici S. Rom. Eccles. diac. card. et cancell. xii Kal. Febr., indictione iii, Incarnationis Dominicæ anno 1140, pontificatus vero domini Innoc. ii papæ anno x (154).

CDXXXVI.

Donationem quartæ partis ville in Oningen, a Cunrado duce Zaringiæ Augiensi monasterio factam, confirmat.

(Anno 1140, Febr. 17.)

[HERGOTT, *Geneal. Hasb.*, II, p. 160.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio FRIDELOO, abbati Augiensis monasterii, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

(148) Wissilighofen inter oppida Kaiserstuhl et Zuzach, nunc præpositura.

(149) Anno 1125, 8 Jan. sup. n. 845.

(150) Anno 1120, 19 Martii ap. Cels. Gerbertum *Hist. S. N. t. III, p. 48.* Et 1120, 18 Jun. sup. n. 838.

Ex commisso nobis a Deo apostolatus officio Ecclesiarum omnium curam nos convenit gerere, et si quæ eis oblatione, seu donatione fidelium conferuntur, apostolico debemus munimine roborare. Quam profecto sollicitudinem erga Augiense monasterium tanto amplius gerere volumus, quanto specialius idem locus cum rebus ad ipsum pertinentibus, ad jus beati Petri cognoscitur pertinere. Eapropter, dilecte in Domino filii Frideloe abbas, tuis petitionibus gratum præbentes assensum, quartam partem villæ Oningen, ab illustri viro Chunrado duce Zaringin cum omni jure et justitia, quam ipse successione hæreditaria inibi habebat, Augiensi monasterio pia devotione collatam, in perpetuum tibi, tuisque successoribus, et per vos eidem cornbio confirmamus et præsentis privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat vel ecclesiam vestram, super hac nostra confirmatione de cætero molestare, aut de prædicta portione villæ aliquam vobis injuriam irrogare. Si quis autem hanc donationem, seu oblationem infringere, vel mutare ausu temerario attentaverit, secundo tertiove commonitus, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et donec corrigat reatum suum, excommunicationi subiaceat. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Sanctorum Joannis et Pauli.

Ego Theodwinus episcopus Sanctæ Rufinæ.

Ego Gotho Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis.

Ego Ivo presbyter cardinalis tit. Sanctorum Laurentii et Damasi.

Ego Grisogonus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Praxedis.

Data Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xiiii Kalend. Mart. indictione iii, Incarnationis Dominicæ anno 1139; pontificatus vero domini Innocentii ii papæ anno xi.

CDXXXVII.

Privilegium pro monasterio S. Mariæ de Berghe.

(Anno 1140, Febr. 26.)

[LACOMBLET, *Urkundenb.*, I, p. 221.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BERNONI abbati monasterii Sanctæ Mariæ de Berghe ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectum debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Hoc nimirum intuitu, dilecte in Do-

(151) Anno 1126, 4 Jan. ap. P. Herrgott *Cod. prob.* n. 206.

(152) E. a. 28 Martii. *Hist. S. N. t. III p. 59.*

(153) Concilium Lateranense generale x convocatum est a. 1159, mense Aprili.

(154) Fere finito. Electus quippe est Innocentius II circa medium Februarii a. 1130.

mino fili Berno abbas, tuis postulationibus clementer annuimus et monasterium Sanctæ Mariæ de Berghe cui, Domino auctore, præsidet, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti pagina communimus; statuente ut quæcunque bona, quascunque possessiones idem monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum, concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: hæreditatem Berghe ab illustri viro Adolfo comite Coloniensi ecclesiæ ad fundandam et statuendam ibi religionem pro sua devotione collatam; curtem quoque Bochem cum decimis suis; terram juxta Bladesheim sitam quæ dicitur Cameruoost cum decimis suis. Curtem quoque Wanemala et vineam in episcopatu Herbipolensi sitam in monte qui dicitur Thæbog, et vineam unam Truensthorp (Dransdorf); vineam etiam in Bagaracha cum decimis suis. Decernimus etiam ut de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu vestrorum animalium nutrimentis, decimas dare non cogamini. Ordo sane monasticus, qui secundum beati Benedicti Regulam et institutionem fratrum Cisterciensium in eodem monasterio est per Dei gratiam constitutus, perpetuis temporibus ibidem conservetur. Ut autem divinis officiis liberius vacare possitis, constituimus ne abbas, qui præfato cœnobio pro tempore præerit, ad synodum vel sæcularia judicia, nisi magna et evidente necessitate, cogatur. Nulli ergo omnino hominum liceat præfatum monasterium vestrum temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinæ episcopus ss.

Ego Theodewinus S. Rufinæ episcopus ss.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem ss.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina ss.

A Ego Lucas presbyter cardinalis tit. SS. Joannis et Pauli ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Octavianus diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere ss.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos ss.

Data Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii; iv Kalend. Martii, indictione iii, Incarnationis Dominicæ anno 1159, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno xi.

CDXXXVIII.

B *Ecclesiæ Misnensis possessiones, petente Godebaldo episcopo, confirmat.*

(Anno 1140, Febr. 27.)

[JAFFÉ, *Regesta Rom. pont.*, p. 589, ex schedis Pertzii.]

CDXXXIX.

Privilegia exemptionisque abbatiæ Egmondanæ, monachorum Benedictinorum, et simul abbatiæ Reinsburgensis, nobilium monialium ejusdem ordinis in Hollandia confirmat.

(Anno 1140, Febr. 28.)

[MIRÆI *Opp. dipl.*, IV, p. 13.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio WALTERO Egmondensis monasterii abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

C Nobilis vir Theodoricus comes de Hollandt Hierosolymam proficiscens, nostram præsentiam adiit. Inter cætera vero, quæ secum de morum correctione et suæ vitæ institutione contulimus, idem illustris vir tam vice sua quam etiam Petronillæ comitissæ matris suæ Egmondense monasterium, atque etiam Reinsburgense beato apostolorum principi devotionis intuitu proprietario jure obtulit, atque contradidit.

Et nos igitur, quorum præcipue interest jura ejusdem cœlorum clavigeri specialiter defensare, eadem venerabilia loca in proprietatem atque protectionem S. Romanæ Ecclesiæ suscepimus, eaque cum omnibus suis pertinentiis præsentis scripti patrociniis communimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfata monasteria temere perturbare, eorum possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.

Ad indicium autem quod eadem monasteria B. Petri juris existant, singulis annis tantum quam successores tui quatuor solidos Frisingensis monetæ nobis nostrisque successoribus census nomine persolvatis.

Si qua sane ecclesiastica sæcularisve persona hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam

temere venire tentaverit, secundo tertiove commo-
nita, si non reatum suum congrua satisfactione cor-
rexit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et
Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat,
atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit
pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic
fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum
judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen,
amen, amen. Bene Valete.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus
subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli S. Crucis
in Hierusalem subscripsi.

Ego Otto diaconus cardinalis tituli S. Georgii
subscripsi.

Ego Michael presbyt. cardinalis tituli S. Laurentii
in Lucina subscripsi.

Ego Albertus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Lucas presbyter cardinalis tituli SS. Joannis
et Pauli subscripsi.

Ego Albertus Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Georgius diaconus S. Angeli subscripsi.

Data Laterani per manum Aimerici Theodorici,
S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancella-
rii, pridie Kalendas Martii, indictione tertia, Incar-
nationis Dominicæ anno millesimo centesimo tri-
cesimo nono, pontificatus vero domni Innocentii
pape secundi anno undecimo.

CDXL.

*Privilegium pro ecclesia S. Gentiani Balgentia-
censi.*

(Anno 1140, Mart. 6.)

[*Call. Christ. VIII, Instr. 506, ex autographo.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei,
dilecto filio JOSCELINE abbati Sancti Gentiani de
Balgentiaco ejusque successoribus regulariter sub-
stituentibus in perpetuum.

Inter cætera quæ de cura universalis Ecclesiæ
nobis imminet, religiosorum quieti nos convenit
attentius providere, qui quanto fragiliores sumus,
tato magis eorum orationibus indigemus. Hoc
nimium intuitu, dilecte in Domino Josceline abbas,
tuis postulationibus clementer annuimus, et eccle-
siam Sancti Gentiani, cui Deo auctore præesse dig-
nosceris, apostolicæ sedis privilegio communimus.
In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus
secundum beati Augustini regulam in vestra B. Dei
Genitricis Sanctique Gentiani ecclesia institutus,
perpetuis temporibus ibidem conservetur. Sancimus
etiam ut quascunque possessiones, quæcunque bona
idem venerabilis locus in præsentiarum juste ac
legitime possidet, aut in futurum concessione pon-
tificum, largitione regum vel principum, oblatione
fidelium, seu alijs justis modis, præstante Domino,
poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et
ilibata permaneant. In quibus hæc proprijs nomi-
nibus doximus exprimenda: ecclesiam S. Firmini

A cum decima quæ ad ipsam pertinet, et parochia
totius villæ, et omnibus cæmeteriis, necnon capella
Sancti Nicolai, et capella Sancti Lazari, ecclesiam
S. Petri de Vosone cum decima, et terra, et omni-
bus quæ ad ipsam pertinent, ecclesiam Santi Andreæ
de Darneto cum omnibus suis pertinentiis, tres ar-
pennos etiam vinearum in eadem villa, ecclesiam
Sancti Stephani de Marciliaco, ecclesiam Sancti
Sulpitii de Lalliaco, ecclesiam sancti Aniani de
Boola, ecclesiam Sancti Joannis de Tovers, et ca-
pella Sancti Martini, quæ est in cæmeterio ejus-
dem ecclesiæ, ecclesiam Sancti Petri de Poliaco,
ecclesiam sancti Petri de Villecerlo, ecclesiam
Sancti Leobini de Pireto terram de Fencis de Si-
suinnai, terram Melsdun, terram de Pireto super
Malvam, terram de Castris, terram de Villemani,
terram de Taupennis, medietatem molini de Porta,
medietatem molini de Tovers, molendinum de
Trusseth, decimam de Chosel, viginti solidos in
pedagio de Firmitate Neberti. Obiunte vero te nunc
ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successo-
rum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu
violentia præponatur, nisi quem fratres communi
assensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum
Dei timorem et beati Augustini regulam, providerint
eligendum, qui ab Aurelianensi episcopo sine pra-
vitate aliqua consecratur.

Adjicimus etiam ut nemini fratrum liceat post
factam in vestra ecclesia professionem absque tua
licentia et capituli ad alia loca transmigrare, disce-
dentem vero nullus audeat retinere, qui etiam se-
cundo tertiove vocatus, si, quod absit! redire con-
tempserit, prælatus suus in eum canonicam senten-
tiam proferendi habeat facultatem, sed nec alicui
liceat vobis invitis novas ecclesias vel oratoria in
parochiis vestris construere, salva auctoritate et
reverentia S. Romanæ Ecclesiæ. Tua itaque lu-
terest, dilecte in Domino fili Josceline abbas, divina
suffragante clementia, honeste vivere, et fratres tuos
si forte quandoque excesserint, communicato fra-
trum tuorum consilio transmutare.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat
præfatam vestram ecclesiam perturbare, vel ejus
possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, seu
quibuslibet vexationibus molestare, sed omnia inte-
gra conserventur eorum, pro quorum gubernatione
et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis
profutura. Si qua igitur ecclesiastica sæcularisve
persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens,
contra eam temere venire præsumperit, secundo
tertiove commo-
nita, nisi reatum suum congrua
satisfactione correxit, indignationem omnipotentis
Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus et
nostram incurrat, et a sacratissimo corpore et
sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu
Christi aliena fiat, atque in extremo examine di-
strictæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco
sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu
Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis per-

cipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ A
paci inveniunt. Amen.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis Sanctæ Crucis
in Jerusalem.

Ego Anselmus presbyter cardinalis Sancti Lau-
rentii in Lucina.

Ego Lictifredus presbyter cardinalis tit. Ve-
stinæ.

Ego Lucas presbyter cardinalis tit. Sanctorum
Joannis et Pauli.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus
sacerdos.

Ego Ivo presbyter cardinalis tit. Sancti Laurentii
in Damaso

Ego Crisogonus presbyter cardinalis Sanctæ B
Prædixis.

Ego Conradus Sabiniensis episcopus.

Ego Albertus Albiniensis episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Gregorius cardinalis Sanctorum Sergii et
Bacchi

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad
Velum Aureum.

Ego Vassallus diaconus cardinalis S. Eustachii.

Ego..... presbyter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dia-
conus cardinalis.

Ego Goizo sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus
cardinalis.

Ego Rainerius diaconus cardinalis sanctæ Romanæ
Ecclesiæ.

Datum Laterani per manum Almerici, sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, pri-
die Nonas Martii, Incarnationis Dominicæ anno
1139, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno
undecimo.

CDXLI.

Privilegium pro ecclesia S. Nicolai Miserayensi.

(Anno 1140, April. 5.)

[*Gall. Christ.*, II, Instrum., 59.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
lectis in Christo filiis GERALDO priori de Miseraico,
ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, in
eodem loco religiosam vitam professis in perpetuum.

Qui religiosos fovet, et piis eorum desideriis
facilem præbet assensum, gratum Domino immolat
holocaustum. Eapropter, dilecti in Domino filii,
vestris postulationibus paterna benignitate annui-
mus, et ecclesiam Beati Nicolai de Miseraico in qua
divino vacatis servitio, sub Beati Petri et nostra
protectione suscipimus, et præsentis scripti privile-
gio communivimus, statuentes ut quascunque
possessiones, quæcunque bona idem venerabilis
locus in præsentiarum juste et canonice possidet,
aut in futurum concessione pontificum, largitione
regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis
justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis

(155) *Legge anno quadragesimo, qui correspondet anno undecimo Innocentii II et indictioni tertiæ.*

vestrisque successoribus illibata permaneant. San-
cimus etiam ut in eodem loco perpetuis futuris
temporibus enitescat religio; interdicens etiam ut
nulli omnino hominum fas sit de vestris laboribus
quos propriis manibus aut sumptibus colitis, vel de
fructu vestrorum animalium decimas exigere. De-
cernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præ-
fatam vestram ecclesiam temere perturbare, aut
ejus possessiones auferre, vel oblatas retinere, mi-
nuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia
integra conserventur eorum, pro quorum guberna-
tione et sustentatione concessa sunt, usibus omnino-
dis profutura. Si quis igitur in futurum huic nostro
decreto contraire præsumperit, incognitionem
omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apo-
stolorum ejus incurrat et excommunicationi subja-
ceat. Conservantes autem hæc, omnipotentis Dei et
eorumdem apostolorum benedictionem et gratiam
consequantur. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabin. episcopus.

Ego Theoduinus Sanctæ Rufinæ episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis S. Crucis in
Jerusalem.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Anselmus presbyter cardin. titulo Sancti
Laurentii in Lucina.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Crisogonus presbyter cardin. titulo Sanctæ
Prædixis.

Ego Ramerius presbyter cardinalis titulo S.
Priscæ.

Ego Griso presbyter cardin. titulo S. Cæcilie.

Ego Octavianus diaconus cardin. titulo S. Nicolai
in Carcere.

Datum Laterani per manum Aimerici, S. Romanæ
ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, tertio
Nonas Aprilis, indictione tertia, Incarnationis Do-
minicæ anno millesimo centesimo trigesimo sexto
(155), pontificatus domini Innocentii II papæ anno
undecimo.

CDXLII.

*Canonicorum Veronensium possessiones et jura
confirmat.*

(Anno 1140, April. 16. — Fragmentum.)

[UGHELLI, *Italia Sacra*, V, 781.]

*In canonicorum tabulario reperitur Innocentii II
diploma ad favorem Gilberti archipresb. cæterorum-
que canonicorum Ecclesiæ Veronensis, iisdem omnino
verbis conceptum quibus Calixti II diploma pro
iisdem.*

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ
Romanæ Ecclesiæ diac. card. et cancellarii XVI Kal.
Maii, ind. III, Incarnationis Dominicæ anno 1140,
pontificatus vero domini Innocentii papæ II
annò XI.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episc.

Ego Theodovinus episc. Portuensis, et S. Rufinæ.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurent. in Lucina.

Ego Gotifredus presb. card. tit. S.....

Ego Grisogonus presb. card. tit. S. Praxedis.

Ego Presbyter de titulo Pastoris cardinalis presbyter.

Ego W. presb. card. tit. S. Grisogoni.

Ego Gozo presb. card. tit. S. Cæciliæ.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Gerardus diac. card. S. Mariæ in Domnica.

Ego Thomas S. R. E. diac. card.

CDXLIII.

Ecclesiæ S. Frigidiani Lucensi ecclesiam S. Salvatoris in Mustolio committit, ea lege ut duodecim monetæ Lucensis denarii quotannis persolvantur.

(Anno 1140, April. 21.)

[Bullar. Lateran., 18.]

CDXLIV.

Ecclesiam S. Vincentii Bergonatem tuendam suscipit et ejus bona ac jura confirmat.

(Anno 1140, April. 29.)

[Lupus, Codex diplom. Bergam., II, p. 1022.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ALBERTO archipresbytero ejusque fratribus tam presentibus quam futuris in Pergamensi ecclesia Sancti Vincentii canonice viventibus in perpetuam memoriam.

Commissæ nobis apostolicæ sedis auctoritas nos hortatur ut locis et personis ejus auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis præsidium impendere debeamus. Quia sicut injusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et justa poscentium non est differenda petitio, præsertim eorum qui cum honestate vitæ et laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Deo deservire. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis et rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et Beati Vincentii martyris ecclesiam una cum vestræ congregationis collegio et cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus sub apostolicæ sedis tutela protectioneque suscipimus, et presentis scripti pagina communimus. Statuimus enim ut quascunque possessiones, quæcunque bona in ecclesiis, oppidis, villis, decimis, et nundinarum redditibus seu aliis rebus, eadem ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessionem pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis rationabiliter, auxiliante Domino, poterit adipisci, arma vobis vestrisque successoribus in perpetuum

A et illibata permaneant. Decernimus ergo ut, quandiu in canonicæ disciplinæ observantia permanseritis, nulli omnino hominum liceat ecclesiam vestram temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel importunis angariis seu temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Interdicimus etiam ut nec episcopo, nec archiepiscopo liceat, nec etiam alicui personæ facultas sit vestræ communitatis bona in proprios usus deflectere, sive in beneficium aliis dare, vel quibuscunque aliis modis a præbenda fratrum vel communi utilitate alienare. Locationes vero seu commutationes aut investitiones prædictorum absque communi fratrum consilio nullatenus perpetrentur, nec hujusmodi jus ab episcopo vel personis quibuslibet invadatur, salva tamen canonica Catholicorum episcoporum Pergamensium reverentia:

Si quis igitur in posterum archiepiscopus, episcopus, imperator, rex, dux, princeps, comes aut vicecomes, sive quælibet ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructura bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Theodewindus episcopus S. Rufinæ subscripsi.

Ego Albericus Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Anselmus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Wido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos subscripsi.

Ego Ivo presbyt. cardinal. tit. S. Laurentii in Damaso subscripsi.

Ego Grisogonus presbyt. cardinal. tit. Sanctæ Praxedis subscripsi.

Ego Gregorius presb. card. tit. Calixti subscripsi.

Ego Presbit. (sic) tituli Pastoris cardinalis presbyter subscripsi.

Ego Goizo presbyt. cardin. tit. Sanctæ Cæciliæ subscripsi.

Ego Gregorius diacon. card. tit. Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Vassalus diac. card. Sancti Eustachii subscripsi.

Ego Gerardus diac. card. Sanctæ Mariæ in Dominica subscripsi.

Ego Octavianus diac. card. Sancti Nicolai in Carcere subscripsi.

Ego Thomas diac. card. sanctæ Romanæ Ecclesiæ subscripsi.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus card. subscripsi.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacon. cardinalis et cancellarii iii Kalend. Maii, indict. iii, Incarnationis Dominicæ anno 1140, pontificatus domini Innocentii II papæ anno xi.

CDXLV.

Monasterii S. Maximini Trevirensis tutelam suscipit possessionesque confirmat.

(Anno 1140, Maii 6.)

[HONTHEIM, *Hist. Trevir. diplom.*, I, 513.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio SIGERO abbati monasterii S. Maximini, quod in suburbio Trevirensi situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis.

Incomprehensibilis et ineffabilis divinæ miseratio potestatis nos hac providentiæ ratione in apostolicæ sedis administratione constituit, ut paternam de omnibus Ecclesiis sollicitudinem gerere studeamus. Siquidem sancta Romana Ecclesia, quæ a Deo sibi concessum omnium Ecclesiarum retinet principatum, tanquam diligens et mater singulis, ut debet, Ecclesiis instanti vigilantia providere. Ad ipsam enim, quasi ad caput, et matrem, ab omnibus est concurrendum, ut ejus visceribus nutriantur, auctoritate defendantur, et a suis oppressionibus releventur. Condecet igitur ut ecclesiæ et venerabilia loca, maxime quæ ad speciale jus et singularem proprietatem sanctæ Ecclesiæ (cui Deo auctore servirus) spectant, specialioris prærogativæ sortiantur honorem, et apostolicæ auctoritatis munimine roboventur. Quamobrem, dilecte in Domino fili, Sigere abbas, tuis ac tuorum fratrum justis postulationibus clementius inclinati, ad instar prædecessorum nostrorum, sanctæ recordationis Gregorii, Agapiti, Joannis; item Joannis, et Leonis noni, Romanorum pontificum; beati Maximini monasterium, cui auctore Domino præsides, sub apostolicæ sedis tutela et protectione suscipimus, et præsentis privilegio communimus. Statuimus enim ut quascunque possessiones, quæcunque bona in ecclesiis, villis, terris, cultis vel incultis, seu aliis rebus eidem monasterio in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, imperatorum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, tibi tuisque successoribus, ac fratribus inibi Domino pro tempore famulantibus,

firma in perpetuum et illibata consistant. In quibus hæc propriis duximus imprimenda vocabulis: in archiepiscopatu Trevirensi villas cum ecclesiis Betscha, Willera, Drudelinga, Murmiringa, Mambra, Daleheim, Frisinga, Tavena, Berga cum appendiciis suis, Emmelde, Luttretharra, Billicha, Marchidictum cum appendiciis suis, Oldinga, Schitelinga, Mudenurt, Mersche, Liniche cum pertinentiis suis, Everlinga, Voela, Ham cum appendiciis suis in pago Bidgowe, Ratersdorff, Buchstat, Frankingun, Ebena, Metzrich, Stedeheim, Euselinga, Simonisvilla, Meishreth, Kenne, Insula, Lonquich, Vallis cum appendiciis suis, Riola, Lorch, Poliche, Decima cum appendiciis suis, Martinivilla, Bumaga cum pertinentiis suis, Budelbach, Lovena, Rivenacha, Gunderhausen cum appendiciis suis, Prichena cum pertinentiis suis, ecclesiam de Talefaugh, ecclesiam de Remiche, ecclesiam de Wimerskirche, ecclesiam de Lunesdorff, ecclesiam de Cuniciaco, ecclesiam de Steinsle, ecclesiam de Schoneberga, ecclesiam de Betresdorff; in archiepiscopatu Moguntino ecclesiam Sancti Christophori cum domibus, et areolis in ipsa civitate, ecclesiam de Wyldestein, ecclesiam de Gozoluesheim, ecclesiam de Albuha, ecclesiam de Winheim, ecclesiam de Flancheim, ecclesiam de Husum. Item villas cum Suapeheim, Evernesheim, Briccenheim, Buckenheim, Esenheim, Apula cum suis appendiciis, Scheringesfeld, Mammeldal, Siemera; in archiepiscopatu Coloniensi, Oxesheim cum ecclesia, Leccenic cum ecclesia, Buddelar, et Barwillere cum ecclesia et appendiciis suis; in episcopatu Leodiensi Aselbrunna cum ecclesia, Curmeringa, Fractura; in episcopatu Metensi, in ipsa civitate domos cum areolis, vineis et agris; ecclesiam de Theodonisvilla cum quinque mansis, Wilre cum ecclesia, ecclesiam de Lutzelkirche, Bisanga cum ecclesia et suis pertinentiis, Wirtzkircha cum ecclesia, Tincheris, Vriulcurt, Vkenishem; piscationem quoque Roveri fluvii, et vennam in eo constructam vobis nihilominus confirmamus. Ecclesias insuper, et alias possessiones ad præfatam abbatiam pertinentes cum decimis et dotibus suis, et cunctas salicas decimationes, quas in usus hospitem, pauperum et peregrinorum felicis memoriæ prædecessor noster Leo papa vestro monasterio habendas concessit, vobis nihilominus confirmamus. Libertatem etiam a Romanis pontificibus, et religiosis regibus, sive imperatoribus monasterio vestro collatam, inviolatam servari decernimus, ut videlicet idem locus nulli unquam sedi vel Ecclesiæ subdatur, sed sanctæ Romanæ Ecclesiæ jure et patrocinio, et imperatorum mundiburdio seu tuitione consistens, ea libertate et immunitate fruatur quam idem monasterium a Romanis pontificibus et imperatoribus noscitur habuisse. Nulla etiam ejuslibet dignitatis persona, nisi a te vel tuo quolibet successore invitata, infra præfatum monasterium quidquam pro suo libitu audeat ordinare vel ausu temerario exercere. Obeunte vero te ejusdem loci abbate, vel tuo-

rum quolibet successorum, nullus inibi qualibet A subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, seu pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, præviderint eligendum. Sane sepulturam ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni (nisi forte excommunicati sint) nullus obsistat. Decernimus ergo ut nulli unquam ecclesiasticæ sæcularive personæ liceat præfatum vestrum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, sive quibuslibet fatigare molestiis, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, postestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimis corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud supremum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina.

Ego Chrisogonus presbyter card. tit. S. Praxedis.

Ego Ivo card. presbyter S. Laurentii in Damaso.

Ego G. G. card. presbyter tit. Sancti Calixti.

Ego Ribaldus presbyter card. tit. S. Anastasiæ.

(156) Qua ratione præsens bulla per monachos subrepta fuerit, sequentibus refert Baldericus in Vita Alber. « Eo igitur tempore, cum vacaret ecclesia S. Maximini pastore, elegerunt monachi abbatem monachum quendam de Ecclesia Leodiensi, fratrem quorundam, qui consiliarii erant comitis Namurcensis, ideo, ut illorum consiliis acius in furorem suum comes quotidie accenderetur; quem Romam magnis sumptibus ducentes contra voluntatem archiepiscopi a D. papa Innocentio fecerunt benedici in abbatem, et admiratæ sunt turbæ de tam subita rerum mutatione, scilicet, quod Romana Ecclesia talem tantumque virum (Alberonem) tam graviter molestavit, qui tot labores totque pericula pro ipsa sustinuerat, et qui tam nuper in tanta gratia apostolicæ sedis exsisterat, et qui pro papa Innocentio Lothario regi intantum se opposuerat in expeditione supradicta, quod ipse archiepiscopus et rex ab invicem non sereno vultu discesserant. Præterea tempore hujus guerræ, quæ erat inter archiepiscopum et comitem (Namurcensem) fratres de ecclesia Confluentina (S. Florini) eum quoque investare ceperunt. Præpositum enim contra voluntatem elegerunt virum nobilem D. Ludovicum de Iseburg, cum quo Romanæ magnis sumptibus pergentes, litteras apostolicas retulerunt, D. archiepiscopo suæ

Ego Wido presbyter card. tit. S. Chrisogoni.
Ego Presbyter tit. Pastoris cardinalis presbyter.
Ego Goizo presbyter card. tit. S. Cæciliæ.
Ego Conradus Sabiniensis episcopus.
Ego Theodevinus Sanctæ Rufinæ episcopus.
Ego Alberius Albancensis episcopus.
Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Vasallus diaconus card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ.

Ego Hubaldus diaconus card. S. Mariæ in Via Lata.

B Ego Octavianus diaconus card. S. Nicolai in Carcere.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis.

Datum Laterani per manum Almerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi, cardinalis et cancellarii, secundo Nonas Maii, indictione tertia, anno Incarnationis Dominicæ 1140, pontificatus vero domini Innocentii secundi papæ anno undecimo, etc. (156).

CDXLVI.

Ad Alberonem archiepiscopum Trevirensis. Jubet ut monasterium S. Maximini in ordinem reducat.

(Anno 1140, Maii 8.)

C . [WURTEIN, *Nova subsidia*, IX, p. 202.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ALBERONI Trevirensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Laboribus tuis affectione paterna compatimur, et in quibus secundum Deum possumus opem et consilium tibi tanquam charissimo fratri nostro

voluntati contrarias, quas cum D. archiepiscopo in synodo residenti obtulissent, ipse ex antiani commotione ipsas in terram dejecit. Unde apud D. papam Innocentium accusatus, ab ipso est vocatus ad diem præscriptum, et cum ad diem non venisset, episcopali est officio suspensus. Hæc mala omnia venerunt simul super illum, et de omnibus his liberavit eum Dominus, Romam enim veniens effecit quod abbas S. Maximini obedientiam ei promisit, et juramento ei fidelitatem fecit, et electionem Confluentinorum cassavit. » Sigeri abbatis juramentum, archiepiscopo præstitum, in pervetusto metropolitana: bibliothecæ (quæ, eheu! hodie non existit amplius) Evangeliorum codice, quo singulorum archiepiscopis Trev. abbatum obedientiæ, archiepiscopo præstitæ, insertæ erant, his verbis legit Browerus. *Ann. Trev. lib. xiv, n. 44. Ego Seyherus abbas S. Maximini promitto obedientiam Trevirensis Ecclesiæ sedi, et tibi Alberoni Dei gratia Trevirensium archiepiscopo, et tuis successoribus Catholicis in perpetuum, salvo proposito ordinis mei.* Ut autem eo tandem deveniretur, et quod obreptitè impetratum rescinderetur, S. Bernardus binas epistolas dedit ad Innocentium papam (*ep. 179 et 180 Bernardi*); quas suo non caruisse effectu, pontificia confirmatio 23 Decembris hoc anno secuta demonstrat.

libenter impendimus (157). Scire te quidem volumus, quod abbatem Sancti Maximini (158) accepta securitate, ut de causa, pro qua excommunicatus fuerat, mandatis nostris obediat, absolvi fecimus, absolutum vero ad tuam discretionem remittentes, viva voce sibi præcipimus ut tibi tanquam proprio archiepiscopo obedientiam et reverentiam cum humilitate exhibeat. Tua itaque interest, ad reformandam in eodem monasterio religionem studiose impendere, et ad pacem et tranquillitatem ipsius loci et fratrum ibidem Domino servientium propensius operam dare (159). Electionem quam clerici Sancti Florini de Moguntino præposito contra SS. Patrum decreta fecerant, non approbavimus; propterea quod, sicut præcepimus, Henricus comes Namurcensis episcopatum tuum rapinis et incendiis vastaverit, per præsentia tibi scripta mandamus, quatenus ipsum ab ecclesiæ tuæ infestatione, et tua desistere et de damnis et illatis injuriis satisfacere districte commoneas, cum censura exercens. Nos autem sententiam quam in eum canonicè promulgaveris, auctore Domino ratam habebimus (160).

Datum Laterani VIII Idus Maii.

CDXLVII.

Ad Henricum Senonensem et Rainaldum Remensem episcopos, et Bernardum abbatem Claravallensem. — De Abelardo et Arnaldo de Brixia damnatis, et monasterio includendis, librisque eorum comburendis.

(Anno 1140, Jul. 16.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 564.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus HENRICO Senonensi, RAINALDO Remensi, archiepiscopis, eorumque suffraganeis, et charissimo in Christo filio BERNARDO Claravallensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Testante Apostolo (*Ephes.* IV), sicut unus Deus, una fides esse dignoscitur, in qua tanquam immobili fundamento, præter quam nemo aliud potest ponere, firmitas Catholicæ Ecclesiæ inviolata consistit. Inde est quod B. Petrus apostolorum princeps pro eximia hujus fidei confessione audire meruit: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* (*Matth.* XVI). Petram utique firmitatem fidei, et Catholicæ unitatis soliditatem manifeste designans. Hæc siquidem est inconsultis tu-

(157) Hæ Innocentii II litteræ indigitant impensos Alberonis archiepiscopi labores pro abbacia S. Maximini, domestici gubernatoris imperitia male fluctuante melioribus legibus astringenda, sublatoque intestino dissidio ad consensionem pacemque revocanda.

(158) Fuit is Gerardus, teste scriptore vetere, sui profusus, sacrique peculii prodigus, non contentus latifundia S. Maximini in usus vertisse profanos, magno cum vitæ ac professionis dedecore cœnobii bona decoquens, res fortunasque palam dilapidans.

(159) Hic Gerardus, ut tandem saperet ab Alberone gravius fuit monitus, et oppugnatus; ubi vero pertinaciam retinuit, honore depulsus, brevi rebus huma-

nica Redemptoris nostri, super quam milites sortiti sunt, sed eam dividere minime potuerunt. Contra quam in initio fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania; astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum. Verum apostoli duces Domini gregis, et eorum successores apostolici viri, ardore charitatis et zelo recititudinis succensi, fidem defendere, et eam in cordibus populorum proprii sanguinis effusione plantare non dubitaverunt. Demum cessante persecutorum rabie, imperavit ventis, et facta est in Ecclesia tranquillitas magna. Sed quia hostis humani generis semper circuit, quærens quem devoret, ad expugnandam sinceritatem fidei, fraudulentam hæreticorum fallaciam subinduxit. Contra quas veri Ecclesiarum

rectores viriliter insurgentes, eorum prava dogmata cum ipsorum auctoribus condemnarunt, in magna namque Nicæna synodo Arius hæreticus est damnatus. Constantinopolitana synodus Manichæum [*f. Macedonium*] hæreticum debita sententia condemnavit. In Ephesina synodo Nestorius condignam sui erroris condemnationem recepit. Chalcedonensis quoque synodus Nestorianam hæresim et Euty-chianam cum Dioscuro et ejus complicibus justissima sententia confutavit. Marcianus præterea, licet laicus, Christianissimus tamen imperator, Catholicæ fidei amore succensus, prædecessori nostro sanctissimo papæ Joanni scribens, adversus eos qui sacra mysteria profanare contendunt, inter cætera sic loquitur, dicens: « Nemo clericus, vel alterius cujuslibet conditionis, de fide Christiana publice conetur in posterum tractare, Nam injuriam facit iudicio reverendissimæ synodi, si quis semel iudicata et recte disposita revolvere et iterum disputare contendit: et in contemptores hujus legis, tanquam in sacrilegos, pœna non deerit. Igitur si quis clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum removebitur. » Dolemus autem quoniam, sicut litterarum vestrarum inspectione et missis a fraternitate vestra nobis errorum capitulis cognovimus, in novissimis diebus, quando instant periculosa tempora, magistri Petri Abelardi pernicioza doctrina, et prædictorum hæreses, et alia perversa dogmata Catholicæ fidei

obviantia, pullulare cœperunt. Verum in hoc maxime consolamur, et omnipotenti Deo gratias agimus, quod in partibus vestris pro patribus tales

nis excessit (*Chron. Spanheim.*).

(160) Henricus Namurcensis episcopus, Walrami filius, qui Conradi Lutzburgensis ducta filii, nuptias conciliante Alberone, ejus provinciæ comitatum aliisque beneficia clientelaris beneficii nomine obtinebat ab ecclesia Trevirensi. Is vero religionis oblitus, bellique avidus, Treviros hostiliter invadit. Postquam igitur de pace cum eo, sed irritò incæpto, agitata, omniaque potius alia, quam otium spectare comitem apparuit, Albero ad vim denique transit et comitis exemplo per expeditiones parvas plerumque crebris incursionibus tantam vastitatem relddidit, ut nullum respirandi spatium comiti relinqueret (*Browerus, Annal. Trevir. ns.*, t. II, p. 39).

filios suscitavit, et in tempore apostolatus nostri in A
Ecclesia sua tam præclaros voluit esse pastores, qui novi hæretici studeant calumniis obviare, et immaculatam sponsam uni viro virginem castam exhibere Christo. Nos itaque qui in cathedrâ S. Petri, cui a Domino dictum est: *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos* (Luc. xxi), licet indigni, residere conspicimur, communicato Fratrum nostrorum episcoporum cardinalium consilio, destinata nobis a vestra discretionem capitula, et universa ipsius Petri dogmata, sanctorum canonum auctoritate, cum suo auctore damnavimus, eique tanquam hæretico perpetuum silentium imposuimus. Universos quoque erroris sui sectatores et defensores, a fidelium consortio sequestrandos, et excommunicationis vinculo innodandos esse censuimus.

Datum Laterani xii Kal. Augusti,

{CDXLVIII.

Ad Samsonem Remensem, Henricum Senonensem, episcopos, et Bernardum abbatem Clarævallensem. — De Abælardi et Arnaldi damnatione.

(Anno 1140, Jul. 16.)

[Mansi, Concil., XXI, 565.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus SAMSONI Remensi, HENRICO Senonensi archiepiscopis, et charissimo in Christo filio BERNARDO Clarævallis abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Per præsentia scripta fraternitati vestræ mandamus quatenus Petrum Abælardum et Arnaldum de Brixia, perversi dogmatis fabricatores, et Catholicæ fidei impugnatores, in religiosis locis, ubi vobis melius visum fuerit, separatim faciatis includi, et libros erroris eorum, ubicunque reperti fuerint, igne comburi.

Data Laterani xvii Kalendas Augusti.

Transcripta ista nolite ostendere cuiquam, donec ipsæ litteræ in Parisiacensi colloquio, quod prope est, præsentatæ fuerint ipsis archiepiscopis.

CDXLIX

Ad Segnioretum presbyterum et socios ejus in capella S. Salvatoris Domino servientes.

(Anno 1140, Sept. 20.)

[BALUZ., Miscell., IV, 592.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis SEGNIORETTO presbytero et sociis ejus, in capella S. Salvatoris in Mustolio Domino servientibus, salutem et apostolicam benedictionem.

S. Salvatoris capellam quæ beati Petri juris existit cum omnibus suis appendiciis Jer. priori S. Fridiani et fratribus ejus commisimus. Quocirca per præsentia vobis scripta mandamus, et mandando præcipimus quatenus absque contradictione aliqua obedientiam et reverentiam eis humiliter deferatis.

Data Trans Tyberim xii Kal. Octobris.

CDL.

Ecclesiam Pomeranensem tuendam suscipit. Sedem episcopalem jubet in civitate Wollinensi esse, bonaque Ecclesiæ confirmat.

(Anno 1140, Oct. 14.)

[LUDEVIG, Script. rer. German., II, 535.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ADELBERTO, Pomeranorum episcopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Ex commisso nobis a Deo apostolatus officio, fratribus nostris, tam vicinis quam longe positis, paterna nos convenit provisione consulere et in ecclesiis in quibus Domino militare noscuntur, suam justitiam conservare, ut quemadmodum, Domino disponente, patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere hujus rei gratia, venerabilis frater Adelberte episcopo, tuis justis postulationibus elementer annuimus, et commissam tibi, Pomeranensem Ecclesiam sub beati Petri et nostram protectionem suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut in civitate Wollinensi, in ecclesia B. Alberti, episcopalis sedes perpetuis temporibus habeatur. Præterea quæcunque bona, quascunque possessiones eadem ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regnum vel principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permanent. In quibus hæc propriis duximus explicanda vocabulis videlicet civitatem ipsam Wollin cum foro et taberna et suis omnibus appendiciis; Dymin, Trebozes, Chozk, Wollgast, Hluzon, Grosswin, Piritz, Stargard cum villis et eorum appendiciis omnibus; Stettin, Camin cum taberna, foro et eorum appendiciis de tota Pomerania usque ad Lebani fluvium, de unoquoque arante duas mensuras annonæ, et quinque denarios decimam, fori quod dicitur Si chem. Decernimus ergo ut nec regi nec duci seu alicui hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere, imminuere, seu quibuslibet fatigare molestiis: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, privationem honoris potestatisque suæ patiatur, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis

accipiant, et apud districtum iudicem præmia a æternæ pacis inveniant.

Datum Trans-Tyberim per manum Aymerici, S. Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, secundo Idus Octobris, indictione quarta, Incarnationis Domini 1140, pontificatus vero domini Innocentii papæ secundi anno undecimo.

CDLI.

Ecclesiæ Pennensis possessiones, petente Grimaldo episcopo confirmat.

(Anno 1140, Oct. 27.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, I, 1119.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ven. Fr. GRIMALDO Pennensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima postulantium non est differenda petitio. Eapropter, dilecte in Domino frater Grimalde episcopo, preces tuas rationabiles clementer admisimus, et ecclesiam B. Mariæ, et gloriosi Christi martyris ac levitæ Maximi præsentis scripti privilegio commuimus, statuentes ut quas-cunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis legitimis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus ac illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: civitatem ipsam cum omnibus suis pertinentiis, videlicet cum casalibus Neto, Cese, et casali, S. Joannem de Cypressio, Mezu, castellum quod dicitur Collis Altus, villam de Paternella, ecclesiam S. Mariæ de Liciano cum ecclesiis et omnibus suis pertinentiis, ecclesiam S. Petri de Laureto cum ecclesiis et omnibus suis appendicibus, ecclesiam S. Serctini, ecclesiam S. Saturiani in Colle Cortino, ecclesiam S. Felicis de Monte Silvano, ecclesiam S. Michaelis et S. Joannis, ecclesiam S. Barbaræ de civitate S. Angeli, cum ecclesia S. Angeli, et S. Andræ, et S. Antimi, ecclesiam S. Mariæ de Atria, ecclesiam S. Mariæ de Moscufo, ecclesiam S. Mariæ de Planella, ecclesiam S. Mariæ de Cumulo, ecclesiam S. Mariæ de Quana civitate, ecclesiam B. Mariæ de Catiniario, ecclesiam S. Mariæ de Bistejo, ecclesiam S. Petri ad Pennensem, ecclesiam S. Clementis de Balbine, ecclesiam S. Mariæ de Trevio, ecclesiam S. Georgii ad Ornanum, ecclesiam S. Rufinæ de Aquilano, ecclesiam S. Angeli de Puteo, ecclesiam S. Mariæ de Rubilla, ecclesiam S. Laurentii de Fabrica, ecclesiam S. Mariæ de Brittuli, ecclesiam S. Joannis in Balneo, ecclesiam S. Mariæ de Podio. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt,

usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica vel sæcularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus B subscripsi.

Ego Conradus Sabinen. episcopus subscripsi.

Ego Geraldus presb. card. tit. S. Crucis in Hierusalem subscrip.

Ego Petrus card. tit. Pastoris subsc.

Ego Guizo presb. cardin. S. Cæcilie subsc.

Ego Gregorius diac. card. tit. SS. Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Octavianus diaconus card. S. Nicolai in Carcere subscripsi.

Ego Thomas S. R. E. diac. card. subs.

Datum Later. per manus Aymerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, vi Kalend. Novemb., indict. iv, Incarnat. Dom. anno 1140, pontificatus vero domini Innocentii papæ II, anno xi.

CDLII.

Moniales Crisenonis a dominatione Molismi laudante papa liberantur.

(Anno 1140, Nov. 1.)

[*Gall. Christ.*, XII, Instrum. 112.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ filiæ ADALINÆ abbatissæ Crisenonis et cunctis ejusdem loci sororibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Tam ex præsentium latoris relatione quam ex literis filii nostri G. illustris Nivernensium comitis, et locum vestrum cum appendiciis suis a jugo et dominatione Molismensium monachorum penitus absolutas esse audivimus et gratum habuimus, et quidquid a dilectis filiis Hu. bonæ memoriæ tunc Autisiod. episcopo et G. illustri Nivernensi comite, vel de ordinatione vestra, vel de sensu commutatione, secundum providentiam venerabilium abbatum Hu. Pontiniacensis, et A. Vizeliacensis, et G. Trecensis, et G. Clarævallensis prioris, quibus id injunximus, provisum et statutum est, nos quoque id volumus et sedis apostolicæ auctoritate ratum habemus. Privilegium vero quod super hoc fieri postulastis, cum rem plenius viderimus, viso scripto de ejusdem pacis compositione, sine difficultate impetrabitis. Nos charissimæ in Christo filiæ, pro officii nostri debito vestram devotionem exhortamur ut summo opere caveatis ne sub hujus occasione libertatis vestram priscam religionem in aliquo, quod absit! dimina-

tis, sed Deo cum summa humilitate et subiectione A
servientes, ut ad libertatem gloriæ filiorum Dei tan-
dem transire mereamini omni instantia laboretis.

Datum Romæ Kalendis Novembris, anno Domini
1140.

CDLIII.

*Monasterium S. Jacobi Besseense tuendum suscipit et
ejus bona ac privilegia confirmat, imposito monachis
aurei unius tributo annuo.*

(Anno 1140, Nov. 19.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, IV, 776.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
lecto filio NICOLAO abbati monasterii S. Jacobi de
Bexia, ejusque successoribus regulariter substituendis
in perpetuum.

Apostolici moderaminis, etc., usque, patrocinio fo- B
veamus. Eapropter, dilecte in Domino filii Nicolae
abbas, rationabilibus tuis postulationibus clementer
annuimus, et monasterium, cui Deo auctore præesse
dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione sus-
cipimus, et præsentis scripti patrocinio communi-
mus, statuentes quascunque possessiones, etc., usque
illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus
exprimeunda nominibus: ecclesiam videlicet S. Gra-
tiani, in suburbio Vercellensi sitam cum Hospitali
pauperum, et terra Lateriani, et in Tarto, et in....
et in casali Russo, et in Lebraria, et in castello Novo
sitam cum omnibus ad ipsam ecclesiam et hospitale
pertinentibus, ecclesiam S. Salvatoris in burgo, S.
Agathæ cum terris in planitie S. Agathæ acquisitis,
ecclesiam S. Michaelis prope Cerionem sitam, ecc- C
clesiam S. Mariz in Roncenda, ecclesiam S. Martini
de Scala cum suis pertinentiis, ecclesiam S. Eusebii
juxta castrum Montisalti sitam cum hospitali pau-
perum cum omnibus ad eandem ecclesiam, et hospi-
tale pertinentibus, terras quoque quas habetis in
Carisio, in Salutiola, in Cerione, et in pago Bugcl-
lense. Curtem etiam Medieni, et Silvam quæ Rovi-
cenda nominantur, sane laborum vestrorum, quos
propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nu-
trimentis vestrorum animalium nullus omnino cleri-
cus, vel laicus decimas a vobis exigere præsumat.
Obvante vero te, etc., usque secundum Deum, et B.
Benedicti Regulam communiter providerint eligen-
dum, salva Vercellensis episcopi canonica justitia, et
reverentia. Decernimus ergo, ut nec episcopo Verec-
lensi, nec alicui hominum liceat, etc., usque omni-
modis profutura. Et ipsum monasterium in libertate
a Raynerio bonæ memoriæ Vercellensi episcopo
ipsius cœnobii fundatore absque contradictione per-
maneat. Ad indicium autem hujus a sede apostolica
præceptæ protectionis et liberationis nobis nostris-
que successoribus aureum unum annualiter persol-
vatis. Si qua igitur in futurum, etc., usque districtæ
ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco, etc.
usque præmia æterna pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

PATROL. CLXXIX.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Jeru-
salem.

Ego Chrysogonus presb. card. tituli S. Praxedis.

Ego Anselmus presb. card. S. Laurentii in Lu-
cina.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Pastoris.

Ego Goizo presb. card. tit. S. Cæciliæ.

Ego Guido S. R. E. indignus sacerdos.

Datum Laterani per manum Arimerici S. R. E.
diaconi cardinalis et cancellarii, xiii Kal. Decemb.,
iudict. iv, Incarn. Dominicæ 1140, pontificatus vero
D. Innocentii II papæ anno xi.

CDLIV.

*Monasterii S. Pauli in Carinthia protectionem susci-
pit possessionesque ac privilegia confirmat.*

(Anno 1140, Nov. 24.)

[HORMAYR, *Arch. S. Geogr.* 182P, p 238.]

CDLV.

Privilegium pro Mediano-Monasterio.

(Anno 1140, Dec. 12.)

[BELHOMME, *Hist. Mediani-Monasterii*, p. 284.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
lecto filio MILONI abbati Mediani-Monasterii ejusque
successoribus regulariter substituendis, salutem et
apostolicam benedictionem:

Ad hæc nobis Ecclesiæ Catholicæ cura a summo
pastore Deo commissa est ut paternis affectibus di-
ligamus, et eo amplius studeamus ipsorum devotis
inclinari postulationibus, quo ferventius ipsi disci-
plinis ecclesiasticis et Sanctorum Patrum Regulis in-
hærere noscuntur. Tunc enim noster Deo gratus
erit famulatus, si sanctorum locorum institutis et
eorum ordo nostris patrocinis in religionis puritate
fuerit conservatus. Eapropter, dilecte in Domino filii
Milo abbas, tuis rationabilibus postulationibus cle-
menter annuimus et præfatum monasterium cui,
Domino auctore, servire dignosceris; sub beati Pe-
tri tutela et nostra suscipimus, et præsentis scripti
pagina communimus; statuentes ut quascunque
possessiones, quæcunque bona idem monasterium
in præsentiarum juste et rite possidet, aut in futurum
concessione pontificum, largitione regum vel prin-
cipum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo
propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque succes-
soribus, et illibata remaneant; in quibus hæc pro-
priis nominibus duximus adnotanda: Eandem villam
ipsius monasterii (*Moyenmoustier*) cum aliis villis
sibi subjectis, videlicet Rua (*Ravon*), Werria (*La
Voire*), Visivallum (*Vesoval*), ecclesiam Sancti Pe-
tri scannum (*Pechone*) cum prædio ibi acquisito;
villam quæ vocatur Alba (*Blamont*); ecclesiam de
Montiniaco (*Montigny*), et prædium quod ibi habe-
tis; ecclesiam de Guineix (*Gugney*) cum prædio et
hominibus quos in eadem habetis; ecclesiam de
Erkelingis (*Ersing*) cum prædio; curiam de Montis
(*Mont-dit-Berg*) cum appendiciis suis; apud cortem
Mantonis (*Mantoncourt*) prædium quod fuit O. Ionis.
Ecclesiam de Serris (*Serres*) cum his quæ rationa-
biliter acquisitis; ecclesiam Riclusicortis (*Rechi-*

court), ecclesiam de Corte (*Gelacourt*) et capellam de Asteravalla (*Aizerailles*); campum et partum quod Hilfridus in eadem villa vobis dono dedit: apud Manceriolas (*forte Mazerulles*) prædium cum silva et molendino; allodium de Moyen (*Moyen*) quod Draco et Robertus eidem monasterio contulerunt, et allodium quod ab ecclesia Sancti Deodati legitime acquisitis; prædium de Romoraldivilla (*Remenoville*) et allodium domini Garcirii, et apud Barbonvillam (*Barbonville*) allodium quod dedit vobis idem Garsirus; allodium quod dederunt vobis Widericus et Cono; possessiones Barbonvillæ (161) apud Manierias (*Magnières*); decimas de Avenigis et Croadis quod fuit de beneficio ipsius Mediani-Monasterii, ecclesiam de Gevoniscurte (*Givicourt*) cum capellis suis, et terram quam dedit vobis ibidem Simon de Paroya (*hodie Paroye*), et concambium de Hunaldi Masnile (*Hunamesnil*) et quod habetis apud Marsallum et Richeicortem (*Marsal et Richecourt*), et allodium apud domnum Rosvinum (*forte domnum Juvinum, Domgevin*); curiam de Welchercha (*Veldkirch*) cum appendiculis suis; ecclesiam Beati Maximini cum capellis Beate Mariæ et Sancti Apri de Erguisheim (*nunc Krautergershim*), apud Tutelheim (*Titelheim*) mansos novem; apud Hundenisheim (*Hindesheim*) ecclesiam Beati Petri apostoli et curtem cum appendiciis suis; Uthratishheim (*Itersheim*) allodium Gerardi et Hecelini. Apud Startosheim (*Storstheim*) mansum unum. Apud Hergenseim (*Krautergersheim*) mansum unum. Apud Wirchensheim quatuor et apud Biristet (*forte Baar*) unum. Ecclesiam Sancti Mauritii de villa quæ appellatur Capella (*forte Lachapelle supra Mortam*); ecclesiam de Alta-Petra (*Autrepierre*) et prædium de Malesevilla (*Malzéville*); ecclesiam de Echery cum appendiciis suis; cellam Bellævallis cum ecclesiis et prædiis eidem juste concessis; ecclesiam de Raspatio (*Repas*). In villa Mediani-Monasterii capellam Sancti Apri. Ad septem abietes (*Ban de Sapf*) capellam S. Gregorii apud Hurbacium (*Hurbache*) capellas videlicet S. Stephani, S. Crucis (162) et S. Mariæ (163) apud Ormontem (*S. Jean d'Ormont*); apud Visivallum (*Veseval*) capellam Sancti Leodegarii. Apud Dilonisvillam (*Glonville*) ecclesiam S. Mauritii cum capellis suis. Apud Busserias (*Bussières*) (164) capellam S. Remigii cum capella S. Egidii. In civitate Argentina mansionem unam. Apud Abnieim septem mansos terræ; cortem Radavillaris (*Raviller*) cum vineis, pratis, agris sibi appendentibus. Apud Bercheim vineas et cortes et decimas dominicatorum domni episcopi Tullensis; silvam ibidem vobis ab eo datam (165). Apud Rabaldivilare (*Ribauville*) Aresvingordos. Apud Castinoxæ (*Chatenoy*) cortem cum vineis. Cellam de Tanvillare (*Tanviller*) et decimas ipsius allodii. Ecclesiam de Montis cum capellis suis (*Mont, Moussey et Thionville*); ecclesiam de Barbonvilla. Præterea auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus advocatus in bonis aut justitiis ipsius monasterii, nisi quod antiquitus constitutum est accipiat, vel novas consuetudines seu exactiones aliquas eis imponat, nec subadvocatum loco sui constituat. Decernimus ergo ut nec ipsi episcopo, nec regi, nec duci sive principi, nec alicui omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, gravare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus modis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si quæ igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate agnoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat, cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.
Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli S. Crucis in Jerusalem.
Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sereti et Bacchi.
Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Data Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, secundo Idus Decembris, indictione iv, Incarnationis Dominicæ anno 1140, pontificatus domni Innocentiï papæ II, anno xi.

CDLVI.

Bona et immunitates Stivagii monasterii confirmat.
(Anno 1140, Dec. 12.)

[Hugo, *Annal. Præm.*, II, p. 540.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HENRICO præposito Stivagii, ejusque successoribus regulariter instituendis in perpetuum.

Ad hoc nobis Ecclesiæ Catholicæ cura a summo pastore Deo commissa est, ut Dei servos paternis affectibus diligamus, et eo amplius studeamus ipso-

(161) Inter possessiones Barbonvillæ comprehendi possunt Hassonvilla et domnus Stephanus vulgo *Domtaille*, de quibus hic nulla fit mentio specialis.

(162) Hæc Sanctæ Crucis capella, hodie S. Genulphi dicitur, ob reliquias ejusdem sancti in illa postea positas.

(163) Hæc secunda Herbaciæ parochiæ capella sita est in vico Vepria dicto vulgo *La Voivre*.

(164) Editior forte locus ille in quo tradunt existisse olim matricem ecclesiam de Matexio et Valesiis, nunc autem est Eremitorum de Busseriis dictum.

(165) Hinc patet amissa per sententiam Innocentiï papæ præcipua corte Bercheim Medianenses adhuc tenuisse ibidem alias minores cortes, nec non decimas et silvam.

rum devotionem, modis omnibus confovere; quo ferventius ipsi disciplinis ecclesiasticis et sanctorum Patrum Regulis inherere noscuntur, tunc enim noster Deo erit gratus famulatus si sanctorum locorum salubris institutio, rigor et ordo nostris patrociniis in religionis puritate fuerint conservata. Ea propter, dilecte in Domino filii Henrice præposite, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Dei proptio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda: eandem villam ipsius monasterii cum aliis villis sibi subjectis, videlicet Breheimont cum tota terra de Lacavere usque Bellummontem, tam cultam quam incultam, et quindecim mansos apud Mansuile cum tota terra de Lastigie usque Fossehe, cum alio prædio ab Haldidvidis vado usque ad grandem rivum cum piscatione ipsius rivi, cum tota silva quæ vocatur Espasge, et piscationem a Fracta Petra ad Haldidvidis vadum, et insuper tertiam partem ipsius banni Stivagii, tam in terris quam in pratis, in silvis, in aquis et totius banni quorumlibet animalium pasturis. Decimationem quoque totius banni ipsius tam frugum, quam animalium cum censu capitali hominum manentium in tota Lotharingia, tam hominum Eleonis monasterii quam Stivagio pertinentium; Sindronsvillam quam dedit Sendraas cum decimatione, cum mancipiis et justitia ipsius banni, cum suo confinio a vado Mosellæ qui vadus S. Petri vocatur, usque Silvam quæ Liwir dicitur, et ultra campum Sancti Quintini usque supradictam Mosellam, cum piscatione usque Tornalli: prædium Saberti-orti cum mancipiis et justitia ipsius banni. Quatuor quarteria terræ quæ habetis apud Frovillam; duodecim quos habetis in allodio de Bassumpunt. Duo quarteria terræ quæ habetis apud Hennolvillam; allodium d'Envas cum duobus silvis et justitia ipsius banni cum mancipiis, decimationem croadarum et anciniarum et agriculturæ quatuor boum in eodem loco arantium, et broli quam ab antiquo libere tenuistis. Curiam de Dunceres et ecclesiam cum capella sibi subjecta in honore sanctæ Mariæ et apud supradictam curiam pertinent octo quarteria terræ; census minorum quatuor quarteriorum sexdecim denarii sunt, et duodecim gallinæ et singula horum quatuor quarteriorum debent pro vectura et tritura tres denarii et quatuor gerbas de accingiis et tempore secatonis et messis, falcem et tres sortes sex soli-

(106) Bruno dum pontifex sub Leonis IX nomine factus est, Tullensis Ecclesiæ episcopus inscribi voluit. Quid autem contineret privilegium datum a

dos debent. Quindecim orti quinque solidos debent, et quindecim gallinas et singulæ quinque ova. Et censuum apud Sefreville et Roiville, et Bereznil, et Nossoucour, quinque solidi debent, et prædium de jungeris cum mancipiis, silvis, pratis et justitiam banni. In Alsatia apud Singolsem ecclesiam in honore beati Petri cum omni decimatione et prædium in quo sita est eadem ecclesia, et quinquaginta duas hobas in eodem pago. Ecclesiam Dispaglingis cum omni decimatione. Apud Farlivigis ecclesiam cum omni decimatione, et ecclesiam cum decimis de Falves. Apud Andlan, ecclesiam Sancti Andree cum omni decimatione; ecclesiam Stivagiensem in qua cænobium vestrum situm est. Regimen animarum tam clericorum quam laicorum parochianarum ecclesiarum cum omnibus pertinentibus suis, videlicet ecclesiam Sanctæ Mariæ in eodem loco sitam cum capella Sancti Michaelis de Belmont, capellam etiam Sancti Apri Norpadi ecclesiæ, capellam Sancti Dionysii Burguntia, capellam Sancti Remigii et ecclesiam Sanctæ Mariæ de Mosteriolo parochialem, cum capella Sancti Martini de Nohencis cum decimis et censibus earum et decimationem de Cremville. Apud Bellummontem, quindecim mansos in atrio manentes. Apud Norpadi ecclesiam, quindecim mansos in atrio, et apud Burguntiam quindecim mansos in atrio; apud Sanctum Remigium quindecim mansos in atrio. Apud Nohenneis quindecim mansos in atrio ad luminare ecclesiæ Sanctæ Mariæ spectantes. Synodalia quoque placita et justitiam laicorum, curas quoque recipientium ecclesiarum de manibus vestris, et cætera quæ ex concessione sanctæ recordationis, piæ memoriæ sanctæ Tullensis Ecclesiæ Brunonis (106) qui inde vobis privilegium conscripsit et dedit. Præterea auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus advocatus in bonis seu rusticis ipsius monasterii, nisi ex consensu accipiat, vel novas consuetudines seu exactiones aliquas eis imponat, nec subadvocatum loci sui constituat. Decernimus ergo, ut nec episcopo, nec regi, nec duci, sive principi, nec alicui omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, gravare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cun-

Brunone seu episcopo Tullensi, seu pontifice Romano nescitur, cum non existat dudum in archiepis Stivagii, Andelacum, ut creditur, deportatum.

etis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax A
 Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum
 bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem
 præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus episcopus Sabinensis.

Ego Gerardus presbyter card. tit. S. Crucis in
 Sertin.

Ego Ivo presbyter card. tit. Sancti Laurentii in
 Damaso.

Ego Chrisogonus presb. card. tit. Sanctæ Praxe-
 dis.

Ego GG. presbyter card. tit. Calixti.

Ego Cono presb. card. tit. Sanctæ Cæciliæ.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii
 et Bacchi.

Ego Otto diac. card. Sancti Georgii ad Velum Au-
 reum.

Ego Gerardus diac. card. Sanctæ Mariæ in Do-
 minica

Ego Octavianus card. Sancti Nicolai in Car-
 cere.

Ego Thomas S. Romanæ Ecclesiæ diac. card.

Datum Laterani per manum Henrici sanctæ Ro-
 manæ Ecclesiæ diac. card. et cancellarii, ii Idus
 Decembris, indictione iii, Incarnationis Dominicæ
 anno 1140, pontificatus vero domni Innocentii papæ
 II anno undecimo.

CDLVII.

Introductionem canonicorum Præmonstratensium in
monasterio S. Dionysii Schefflariensis confirmat. C

(Anno 1140, Dec. 18.)

[Heco, *Annal. Præm.*, II, p. 483.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-
 lecto filio ENGELBERTO monasterii Sancti Dionysii in
 Schefflaren præposito, ejusque fratribus tam præ-
 sentibus quam futuris regulariter substitutis, in
 perpetuum.

Apostolici moderaminis clementiæ convenit reli-
 giosos eligere, et eorum loca pia protectione com-
 munire. Dignum namque et honestati conveniens
 esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen
 assumpti sumus, eos et a pravorum hominum ne-
 quitia tueamur, et apostolicæ sedis patrocinio fovea-
 mus. Eapropter, dilecti in Domino filii, postulatio-
 nibus vestris rationabiliter clementer annuimus, et
 monasterium vestrum sub beati Petri et nostra pro-
 tectione suscipimus, et præsentis scripti pagina
 communimus. In primis siquidem statuentes, ut in
 vestro monasterio ordo canonicus secundum regu-
 lam sancti Augustini et institutionem Præmon-
 stratæ Ecclesiæ perpetuis temporibus inviolabiliter
 conservetur. Præterea quæcunque bona, quascunque
 possessiones idem monasterium tam ex dono vene-
 rabilis fratris nostri Ottonis Frisingensis episcopi
 quam aliorum Christi fidelium in præsentiarum juste
 ac legitime possidet, aut in futurum concessione
 pontificum, largitione regum vel principum, obla-
 tione fidelium, seu aliis justis modis poteritis adi-

pisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata
 permaneant. Sancimus etiam ne professis in vestro
 monasterio aliqua occasione liceat ab-que abbatibus et
 capituli licentia ad alia loca transire, nec disceden-
 es
 quisquam contra voluntatem vestram suscipere vel
 retinere præsumat. In generali quoque ipsius episco-
 patus interdicto submissa voce et clausis januis,
 divina officia celebrandi licentiam concedimus, nullo
 tamen interdicto, vel excommunicato admissio; sa-
 cerdotes vero, qui in vestris ecclesiis sunt admit-
 tendi, episcopo præsentari, qui sibi de spiritualibus,
 vobis autem de temporalibus respondeant. Sane
 laborum vestrorum decimas, quas propriis manibus
 aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestro-
 rum animalium nullus omnino clericus, sive laicus
 B a vobis exigere præsumat. Chrisma vero, oleum san-
 ctum, consecrationes altarium seu basilicarum, or-
 dinationes clericorum, qui ad sacros ordines fece-
 rint promovendi, a diœcesano suscipietis episcopo,
 si quidem Catholicus fuerit, et gratiam atque com-
 munionem sedis apostolicæ habuerit, et ea gratis et
 absque aliqua pravitare voluerit exhibere. Alioquin
 liceat vobis Catholicum, quemcunque malueritis,
 adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctori-
 tate, quod postulatur indulgeat. Obeunte vero te,
 nunc ejusdem loci præposito, nullus qualibet subre-
 ptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem
 fratres communi consensu secundum Deum et beati
 Augustini regulam præviderint eligendum. Sepulta-
 ram quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut
 eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni
 et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati fue-
 rint, nullus obstat, salvo jure matricis ecclesiæ.
 Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat
 præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus
 possessiones auferre, retinere, minuere, seu qui-
 buslibet molestiis fatigare, sed omnia integre con-
 serventur eorum pro quorum gubernatione et sus-
 tentatione concessa sunt, usibus omnimodis profu-
 tura. Si quæ igitur ecclesiastica sæcularive persona,
 hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra
 eam temere venire tentaverit, secundo tertiove com-
 monita, si non reatum suum congrua satisfactione
 correxerit, honoris potestatisque sua dignitate ca-
 reat, reamque se divino judicio existere de peipe-
 trata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore
 et sanguine Dei ac Domini nostri Jesu Christi aliena
 fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni sub-
 jaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servanti-
 bus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et
 hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum
 judicem præmia æternæ pacis inveniant.
 Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus
 Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et
 Bacchi.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis
 in Jerusalem.

Ego Albertus Attanensis episcopus.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Anselmus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Bernardus diaconus card. S. Mariæ in Dominiæ.

Ego Ivo presbyt. card. tit. S. Laurentii in Damaso

Ego Chrysogonus presb. card. tit. S. Pastoris.

Ego Gorzo presb. card. tit. S. Cæcilie.

Ego Aubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata.

Ego Thomas S. Romanæ Ecclesiæ diac. cardinalis.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis diaconi et cancellarii, xv Kalendas Januarii, indictione iii, anno Incarnationis Dominicæ 1140, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno undecimo.

CDLVIII.

Alberoni archiepiscopo Trevirensi, et ejus successoribus asserit monasterium S. Maximini a Conrado rege concessum.

(Anno 1140, Dec. 20.)

[HONTHEIM, *Hist. Trevir.*, I, 547.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ADALBERONI Trevirensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato, ejusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Tunc sancta mater letatur et exsultat Ecclesia, quando tantum fide plenum, industria et charitate roboratum filium generat et enutrit, qui et eorum fulgore superni numinis virtutibus plenus resplendet, et in conspectu Romani pontificis atque sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ regum, principum, atque populi gloriosus et reverendus appareat. Eapropter, venerabilis in Domino frater Adalbero Trevirensis archiepiscopo, apostolicæ sedis legatè, tuis et multorum religiosorum pro te intercedentium precibus inclinatus, non immemores siquidem devotionis et obsequiorum, a tua fraternitate, temporibus prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ papæ Paschalis, Calixti et nostri propensius impensorum, communicato nimirum fratrum nostrorum, episcoporum et cardinalium consilio, illud juris, quod charissimus filius noster Conradus Rom. rex, sive antecessores ejus, in abbacia S. Maximini habuisse noscuntur, tibi, et per te Trevirensi Ecclesiæ ab eodem Conrado collatum sive restitutum est, tibi et successoribus tuis auctoritate apostolica confirma-

(167) Huic bullæ opponit Zyllesius In Defens. abbat. S. Maxim. p. II, sect. VII, § 2, pag. 99.—1. Non fuisse visum ejus autographum.—2. Exstare originalia summorum pontificum huic repugnantia, notanter ejusdem Innocentii II bullam de hoc eodem anno 1140, in qua decernitur: ut monasterium S. Maximini nulli unquam sedi vel Ecclesiæ subdatur, sed sub S. Rom. Ecclesiæ jure et patrocinio, et imperatorum mundiburdio seu tuitione consistens, ea libertate et immunitate fruatur, quam idem monasterium a Rom. pontificibus et imperatoribus noscitur habuisse.—3.

mus, et præsentis scripti pagina communimus, salva nimirum per omnia justitia S. R. E., si quam habet. Si quis autem, hujus nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, nisi congrue satisfecerit, indignationem omnipotentis Dei, et BB. Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat. Conservantes autem hæc ejusdem omnipotentis Dei et supradictorum apostolorum ejus benedictionem consequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Vas. diac. cardinalis S. Eustachii.

Ego Hubaldus diac. cardinal. S. Mariæ in Via Lata.

Ego Gerardus presbyter card. tit. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Absalon presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Quido S. R. E. indignus sacerdos.

Ego Luc. presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso.

Ego Chrysogonus presb. card. tit. S. Prædix.

Ego Ramerius presb. card. tit. S. Priscæ.

Ego Gerzo presb. card. S. Cæcilie.

Ego Hubaldus diac. card. S. Adriani.

Datum Laterani per manum Ammerici S. R. E. diaconi card. et cancellarii, xiii Kal. Jan., indict. iv Incarnat. Dominicæ anno 1140, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno xi (167).

CDLIX.

Jura et exemptiones neo-fundati monasterii Hemmerodiensis confirmat.

(Anno 1140, Dec. 20.)

[HONTHEIM, *ibid.*, 548.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio RANDOLPHO, abbati monasterii de Claustro, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis in perpetuum.

Quoniam siue veræ cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicæ auctoritati religiosas personas diligere, et earum loca apostolicæ sedis munimine confovere. Eapropter, dilecte in Domino filii Randulphæ abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium, cui

Hanc pro archiepiscopo pontificiam bullam esse mere confirmatoriam concessionis Conradinæ, qua, tanquam relato, corruente, hæc stare nequeat.—4. Quod in omnibus confirmationibus papalibus, neolictis abbatibus concedi solitis, dicatur monasterium S. Maximini sanctæ sedi immediate subjectum. At quam infirmo hæc omnia stent pede, ex præmissis pronum est cognoscere, præsertim quam parum, imo nihil, obsit Innocentiana bulla 6 Mali hoc anno subreptitè impetrata, et per præsentem, re cognita, revocata.

Deo auctore præsidet, sub B. Petri et nostra tutela A
 suscipimus, et præsentis privilegio communimus,
 statuentes ut quascunq; possessiones, quæcunq;
 bona jam dictum monasterium possidet, aut in futu-
 rum concessione pontificum, largitione regum vel
 principum, oblatione fidelium, seu aliis justis mo-
 dis, auxiliante Domino, poterit adipisci, firma tibi
 tuisque successoribus et illibata permaneant. Sane
 laborum vestrorum, quos propriis manibus, aut
 sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium
 vestrorum, nullus omnino vel clericus vel laicus a
 vobis decimas exigere præsumat. Decernimus ergo
 ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaste-
 rium temere perturbare, aut ejus possessiones au-
 ferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibusli-
 bet molestiis fatigare, sed omnia integra conser-
 ventur, eorum pro quorum gubernatione et susten-
 tatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.
 Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive
 persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens,
 contra eam temere venire tentaverit, nisi reatum
 suum congrue emendaverit, potestatis honorisque
 sui dignitate careat, reamque se divino iudicio exi-
 stere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacra-
 tissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redem-
 ptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo
 examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem
 eidem venerabili loco sua jura servantibus sit pax
 Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum
 bonæ actionis percipiant, et apud districtum judi-
 cem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen,
 amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et
 Bacchi.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis
 in Jerusalem.

Ego Vasallus diaconus cardinalis S. Eustachii.

Ego Ivo presbyter card. tit. S. Laurentii in Da-
 maso.

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis tit. S.
 Praxedis.

Ego GG. presbyter card. tit. S. Calixti.

Ego Octavianus diaconus cardinalis tit. S. Nicolai
 in Carcere.

Ego Petrus presbyter card. tit. Pastoris.

Ego Guizo presbyter cardinalis tit. S. Cæciliæ.

Datum Laterani per manus Almerici S. Rom.
 Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, XIII Ka-
 lend. Januarii, indict. III, Incarnationis Dominicæ
 anno 1140, pontificatus vero domini Innocentii II
 papæ anno undecimo.

CDLX.

*Henrico Moraviensi episcopo, paganus ad fidem con-
 vertere volenti, scribit, ut prius Romam veniat.*
 (Circa an. 1140, April. 12.)

[BOCZEK, *Codex diplom. Morav. I, p. 212.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ve-

nerabili fratri HENRICO Moraviensi episcopo, salutem
 et apostolicam benedictionem.

Fraternitatis tuæ litteras benigne suscepimus, et
 de tua sospitate certiores effecti sumus gavisus.
 Verumtamen quoniam ex ipsa voluntate tuam co-
 gnovimus, paganis verbum Domini prædicare et ad
 fidem Christi convertere, opus est ut ad matrem
 tuam sanctam Romanam Ecclesiam venias, quatenus
 cognito fructu exinde proventuro ibidem secundum
 universalis Ecclesiæ doctrinam assumpta forma do-
 cendi ipsius auctoritate, quod faciendum fuerit,
 auxiliante Domino, perficere valeas.

Datum Laterani II Idus Aprilis.

CDLXI.

B Ad Hugonem monasterii S. Augustini Cantuariensis
 abbatem.

(Anno 1139-1141, Nov. 20.)

[*Rerum Angl. script. II, p. 1801.*]

INNOCENTIUS episcopus, etc.

Litteras et nuntios vestros paterna benignitate
 suscepimus, et ea quæ nobis significasti diligenter
 attendimus, et nos quidem monasterium vestrum
 utpote sub beati Petri tutela et proprietate consistens
 speciali amore diligere volumus, atque in libertate
 a prædecessoribus nostris et nobis sibi collata fami-
 liariter confovere, vestrosque turbatores auctoritate
 apostolica comprimere. Vestra itaque, dilecti in Do-
 mino filii, interest ut, sicut monasterium vestrum in
 Anglia religionis fuit initium, ita nihilominus ad mo-
 nasticæ professionis observantiam laudabiliter inten-
 datis, et tales vos coram Deo et hominibus exhibere
 curetis, quod Deus omnipotens de vestris actibus
 honoretur et sedes apostolica maternis affectibus
 gratuletur. Mandamus etiam vobis ut bibliam ma-
 nualem parvi voluminis qualem Romanum pontificem
 deceat ad opus nostrum fieri faciat. Quia vero,
 dilecte in Domino filii Hugo, occasione parentum
 tuorum idem monasterium multa damna et grava-
 mina sustinere accepimus, mandando tibi præcipimus,
 quatenus eos a dominatione maneriorum monasterii
 amoveas, ut locus ipse ab huiusmodi onere libe-
 retur, et persona tua nullam exinde blasphemiam
 vel peccatum ulterius incurrere mereatur. Hubertum
 quoque monachum quem turbatorem fratrum et
 D eidem loco perniciosum esse audivimus, ad suum
 monasterium, videlicet Sancti Andree; redire com-
 pellas, et negotia ipsius loci prioris et fratrum con-
 silio non extraneorum quorumlibet ordines atque
 pertractes, et numerum eorum qui imminutus esse
 dicitur, consilio eorundem de honestis et religiosis
 personis studeas adimplere. Præcepta etiam quæ in
 apostolicæ sedis authenticis privilegiis collatis præ-
 fato monasterio continentur, firmiter teneas et ob-
 serves. Præterea si qua tibi vel fratribus tuis adversa
 contigerint, tuum erit ad communem omnium ma-
 trem Ecclesiam Romanam recurrere, vel eosdem
 tuos fratres transmittere, ut tam tu quam ipsi dignis
 apud nos consolationibus foveantur, et a suis op-
 pressionibus releventur. Nos autem fratri nostro

Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi, ne illos l. s. A de sua quiete et libertate congratulantes ipsi, Deo et vi d. qui a vobis pro acceptione chrismatis et sacri olei exigebantur, ulterius exigat interdicens mandavimus, vobisque ne ipsos amodo persolvatis pariter inhibemus.

Datum Laterani XII Kal. Decembris.

CDLXII.

Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi, interdicat ne monachis S. Augustini injurias inferat, neve ab iis l. s. vii d[enariis] pro datione chrismatis et olei sacri exigat.

(Anno 1159-1141, Nov.)

[Chronica W. Thorn. apud Twisden, *Hist. Anglic. Script.* II, 1800.]

CDLXIII.

Ad Henricum Wintoniensem episcopum. — Ut monasterium S. Augustini Cantuariense teneatur. B

(Anno 1159-1141, Nov.)

[*Hist. Angl. Script.*, II, 1801.]

INNOCENTIUS episcopus, etc.

Fraternitati tuæ maximas gratias agimus, quoniam ergo ea quæ beati Petri sunt attentam sollicitudinem geris, et abbati et fratribus monasterii Sancti Augustini Cantuarie in suis necessitatibus adjutor et protector astitisti. Et quoniam non incœpisse, sed perfecisse virtutis est, experientie tuæ rogando atque præcipiendo mandamus, quatenus præfatum monasterium et fratres ibi Domino servientes more solito manuteneas, et pro beati Petri et nostra reverentia, nullis injuriis aut molestiis ab aliquo fatigari permittas, summopere providens ut tam C erga regem quam erga omnes alios, prout necessarium fuerit, consilium et auxilium per omnia præbeas, et ita eos vice nostra studeas confortare, ut et ipsi de sua quiete et libertate congaudeant, et nos sollicitudini tuæ pleniores gratias referre possimus.

CDLXIV.

Ad Stephanum Anglorum regem. — Ne monasterium S. Augustini Cantuariense affici injuriis patiatur.

(Anno 1159-1141, Nov.)

[*Ubi supra.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, etc.

Quanto omnipotens Deus, et infra, unde etiam tibi est injuncta necessitas religiosa loca diligere et quæ beati Petri sunt filialis devotionis intuitu nullis injuriis aut molestiis fatigari permittere. Secure D namque contra adversarios consistit in terris quisquis eundem apostolorum principem patronum habere meretur in celis. Nunquam enim regnum tuum melius confirmari poterit vel augeri, quam si ecclesias vel personas ecclesiasticas studueris venerari. Proinde fraternitati tuæ rogando mandamus et hortamur in Domino quatenus monasterium Sancti Augustini Cantuariensis quod utique idem beatus vir apostolorum principi obtulit, et Romani pontifices ac prædecessor tuus Ethelbertus Anglorum rex libertate donarunt et suis privilegiis munierunt, nullis molestis inquietis, aut ab aliquo infestari permittas; sed sic illud ab omnibus forinsecus perturbationum tumultibus protegas, ut et illi qui intus Deo serviunt

de sua quiete et libertate congratulantes ipsi, Deo pro te et pro pace regni tui preces fundere attentius studeant, et nosserenitati tuæ uberiores inde gratias agere valeamus.

CDLXV.

Privilegium Humberto Augustodunensi episcopo concessum.

(Anno 1141, Jan. 21.)

[D. PLANCHER, *Histoire de Bourgogne*, tom. I, Preuves, p. 41.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HUMBERTO Augustodunensi episcopo ejusque successoribus canonice instituendis.

Æquum et justitiæ consentaneum est ut qui ecclesiarum omnium curam ex injuncto nobis apostolatus officio gerimus eisdem singulis suas dignitates et privilegia conservemus integra. Dignum siquidem et rationale est ut nobilis et famosa Æduensis Ecclesia, quæ in fide Catholica et obedientia atque beati Petri et sanctæ Romanæ Ecclesiæ reverentia firma permansit, prærogativa sua libere perfruat. Quapropter, charissimè in Christo frater Humberte, Æduensis episcope, quem pallii genio decoravimus, tuis rationabilibus postulationibus gratum præbentes assensum, quascunque concessionem sive ecclesias, seu villas, vel oppida, aut quæcunque bona in præsentiarum juste et canonice possides, sive in futurum legitime, auxiliante Domino poteris adipisci, tibi et per te Æduensi Ecclesiæ, ac tuis successoribus in perpetuum præsentis scripti privilegio confirmamus. In quibus hæc propriis nominibus exprimenda subjunximus: ecclesias videlicet Beatae Mariæ et Sancti Lazari de Avalone, et castrum Toilonii cum omnibus eorum pertinentiis, ecclesias de Ulmo, ecclesiam Sanctæ Sabinæ, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Borbono; jus etiam quod habetis in ecclesia, videlicet de Rigny et de Brion et de Sarri. Concedimus etiam tibi ut libere et absque contradictione in tuo episcopatu juxta sanctorum Patrum constitutiones corrigenda corrigas et disponenda disponas. Vicariam etiam dignitatem quam antecessores tui in Lugdunensi Ecclesia usque ad hæc tempora habuisse noscuntur, tibi nihilominus confirmamus. Nullus ergo primas, sive metropolitanus in episcopatu tuo præter tuum aut tuorum comprovincialium assensum aliquid de his quæ ad tuam parochiam spectant definire præsumat. Sedes enim apostolica, quæ primates, metropolitanos et episcopos constituit, unicuique suos terminos et metas præfixit. Unde plurimorum Romanorum pontificum hæc et alia præcesserunt decreta, ut videlicet si aliquis metropolitanorum sine omnium comprovincialium præsentia, vel episcoporum consilio, aut eorum, aut alias ecclesias, non eas tantum quæ ad proprias pertinent parochias, agere aut eas gravare voluerit, ab omnibus districtè corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat. Et iterum si quis metropolitanus episcopus, non quod ad suas solummodo pertinet parochias, sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum

aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subiacet, et quod egerit irritum habeatur et vacuum. Decedente vero te vel aliquo successorum tuorum episcopo, nullus præpositus, nullus laicus domos episcopales invadere, aut aliquibus de bonis episcopalibus occupare præsumat, sed omnia succedenti episcopo conserventur. Si quis autem hæc attentare præsumperit, excommunicationi se noverit subiacere. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessionum aliquid auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, vestris ac pauperum usibus et commodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesie sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis Sanctæ Prædix.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli Pastoris.

Ego Boizo presbyter cardinalis tituli Sanctæ Cæcilie.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis.

Ego Guido diaconus cardinalis SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Gerardus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Dominica.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et.
duodecimo Kalendas Februarii, indictione iv, Incarnationis Dominicæ anno 1140, pontificatus vero domni Innocentii anno xi.

CDLXVI.

Parthenonis S. Mariæ Minerviensis possessiones et privilegia confirmat.

(Anno 1141, Jan. 28.)

[GRADONICI, *Pont. Briz.*, 209.]

CDLXVII.

Privilegium pro monasterio Baumburgensi.

(Anno 1141, Febr. 1.)

[*Monumenta Boica*, t. II, p. 186.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GOTSCHALCO præposito ecclesiæ Sanctæ de Baumburg, ejusque fratribus tam præsentibus

quam futuris regulariter substituendis in perpetuum.

Justis religiosorum virorum desideriis consentire, atque rationabilibus eorum postulationibus libenter annuere, apostolicæ sedi, cui Deo largiente præsidemus, auctoritas et fraternæ charitatis unitas nos hortatur. Hujus rei gratia, dilecti in Domino filii, preces vestras clementer admittimus, et donationes ecclesiæ Beatæ Mariæ de Hwarteschirba cum decimis, villis, prædiis a venerabili fratre nostro Henrico Pataviensi episcopo, postulante et consentiente Wolframo ipsius villæ advocato et filio ejus Berin-gario, atque eadem advocatiam ad opus præfatæ ecclesiæ Sanctæ Margarethæ libere resignante, vobis et ecclesiæ vestræ rationabiliter factam confirmamus; statuente ut in præfata Beatæ Mariæ ecclesia ordo canonicus secundum beati Augustini Regulam perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus aliis molestiis fatigare; sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Laterani per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi et cancellarii, Kal. Februarii, indictione iv, Incarnationis Dominicæ anno 1140, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno undecimo.

CDLXVIII.

Monasterio S. Mariæ Locediensi assentit prædium a Rainerio, marchione Montisferrati, donatum.

(Anno 1141, Mart. 3.)

[MORIONDI, *Monumenta Aquensia*, I, p. 52, ex autogr.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio RICHARDO abbati monasterio Sanctæ Mariæ de Lucedio, ejusque successoribus regulariter ibi viventibus in perpetuum.

Cultus veræ religionis absque integritate non valet

integre observari. Quando vero sub occasione causarum forensium lites et jurgia oriuntur, perturbatus animus et splendor atque jucunditas contemplationis internæ subtrahitur. Ob hoc, quia ad pacem et concordiam religiosis dandam summopere occurrendum est; ideo, dilecte in Domino fili Ricarde abbas, refutationem de prædico, quod illustris memoriæ Reinerius marchio Montisferrati Anselmo tunc Vercellensi episcopo, confirmando monasterio B. Mariæ de Lucedio, cui auctore Domino præsidet, respectu piæ devotionis donavit. Post multas lites et contentiones ab Othone abbate Sancti Januarii, et fratribus ejus factam collaudamus, et eandem possessionem cum aliis bonis, quæ in præsentiarum juste et legitime possides, aut in futurum rationabiliter poteris adipisci, tibi tuisque successoribus, et per vos præfate beate Mariæ cœnobio in perpetuum confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, etc.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Gerardus presbyter card. S. Crucis in Hierusalem.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos.

Ego Stamus presbyter cardin. tit. S. Savinæ.

Ego Grisogonus presbyt. card. tit. S. Praxedis.

Ego Ribaldus presbyt. card. tit. S. Anastasiæ.

Ego Gorzo presbyter card. tit. S. Cæcilie.

Ego Otto diaconus cardin. tit. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Vasallus diaconus card. tit. S. Eustachii.

Ego Ubaldus diacon. cardin. tituli S. Adriani.

Ego Thomas sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis.

Datum Laterani per manum Almerici, S. Romanæ Ecclesiæ diacon. cardin. et cancell., v Nonas Martii, indictione iv, Incarnationis Dominicæ anno 1150, pontificatus vero D. Innocentii II papæ anno xii.

CDLXIX.

Monasterio Trenorciensi ecclesias de Planesiaco et de Tresilliaco, Lugdunensis et Claramontensis dioceseon, confirmat.

(Anno 1141, Mart. 25.)

[COCQUELINES, II, p. 249.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO Trenorciensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Commisita nobis apostolicæ sedis auctoritas nos hortatur, ut locis et personis, ejus auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis præsidium impendere debeamus. Quia sicut injusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et justa poscentium non est differenda petitio, præsertim

(168) Legendum undecimo, computo enim Dionysiano annus 1141 correspondet anno 1140 æræ Vulgaris, prout indicat indictio tertia, quæ nonnisi hoc

eorum, vel qui religionem devote videntur amplecti, et sub ea gaudent Domino militare, vel qui cum honestæ vitæ et laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Domino deservire. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et concessiones a venerabilibus fratribus nostris, tam ecclesiæ de Planesiaco ab Huberto Bizuntino archiepiscopo quam ecclesiæ de Tresilliaco ab Aymerico Claramontensi episcopo, vestro monasterio rationabiliter factas, tibi tuisque successoribus et per vos eidem monasterio confirmamus, statuente ut quascunque possessiones, quæcunque bona præfata ecclesiæ in præsentiarum juste et canonice possident, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterint adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subfaceat. Cunctis autem eisdem ecclesiis justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem ss.

Ego Chrysogonus presbyter cardinalis tituli Sanctæ Praxedis ss.

Ego Rainerius presbyter cardinalis tit. Sanctæ Priscæ ss.

Ego Guido presbyter tituli Sanctæ Cæcilie ss.

Ego Ubaldus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata ss.

Ego Ubaldus diaconus cardinalis Sancti Adriani ss.

Datum Laterani, per manus Aymerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, viii Kalendas Aprilis, indictione iii, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno xii (168).

CDLXX.

Monasterium Aureæ-Vallis (dioc. Trevirensis) tuendum suscipit et ejus bona confirmat.

(Anno 1141, April. 12.)

[DOM CALMET, *Hist. de Lorraine*, II, Pr., p. cccxx.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio CONSTANTINO abbati monasterii Beatæ anno numerabatur, et respondebat anno xi pontificatus Innocentii.

Mariæ Aureæ Vallis, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Apostolici moderaminis convenit clementiæ religiosos diligere, et eorum loca pia protectione munire. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et apostolicæ sedis patrocinio foveamus. Eapropter, dilecte in Domino fili Constantine, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et supradictum monasterium, cui Deo auctore præcise dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium inpresentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo, propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant.

Sane agrorum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat jam dictum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Paulo inferius in orbe scriptum erat : SANCTUS PETRUS, SANCTUS PAULUS, INNOC. P. II; *et in circulo* : ADJUVA NOS, DEUS SALUTARIS NOSTER; *et a latere* : Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus;

Et paulo inferius :

Ego Conradus Sabin. episcopus.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Stephanus Prænestinensis episcopus.

Ego Otto diac. card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Gerardus presbyter card. titulo Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Martinus presbyter card. tit. Sancti Stephani in Cælio Monte.

Ego Boetius presbyter card. tit. S. Cæcilie.

Ego Thomas presbyter card. tit. Vestinæ.

Et adhuc inferius :

Dat. Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diac. card. et cancell., ii Id. April., indict. iv, Incarnat. Dominicæ anno 1141, pontif. vero Domini Innoc. papæ II an. xii.

CDLXXI.

Privilegium pro parthenone Chiemseensi.

(Anno 1141, April. 19.)

[HONDIVS, *Metrop. Salzburg.*, II, p. 241.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ filiæ MACHILDI abbattissæ de Chiemsee ejusque sororibus, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Quoniam sine vero cultu religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicæ auctoritati religiosas personas diligere, et earum loca pia protectione munire. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et ipsum Beatæ Dei genitricis Mariæ monasterium, quod in Salzeburgen episcopatu situm est, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus: statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium inpræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum cœnobium temere perturbare, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur, pro vestra et eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud dictictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Albertus Albanensis episcopus.

Ego Stephanus Prænestinensis episcopus.

Ego Gerhardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Anselmus presbyter cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina.

Ego Chuido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos.

Ego Boetius presbyter cardinalis tituli Sancti Clementis.

Ego Ivo presbyter cardinalis SS. Laurentii et Damasi.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli Calixti.

Ego Ribaldus cardin. presbyter S. Anastasiæ.

Ego Goizo presbyter cardinalis tit. S. Cæciliæ.

Ego Petrus presbyter cardinalis tit. Pastorum.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. Vestinæ.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido diaconus cardinalis SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Vassallus diaconus card. S. Eustachii.

Ego Hubaldus diaconus cardinalis S. Mariæ in Via Lata.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere.

Ego Hubaldus diaconus cardin. S. Adriani.

Datum Lat. per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, xiii Kal. Maii, indict. iv, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero Innocentii secundi papæ anno duodecimo.

CDLXXII.

Parthenonis S. Mariæ Hedrensis protectionem suscipit possessioneque confirmat, petente Stephano episcopo Parisiensi.

(Anno 1141, April. 30.)

[MABILLON., *Annal. Bened.*, VI, 675.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ filiæ HILDIARDI abbatissæ monasterii Sanctæ Mariæ de Hedera ejusque sororibus, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisorum omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet igitur omnes Christianæ fidei amatores religionem diligere, et loca venerabilia cum ipsis personis divino servitio mancipatis attentius confovere, ut nullis pravorum hominum inquietentur molestiis, vel importunis angustiis fatigentur. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, venerabilis fratris nostri Stephani Parisiensis episcopi precibus inclinati, præfatum monasterium sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem

monasterium Inpræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque succedentibus et illibata permaneant. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum vestrum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur pro vestra et eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

In rotundo circulo legitur hoc dictum : ANNOVA NOS, DEUS SALUTARIS NOSTER.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Martinus presbyter card. tit. S. Stephani in Cælio Monte subscripsi.

Ego Ivo presbyter card. S. Laurentii tit. Damasi subscripsi.

Ego Grizo presbyter card. tituli Sanctæ Cæciliæ subscripsi.

Ego Gregorius diac. card. Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Guido diac. card. SS. Cosmæ et Damiani juxta templum Romuli subscripsi.

Ego Imbaldus diac. card. Sanctæ Mariæ in Via Lata subscripsi.

Ego Hubaldus diac. cardinalis S. Adriani subscripsi.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus card. subscripsi.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diac. card. et cancellarii, ii Kal. Maii, indictione iiii, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domini Innocentii secundi anno xii.

CDLXXIII.

Parthenonem S. Ambrosii Florentinum tuendum suscipit et possessiones ejus confirmat.

(Anno 1141, Maii 4.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, III, 95.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectæ filiæ CÆCILIÆ abbatissæ monasterii S. Ambrosii de Petra Plana, ejusque sororibus, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis in perpetuum mansuris.

Ad hoc universalis Ecclesia, etc., usque fatigetur. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et præfatum Beati Ambrosii monasterium, quod in Florentino episcopatu situm est, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus, statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu justis aliis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque succedentibus illibata permaneant. In quibus et ecclesiam Sancti Michaelis, in Palchito sitam infra civitatem Florentinam, cum omnibus suis appendiciis a Godefrido episcopo Florentino vobis canonice concessam, et suo scripto firmatam proprio nomine duximus adnotandam, salva Ecclesiæ Florentinæ canonica reverentia. Recipiendi etiam oblationes, tam pro vivis quam pro defunctis, absque alicujus contradictione liberam vobis concedimus facultatem. Sepulchram quoque ipsius liberam esse sancimus, ut quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matris Ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum vestrum cœnobium tenere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur vestris, et aliorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica, etc. Cunctis autem, etc. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Gerardus presb. card. tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem subscripsi.

Ego Anselmus presb. card. tit. Sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Martinus presb. card. tit. Sancti Stephani in Cælio Monte subscripsi.

Ego Boethius presb. card. tit. Sancti Clementis subscripsi.

Ego Goizo presbyter cardin. tit. Sanctæ Cæcilie subscripsi.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. Vestinæ subscripsi.

A Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi subscripsi.

Ego Otho diaconus card. S. Gregorii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Vassallus diaconus cardinalis Sancti Eustachii subscripsi.

Ego Ubalduus diaconus cardinalis S. Mariæ in Via Lata subscripsi.

Ego Octavianus diaconus cardinalis tit. Sancti Nicolai in Carcere subscripsi.

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, quarto Nonas Maii, indict. quarta, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domini Innocentii papæ secundi anno XII, etc.

CDLXXIV.

Monasterium S. Salvatoris Venetiarum sub apostolicæ sedis protectione recipit et decernit ut canonicus ordo a Bonofilio institutus ibidem perpetuo permaneat.

(Anno 1141, Maii 13.)

[CORNELIUS, *Ecclesiæ Venetæ illustratæ*, t. XIV, p. 92.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis BONOFILIO ejusque fratribus, in ecclesia S. Salvatoris in Rivoalto sita, canonicam vitam professis, tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.

Commissæ nobis apostolicæ sedis auctoritas nos hortatur, ut locis et personis ejus auxilium devotione debita implorantibus tuitionis præsidium impendere debeamus. Quis sicut injusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et justa poscentium non est differenda petitio, præsertim eorum, qui religionem devote videntur amplecti, et sub ea gaudent Domino militare. Eapropter, dilecti in Domino filii, preces vestras rationabiles clementer admittimus, et præfatum S. Salvatoris ecclesiam sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus. Quia vero canonicum ordinem observare et secundum B. Augustini regulam vivere devovistis, votis vestris libenter annuimus, et ipsum ordinem in eadem ecclesia perpetuis temporibus inviolabiliter permanere apostolica auctoritate sancimus; statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Domino propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Partem quoque decimarum de parochianis vestris, quæ secundum sacros canones, et sanctorum Patrum constitutiones vestram contingit ecclesiam, vobis nihilominus confirmamus. Ad dentes etiam interdicimus, ne quis in ipsa ecclesia quilibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres ipsius loci communiter, vel pars sanioris consilii canonice providerint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat a personis vestras, vel ipsam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere; minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, nec ipsius ecclesiæ parochianos illicite suscipere vel retinere, salva diocesanæ episcopi canonica justitia. Si quis igitur contra hanc nostræ constitutionis paginam sciens temere venire tentaverit, si secundo tertiove commonitus reatum suum digna satisfactione non emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Gerardus presbyter card. tit. S. Crucis in Jerusalem subscripsi.

Ego Anselmus presbyter card. tit. S. Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Martinus presbyter card. tit. S. Stephani in Cælio Monte subscripsi.

Ego Boetius presbyter cardinalis tit. S. Clementis subscripsi.

Ego Rabaldus presbyter card. tit. S. Anastasiæ subscripsi.

Ego Goizo presbyter cardinalis tit. S. Cæcilie subscripsi.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. Vestinæ subscripsi.

Ego Otto diaconus cardin. S. Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosmæ et Damiani subscripsi.

Ego Vassallus diaconus cardinalis S. Eustadii subscripsi.

Ego UbalduS diac. card. S. Mariæ in Via Lata subscripsi (169).

Ego Hybaldus diaconus cardinalis S. Adriani subscripsi (170).

Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ diac. cardinalis subscripsi.

Datum Laterani per manum Aimerici, S. Romanæ Ecclesiæ diac. cardinalis et cancell., in Idus Maii, indictione iv, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domni Innocentii secundi papæ anno xii.

CDLXXV.

Monasterii S. Mariæ Regiæ-Vallis bonæ et statum cum libertatibus ejus confirmat.

(Anno 1141, Maii 14.)

[Hugo, *Annal. Præmonst.*, II, 406.]

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, di-

(169) UbalduS attulit Mozzagrugnius diaconum card. S. Adriani, qui tamen dici debet diac. card. S. Mariæ in Via Lata, ut in autographo apparet.

lectis filiis HENBERTO Regiæ-Vallis abbati, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Ad hæc nobis a Deo pastoralis officii cura commissa est ut beneplacenta Deo religionem laboremus et stabilitam exacta diligentia conservare; eapropter, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus gratum impertientes assensum, beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ Regiæ-Vallis ecclesiam, quæ in Tullensi episcopatu sita est, sub beati Petri et nostra tutela suscipimus, et præsentis scripti privilegio communitus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionè pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ipsam videlicet Regiam vallem cum omnibus suis appendiciis; vineas de Luceio, vineas de Parneio, vineas de Seroces, vineas de Fou, terram de Fracia; vallem de Bernaictoria, et portionem vestram de adjacenti villa; Gauvillare cum altari et suis appendiciis; usuarium cum molino in fageto Commarciensi. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Decernimus ergo ut nulli hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Martinus presbyter card. tit. Sancti Stephani.

Ego Goizo presb. card. tit. S. Cæcilie.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Gerardus diac. card. S. Mariæ in Dominica.

(170) Hybadus diac. card. S. Adriani præternissus fuit a Mozzagrugnio.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere. A

Data Laterani per manum Aimerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diac. card. et cancellarii, ii Idus Maii, indictione iv, Incarnationis Dominicæ anno 1141; pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno xii.

CDLXXVI.

Ad clerum et populum Pictaviensem.— De Grimoardo electo.

(Anno 1141, Maii 20.)

[Gall. Christ. II, 1174, in textu, ex cod. ms. S. Capellæ Bituricensis.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis, abbatibus, principibus, clero et populo Pictaviensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Vera obedientia humilitatis socia cæteras virtutes menti inserit, insertasque custodit. Sola namque est quæ fidei meritum possidet, sine qua infidelis quis esse convincitur, etiamsi fidelis esse videatur; ideoque quisquis prælatus inobediens esse præsumperit in unitate sanctæ Ecclesiæ, cum Deo partem habere non poterit. Gaudendum siquidem vobis est, quoniam, sicut accepimus, venerabili fratre nostro Wilhelmo episcopo vestro viam universæ carnis ingresso, idonea et religiosa persona vobis est in episcopum collocata, et quoniam is aliis jure præponitur, cujus vita et conversatio apud Deum acceptabiliter æstimatur, universitati vestræ pie apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatenus C

Datum Lateranis xiii Kal. Junii.

CDLXXVII.

Ad G[rimoardum] Pictaviensem episcopum electum.

(Anno 1141, Maio.)

[Ibid., col. 1175, ex cod. eod.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri G. Pictaviensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Accepimus personam tuam ad regimen Pictaviensis Ecclesiæ assumptam esse; et quoniam longe debet vitam suam conversatione probare qui aliis vult præesse, per apostolica tibi scripta mandamus atque præcipimus, quatenus in his quæ ad episcopale officium pertinent, temetipsum satagas laudabiliter exercere, opus fac evangelistæ, ministerium tuum imple. Subditos vero tuos paternis affectibus dilige, et ut commissa tibi a Deo Ecclesia sub tua providentia tam spiritualiter quam temporaliter augeatur, intenta animi vigilantia studeas providere. Possessiones quoque et bona ipsius episcopatus, quæ distracta, vel illicite alienata esse noscuntur, cum omni diligentia recuperare labores.

CDLXXVIII.

Ecclesiæ S. Sepulcri Hierosolymitanæ protectionem suscipit ac possessiones confirmat.

(Anno 1141, Jun. 21.)

[Eug. DE ROZIERE Cartul. du Saint-Sépulcre, 24.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO priori et fratribus in ecclesia Sancti Sepulcri canonicam vitam professis, tam presentibus quam futuris in perpetuum.

Si mansuetudo et liberalitas sanctæ Romanæ Ecclesiæ Christianis debet opportuna sola[ti]a ministrare, multo magis his qui religiosam vitam ducunt et omnipotenti Domino familiariter adherere videntur, id ipsum convenit propensius impertiri. Quia ergo, dilecti in Domino filii, juxta regulam beati Augustini vivere decrevistis, et in loco ubi steterant pedes Domini, adorantes apud gloriosum sepulcrum ejus, in quo triduo corporaliter requievit, et alia sanctissima loca, in quibus Redemptor mundi pro salute nostra vincula, flagella, crucis ignominiam, vulnera mortemque sustinuit, regulariter militatis, majori vos benevolentia et gratia dignos esse censemus, et paternis affectibus volumus confovere. Vestris igitur postulationibus debita benignitate accommodantes assensum, sacrosanctam ecclesiam Sancti Sepulcri, in qua, divinis obsequiis insistentes, passionem Dominicam et victorio[s]issime crucis triumphum assidue oculata fide recolitis, nec non etiam personas vestras sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti pagina communimus, statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in presentiarum canonicè possidet, quæcunque etiam ab egregiæ memoriæ viris, duce videlicet Godefrido et utroque rege Balduino, Arnulpho quoque et aliis patriarchis, eidem loco juste collata sunt, aut in posterum a patriarchis vel aliis Dei fidelibus rationabiliter conferentur, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; possessiones videlicet, quas habetis in Antiochia et ipsius territorio, quemadmodum a Raynundo, illustri ejusdem civitatis principe, et uxore sua Constantia vestræ ecclesiæ legitime concessa et scriptis confirmata sunt, ecclesiam Sancti Sepulcri in Monte Peregrino prope Tripolym, ecclesiam Sancti Georgii cum omnibus pertinentiis suis, in civitate Tyro ecclesiam Sanctæ Mariæ; in territorio ipsius civitatis casale Derina et hortum inter murum et antemurale, in civitate Acon ecclesiam Sancti Sepulcri, in territorio ejusdem civitatis ecclesiam Sanctæ Mariæ de Mimas cum omnibus pertinentiis suis, in civitate Joppe ecclesiam Sancti Petri cum omnibus pertinentiis suis, decimas civitatis Jerusalem et eas quas habetis in territorio ipsius civitatis, oblationes altarium ecclesiæ Sancti Sepulcri; in episcopatu Papiensi castellum Cerret cum omnibus suis appendiciis, salva nimirum episcoporum justitia, in quorum parochiis ecclesiæ vestræ sitæ sunt. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ

constitutionis paginam sciens, contra eam temere **A** venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius, Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Stephanus, Prænestinus episcopus, subscripsi.

Ego Anselmus, presbyter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina, subscripsi.

Ego Martinus, presbyter cardinalis [tituli] Sancti Stephani in Cælio Monte, subscripsi.

Ego Sancius, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Sabinæ, subscripsi.

Ego Bocius, presbyter cardinalis tituli Sancti Clementis, subscripsi.

Ego Ivo, presbyter cardinalis Sancti Laurentii tituli Damasi, subscripsi.

Ego Gregorius, presbyter cardinalis tituli Calixti, subscripsi.

Ego Ribaldus, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Anastasiæ, subscripsi.

Ego Rainerus, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Priscæ, subscripsi.

Ego Petrus, presbyter cardinalis tituli Pastoris, subscripsi.

Ego Goizo, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Cæciliæ, subscripsi.

Ego Thomas, presbyter cardinalis tituli Vestinæ, subscripsi.

Ego Hubaldus, presbyter cardinalis tituli Sanctæ Prædixedis, subscripsi.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi, subscripsi.

Ego Otto, diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Hubaldus, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ **D** in Via Lata, subscripsi.

Ego Gerardus, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Dominica, subscripsi.

Ego Octavianus, diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere, subscripsi.

Datum Laterani, per manum Baronis, capellani et scriptoris, xi Kalendas Julii, indictione iv, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno xii.

CDLXXIX.

Monasterium S. Bartholomæi Fæsulani tuendum suscipit, et ejus possessiones ac jura confirmat.

(Anno 1141, Sept. 22.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, III, 243.]

B INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filii GREGORIO, abbati Sancti Bartholomæi, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regulariter constitutis in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Expropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus elementar annuimus, et beati Bartholomæi apostoli monasterium, quod juxta montem Fæsulanæ civitatis situm est, cum omnibus suis pertinentiis, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu justis aliis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium S. Salvatoris de Alena cum ecclesia S. Pontii, ecclesiam S. Martini in Fugnano, in Campo Novoli, ecclesiam S. Martini cum decimis, et omnibus suis pertinentiis et adjacentiis, et quidquid in Bononiensi episcopatu præfatum monasterium habere cognoscitur, in Capraja medietatem ecclesiæ S. Christianæ, in Ripula ecclesiam S. Salvatoris, ecclesiam S. Michaelis de Marene, in Ripalta ecclesiam S. Andræ, ecclesiam S. Donati de Fronzano, in Biviliano medietatem ecclesiæ S. Mariæ, curtem de Sancto Dominico cum omnibus decimationibus suis, curtem de Papiana cum pertinentiis suis, et quidquid in plebe Sancti Donati de Calenzanu possidere dignoscitur cum decimis, et suis pertinentiis, sive in plebe S. Stephani de Campi, seu in plebe S. Martini sito Brozzi, vel etiam in plebe S. Juliani in Septimo, aut infra plebem S. Joannis de Signa, cum decimis et omnibus earum pertinentiis. Villas quoque et alias possessiones, sicut in privilegio et donatione bonæ memoriæ Jacobi episcopi Fæsulani nominatim vobis concessæ sunt. Prohibemus etiam, et apostolica auctoritate interdicens, ne alicui omnino liceat idem monasterium in alium ordinem transmutare, vel episcopalem sedem ibi transferre absque Rom. pontificis auctoritate. Obeunte vero nunc ejusdem loci abbate, nullus ibi qualibet subjectionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres ipsius loci communi assensu, vel pars sanioris consilii, sub Dei timorem et beati Benedicti regulam, canonice providerint eligendum. Qui Fæsulano episcopo si canonicus fuerit, et gratiam atque communionem sedis apostolicæ habuerit, eamque gratis et absque aliqua gravitate exhibere voluerit, benedictionem suscipiat.

Alioquin liceat ei quemcumque maluerit adire antistitem, qui, nostra fultus auctoritate, quæ postulantur indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepelire deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matris Ecclesiæ. Monasterium quoque S. Salvatoris de Alena, quod sub ejusdem S. Bartholomæi monast. esse cognoscitur, liberam sepulturam concedimus, sicut etiam hactenus habuisse dignoscitur; laborum namque manuum vestrarum decimas, tam vobis quam vestro monasterio Sancti Salvatoris in usus pauperum habendas largimur. Prohibemus insuper ut nulli omnino hominum fas sit eidem monasterio, sive S. Salvatoris monasterio divinum officium interdiceret, præter Romanum pontificem, aut legatum ipsius, vel indebitas exactiones imponere, seu aliquibus injustis vexationibus ausu temerario fatigare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, etc., si qua igitur, etc., cunctis autem, etc. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Albericus Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Gerardus presbyter card. tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem subscripsi.

Ego Martinus presbyter, card. S. Stephani in Cælio Monte subscripsi.

Ego Manfredus presb. card. tit. S. Sabinæ ss.

Ego Boetius presb. card. tit. S. Clementis ss.

Ego Guido presb. S. Laurentii tit. Damasi ss.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Octavianus diac. card. tit. S. Nicolai in Carcere ss.

Ego Guido diac. card. S. Apollinaris ss.

Datum Laterani per manum Baronis capellani, et scriptoris x Kal. Octob., ind. v, Incarn. Dominicæ an. 1141, pontif. vero D. Innocentii II an. xii.

CDLXXX.

Bulla Innocentii II confirmantis bona et possessiones Trunchiniensis ecclesiæ.

(Anno 1141, Sept. 22.)

[Hugo, *Ann. Præm.*, II, p. 608.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GOZVINO Trunchiniensi abbati, ejusque fratribus regulariter instituendis, in perpetuam memoriam.

Ad hoc nobis a Deo pastoralis officii cura commissa est, ut, beneplacente Deo, religionem laboremus modis omnibus statuere, et stabilitam ex aucta diligentia conservare. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Simonis et Noviomensis episcopi precibus inclinati, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam S. Mariæ Trunchiniensis, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæ-

cunque bona eadem ecclesia Inpræsentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: curtes et villas videlicet Landenghem, Voclar, Petengem, Astinem, Salenghem, Verrebronch, Hulst et Hulsterlo, incultam terram juxta Belsalam, curtim quæ dicitur Stabulum, Burste, Pomerium, quod juxta eandem ecclesiam jacet, omnesque mansiones, quæ inter idem pomerium atriumque interjacent, quas Ywanus præfate contulit ecclesiæ, cum omni decimatione reddituum suorum tam in eadem villa, quam in tota Wasia. Liceat etiam vobis omni tempore divina officia celebrare, clausis januis et exclusis excommunicatis, sive interdictis, nisi abbatis vel fratrum ipsius loci manifesta culpa exstiterit. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, eamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Bernardus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus.

Ego Boetius presbyt. card. tit. Sancti Clementis.

Ego Yvo presb. cardin. S. Laurentii tit. Damasi.

Ego GG. presb. cardin. tit. Calixti.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis.

Ego Reinerius presb. cardin. tit. Prisæ.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris x Kalend. Octobris, indictione v, Incarnationis Dominicæ anno 1141; pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno xii.

CDLXXXI.

Ad Guillelmum Montispessulani dominum. — Compatur tribulationibus et angustiis quas ille ab infidelibus hominibus suis patiebatur, suamque opem ei atque consilium pollicetur.

(Anno 1141, Octob. 5.)

[D. Bouquet, *Recueil XV*, p. 402.]

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, di-

lecto in Christo filio Guillelmo Montispessulani domino, salutem et apostolicam benedictionem.

Litteras et nuntios tuos debita benignitate suscepimus, et tribulationibus et angustiis quas ab infidelibus tuis hominibus (171) pateris, affectione paterna compatimur, utpote qui personam tuam, tanquam Catholicum principem et specialem B. Petri filium, vera in Domino charitate diligimus, et in quibus secundum Deum possumus, opem et consilium libenter impendimus. Tu vero, quoniam aurum formax tentatio iustum probat, viriliter age et confortetur cor tuum, et sustine Dominum : ipse enim ventos compescit, et mare comprimit.

Datum Laterani III Nonas Octobris.

CDLXXXII.

Hospitale S. Blasii juxta Madoetiam iuxta Madoetiam suscipit ejusque possessiones confirmat.

(Anno 1141, Oct. 15.)

[GIULINI, *Memorie di Mil.*, t. V, p. 576.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ADAM magistro hospitalis, quod est apud Sanctum Blasium, juxta Madoetiam ejusque fratribus; tam presentibus quam futuris, canonice substituendis in perpetuum.

Ad hoc in apostolicæ sedis regimen, disponente Domino, promoti sumus ut plis votis assensum præbere, auresque nostras iustis inclinare petitionibus debeamus. Eapropter, dilecte in Domino filii Adam, devotionem tuam laudabilem attendentes, præfatum hospitale quod cum omnibus suis appendiciis, assensu et consilio Arnoldi, et Joannis aliorumque vicinorum ipsius loci, sub censu sex denariorum Mediolanensis monetæ veteris nobis nostrisque successoribus annualiter persolvendo, beato Petro et nobis offeri; paterna benignitate suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem hospitale impræsentiarum juste ac legitime possidet, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma eidem hospitali, ac pauperibus, et illibata permaneant. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove cummbnita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate carcat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat; atque in ex tremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis

A autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis veniant. Amen.

In circulo : ADIURA NOS, DEUS SALUTARIS NOSTER. In monogrammate : Bene valete.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli S. Crucis in Jerusalem ss.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Hubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata ss.

Ego Guido satietæ Romanæ Ecclesiæ diacon card. ss.

B Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, Idibus Octobris, indictione v, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno xii.

CDLXXXIII.

Ad monachos Marchianenses. — Censuras A. episcopi Atrebatensis nullas declarat, præceptique ut ad abbatis electionem procedant.

(Anno 1141, Nov. 1.)

[MARTENE, *Ampl. Collect.*, I, 719, ex ms. Marchianensi.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectissimis filiis monachis Martianensibus; S. et A. B.

Super injuriis et oppressionibus quas ex litteris et fratrum vestrorum relatione, Joannis videlicet et Andreæ, qui nostro se conspectui præsentarunt, a fratre nostro A. (172) Atrebatensi episcopo vobis illatas esse accepimus, debita affectione compatimur, et vobis, tanquam dilectis filiis nostris; in quibus secundum Deum possumus, opem et auxilium libenter impendimus. Quia ergo præfatus frater noster electionem vestram secundum B. Benedicti regulam et prædecessoris nostri papæ Callixti bonæ memoriæ et nostri etiam privilegii tenorem, a vobis communiter celebratam omnimodis impedivit, et ad majorem suæ malitiæ evidentiam; post appellationem ad sedem apostolicam factam, vestrum monasterium a divinis interdiciere præsumpsit officii, nos idem interdictum irritum esse censuimus, et vobis divina celebrare officia apostolica auctoritate præcipimus. Si vero mutationem aliquam vel constitutionem in eodem monasterio vel locis sibi pertinentibus post appellationem ad sedem apostolicam fecisse cognov-

qui Latat se contulit. Exarsit inde biennè bellum; per quod Barcinonensis comes (Raimundus Berengarius IV) urbem obsidione recepit; tanta fame domitum, ut fabæ decem uno denario constarent. Comes Barcinonensis turrem Latarum exstruxit.

(172) Alviso qui ex abbate Aquieinctensi electus est episcopus Atrebatensis anno 1131, ad quem exstat S. Bernardi epistola 327.

(171) In veteris urbis diario legitur : « En l'an mil cent quarante-un; gieron les homs de Montpellier en Guillaume de Montpellier de la Villa, et anet s'en à Latat, et duret la bataille doux ans. Els comps de Barcelona recet li la villa per assetge, et adonc valien dex favas un denié. El comps de Barcelona basti la tourre de Latat. » Quæ verba sic Latine reddit Garielus ibid. : « Anno 1141 Guillelmum Mospeliensem sui subsidi ex urbe sua eiecerunt :

scitur, totum evacuamus, et omnia in eo statu, in que A tempore appellationis fuisse noscuntur, revocari præcipimus. Vobis autem præcipiendo mandamus quatenus secundum B. Benedicti Regulam et sedis apostolicæ privilegia religiosas et idoneam personam vobis in abbatem communi vel sanctoris partis assensu eligatis, per cujus nimirum prudentiam et religionem idem monasterium, tam temporaliter quam spiritualiter, auxiliante Domino, proficere valeat.

Datum Laterani Kalendis Novembris.

CDLXXXIV.

Ad A. [Ividum] episcopum Atrebatensem. — Arguit eum quod Marchianenses monachos vexaverit.

(Anno 1141, Nov.)

[MARTENE, *ibid.*, col. 720, ex eodem ms.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri A. Atrebatensi episcopo S. et A. B.

Miramur et dolemus super injuriis et oppressionibus et damnis et aliis multis gravaminibus, quæ monasterio et fratribus Marciensis a fraternitate tua illata esse accepimus. Hæc namque ordini et religioni tuæ sunt valde contraria, et his quæ a B. Gregorio de monasteriis et religiosis locis statuta sunt, probantur adversa. Cum enim eorum abbas, sicut asserunt, tuis gravaminibus monasterium ipsum relinquere compulsus sit, et ipsi secundum B. Benedicti Regulam et prædecessorum nostrorum et nostrum etiam privilegium, abbatem videlicet religiosum et honestam personam elegerint, tu, contemptis apostolicæ sedis decretis, eos super hoc omnimodis infestasti, et ad majorem tuæ malitiæ cumulum, contra appellationem ad sedem apostolicam factam, præfatum monasterium a divinis officiis interdicere præsumpsisti. Quæ præsumptio quanta severitate puniri debeat, B. Gregorii sententia demonstratur; ait enim: « Nihil prius de eo quod ad sinum sanctæ Romanæ confugit Ecclesiæ, ejusque implorat auxilium, decernatur, quam ab ejusdem Ecclesiæ fuerit præceptum auctoritate, quæ vices suas ita aliis impertivit Ecclesiis, ut in partem sint vocatæ sollicitudinis et in plenitudinem potestatis. Si tamen (quod non arbitramur) a quoquam secus præsumptum fuerit, ab officio cleri submotus, apostolicæ auctoritatis reus ab omnibus judicetur. » Et quoniam beati Petri et sanctæ Romanæ Ecclesiæ contemptum inultum præterire non possumus, per præsentia tibi scripta mandamus atque præcipimus quatenus præfatum monasterium et fratres in pace omnino dimittas, et in nullo eis per te vel per alios impedire præsumas. De contemptu vero sanctæ Romanæ Ecclesiæ et nostro et multis aliis, quæ nostris auribus sinistro rumore de persona tua sunt nuntiata, proxima Dominica qua legitur *Ego sum pastor bonus*, ad nostram præsentiam venias responsurus.

CDLXXXV.

Privilegium pro canonica S. Mariæ Parmensi.

(Anno 1141, Nov. 7.)

[ARRO, *Storia di Parma*, II, p. 350, ex archivo capituli Parm. sæc. XII, n. XXXI.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio BONIZONI archipresbytero, cæterisque canonicis Parmensis Ecclesiæ, tam præsentibus quam futuris, canonice substituendis, in perpetuum.

Æquitatis et justitiæ ratio persuadet nos Ecclesiæ perpetuam rerum firmitatem et vigoris inconcussi munimenta conferre: non enim decet clericos in sortem Domini evocatos perversis malorum hominum molestiis agitari, et temerariis quorumlibet vexationibus fatigari; similiter et prædia usibus secretorum cælestium dedicata nullas potentum angarias, nihil debent extraordinarium sustinere. Eapropter, dilecti in Domino filii, interventu dilecti filii nostri magistri Hubaldi diaconi cardinalis, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et beatæ Dei Genitricis semperque virginis Mariæ Parmensem canonicam cum omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus sub beati Petri et nostra protectione suscepimus, et præsentis scripti privilegii communimus, statuantes ut quasunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium Sancti Quintini cum ecclesia Sanctæ Mariæ de Plano, et cæteris ad ipsum jure pertinentibus: ecclesiam Sanctæ Christinæ; ecclesiam Sancti Nicolai, et ecclesiam Sancti Antonini: plebem Sancti Pancratii cum ecclesia Sancti Nicolai et hospitato ejus juxta Taronem, et cum ecclesia Sancti Anastasii infra urbem, et cæteris ad ipsam plebem pertinentibus: plebem Sancti Martini cum decimis: plebem Sancti Prosperti cum decimis; plebem de Purpurano cum capellis suis: plebem de Molandriano: plebem Sancti Calliani cum decimis: capellam de Vilignano: capellam de Marano: capellam de Meletulo: capellam de Ballone: capellam de Corviaco intra castrum sitam: capellam de Barca: capellam de Marzalis: capellam de Azano, capellam de Vallera inferiore: capellam de Travagnano; capellam de Terentio: capellam de Sancti Secundi: capellam de Pizzo: capellam de Palazione: capellam de Vico lungo: capellam de Sala; jus quod habetis in capella Sancti Gorgii de Pratis, et in capella de Ponticello, ac in capella de vico Pauli: capellam de Ulmo: capellam de Salerno cum hospitali: capellam Sancti Laurentii de Meletula cum omnibus ad prædictas plebes et capellas jure pertinentibus; decimas omnium habitantium in ipsa civitate, et in suburbis; quemadmodum secundum divisionem plebium eas usque ad

hæc tempora legitime possidetis, vestram partem A oblationum quæ offeruntur in vigilia et festivitate Sancti Domini de Burgo et in Assumptione Beate Marie in plebe de Cornilio. Decernimus ergo ut nulli omnino ecclesiasticæ vel sæculari personæ fas sit eandem canonicam tenere perturbare, aut bona vestra, vel possessiones auferre, retinere, minuere, seu quibuslibet videbitis exactionibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva episcopi vestri canonica reverentia. Ad iudicium autem huius a sede apostolica perceptæ protectionis, bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annualiter persolvētis. Si quis igitur in futurum, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove cominatus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscāt, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensium episcopus ss.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem ss.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus ss.

Ego Stantius presb. card. tit. Sanctæ Savinæ ss.

Ego Gibertus presb. card. tit. S. Calixti ss.

Ego Rainerus presb. card. tit. Sanctæ Priscæ ss.

Ego Goyzo presb. card. tit. Sanctæ Cæciliæ ss.

Ego Thomas presb. card. tit. Vestinæ ss.

Ego Hubaldus diacon. card. Sanctæ Mariæ in Vila Lata ss.

Ego Guido Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diac. card. ss.

Ego Petrus diac. card. Sanctæ Mariæ de Porticu ss.

Datum Lat. per manum Baronis capellani et scriptoris, vii Idus Novembris, indictione v, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno duodecimo.

Pendet bulla plumbea.

CDLXXXVI.

Privilegium pro ecclesia Frisingensi.

(Anno 1144, Nov. 20.)

[*Monumenta Boica*, IX, p. 24.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Ottom Frisingensi episcopo, ejusque

successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Ex commisso nobis a Deo apostolatus officio fratres nostros episcopos debemus diligere, et Ecclesiam sibi a Deo commissam suam justitiam conservare. Proinde, dilecte a Domino frater Otto episcopo, preces tuas rationabiles clementer admittimus; et personam tuam cum commissa tibi a Deo ecclesia sub beati Petri et nostra protectione et presentis scripti patrocinio communimus; statuantes ut quas-cunque possessiones, quas-cunque bona eadem ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Domino propitio, poterit adipisci, firma tibi hincque successoribus et illibata permaneat. Sancimus etiam ut in quocunque episcopatu, in fundo Frisingensis ecclesie monasteria, vel ecclesie edificatae sint, assensu et consilio tuo in eis presbyteri statuatur. Jura quoque tue ecclesie, que venerabilis frater noster Conradus Salzeburgensis archiepiscopus recognovit, et scripti sui auctoritate firmavit, tibi et commissa ecclesie confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut decimas, bona et possessiones ipsius auferre, vel ablata retinere, minuere, vel ab ipsa alienare, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur tuis tuorumque successorum usibus profutura. Præterea, quoniam advocati ad defensionem ecclesie statuuntur, advocatis ipsius ecclesie omnino interdiciamus, ne aliquid gravamen eidem loco, vel rebus ad ipsum pertinentibus inferre, vel aliquid præter jus suum ab eis exigere præsumant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove cominatus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant.

Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gregorius diaconus SS. Sergii et Bacchi.

Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, xii Kal. Decembris, indictione v, Incarnationis Dominicæ anno 1144, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno xii.

CDLXXXVII.

Privilegium pro monasterio Wezzinbrunnensi.

(Anno 1141, Nov. 20.)

[*Monumenta Boica*, tom. VII, p. 380.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis WATTONI Wezzenbrunnensi abbati ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisorum omnium honorum Deo commissa est, ut religiosas personas, et earum diligamus ecclesias, et ne pravorum hominum infestationibus rerum suarum detrimenta sustineant apostolicæ defectionis moderamine nos convenit providere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus paterna benignitate annuimus, et Wezzinbrunnense monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut ordo monasticus, qui secundum beati Benedicti Regulam in eodem monasterio institutus esse cognoscitur, perpetuis futuris temporibus ibidem inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: duas partes videlicet decimæ de Risbach, sicut a venerabili fratre nostro Henrico Ratisponensi episcopo vobis rationabiliter concessæ sunt, et scripto suo firmatæ: prædia videlicet hæc: Achselswanc, Pansingen, Piberbach, Waltenberg, Wolmutsahe, Gutingen, Gezines, Izenes. Sancimus etiam ut nullus ipsius loci advocatiam sibi usurpare vel ab aliquo recipere audeat, nisi quem abbas et fratres secundum Dei timorem et ipsius monasterii utilitatem communiter providerint eligendum. In ecclesiis quoque quæ juris vestri monasterii esse noscuntur, quemadmodum in generalibus conciliis statutum est, assensu et consilio vestro presbyteri statuuntur. Porro super decimis a fratribus nostris Wolfango Ratisponensi et Uklarico Augustensi episcopis ecclesiæ vestræ concessis, successoribus suis nullatenus liceat vos ausu temerario fatigare, aut aliquam vobis inferre molestiam. De fundo quoque vestri monasterii, seu etiam de novalibus, aut aliis laboribus vestris quos propriis manibus sumptibusque colligitis, juxta quod a nobis in generalibus est statutum conciliis, a vobis exigi decimas auctoritate apostolica prohibemus. Nulli etiam fratrum vestrorum fas sit post factam in eodem monasterio professionem absque abbatis vel fratrum licentia inde discedere vel ad alia loca transire: discedentem vero nullus episcoporum vel abbatum suscipere audeat, vel retinere. Ad hæc præsentis decreto sancimus, ut nulli episcoporum licentia pateat angarias,

A vel alias exactiones monasticæ quieti et utilitati contrarias, vobis vel ecclesiæ vestræ imponere. Porro sepulturam ipsius loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi excommunicati sint, nullus obsistat. Nulli regum ergo, ducum, marchionum vel aliorum hominum fas sit præfatum monasterium super hac nostra constitutione temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet vexationibus infestare, sed omnia integra conserventur, vestris usibus omnimodis profutura. Si quis autem hujus nostri decreti paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrue emendaverit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat, et excommunicationi subiaceat. Conservantes vero hanc eorumdem apostolorum benedictionem et gratiam consequantur. Amen.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Gerardus presbyter cardinalis S. Crucis in Jerusalem.

Ego Ivo presbyter card. SS. Laurentii et Damasi.

Dat. Laterani per manus Baronis capellani et scriptoris, xii Kal. Decembris, indictione v, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno duodecimo.

CDLXXXVIII.

Monasterii Marcianensis protectionem suscitavit bonæ ac privilegia confirmat.

(Anno 1141, Dec. 1.)

[BUZELIM, *Gallo-Flandria sacra et profana*, 1 part., p. 346.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis monachis Marchianensibus, tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum memoriam.

Officii nostri nos monet auctoritas religiosa loca diligere, et ea opportuno consolationis munimine confovere. Hujus rei gratia, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus paterna benignitate impertimur assensum, et Marchianense monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona præfatum monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, etc. Nam postea latissime possessiones, decimas et altaria Martianensibus obnoxia enumerat, quibus tandem omnibus hæc subjicit: Quæ videlicet universa in consuetæ libertatis immunitate decernimus permanere, quatenus fratres qui et omnipotenti

Deo debita possint servituta exhibere. Ad hæc adjuvantes sancimus ut nulli omnino liceat præfatum monasterium et ecclesiam Hamagiensem absque manifesta et probata culpa a divinis officiis interdiceret. Nullus quoque ibidem qualibet subreptionis astutia vel violentia in abbate præponatur, sed liceat vobis communi consilio, vel parti consilii senioris, secundum Dei timorem et B. Benedicti regulam, absque ullius contradictione abbatem eligere. Chrisma vero, oleum sacrum, consecrationes altarium seu basilicarum, benedictionem abbatis, ordinationem monachorum vel clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocæsano episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem sedis apostolicæ habuerit, et ea gratis, et absque pravitate aliqua voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum quemcunque malueritis adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulastis indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integra et illibata conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, temere contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum per manum Baronis capellani et scriptoris, Kalend. Decembris, indict. v, Incarnat. Dom. anno 1141, pontificatus domini Innocentii II papæ anno XII.

CDLXXXIX.

Sententiam Conradii III, RR., pro monasterio S. Blasii contra episcopum Basileensem latam, confirmat.

(Anno 1141, Dec. 6.)

[NEUGART, *Cod. diplom. Alem.*, II, 74.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis G. (173) abbati et monachis S. Blasii, salutem et apostolicam benedictionem.

Quæ pro bono pacis et Ecclesiarum quiete secundum æquitatis et justitiæ moderationem contracta sunt, ut nulla possint in posterum refragatione

A constringi, sedis apostolicæ debent unumimine roborari et in sua stabilitate firmari. Concordiam itaque, quæ de contentione subjectionis et advocatiæ monasterii vestri inter vos et Basileensem Ecclesiam per charissimum filium nostrum Conradum, Illustrum Romanorum regem, rationabiliter facta est, et hinc cum scriptis et testibus confirmata, sedis apostolicæ auctoritate roboramus, ratamque et inconvulsam manere sancimus. Si quis autem hujus nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat.

Datum Laterani VIII Idus Decemb.

CDXC.

Ad Gregorium Bergomatem episcopum.

(Anno 1141, Dec. 13.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, IV, 450.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GREGORIO Bergomensi episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

In eminenti sedis apostolicæ specula disponente Domino constituti ex injuncto nobis officio fratres nostros episcopos debemus diligere, et Ecclesiis sibi a Deo commissis suam justitiam conservare. Proinde, dilecte in Domino Fr. G. episcopo Bergomensis, Ecclesiæ, cujus a Deo tibi cura commissa est, patria sollicitudine providentes, statuimus ut quascunque possessiones, quæcunque bona in presentiarum juste et canonice possides, aut in futurum largiente Domino rationabilibus modis poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant, canonici quoque S. Vincentii, tam præsentis quam futuri, canonicam et debitam obedientiam tuisque successoribus exhibeant, nec occasione privilegii ab apostolica sede percepti eam subtrahant. Si qua igitur ecclesiastica secularive persona, etc. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus subsc.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus subsc.

Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Jerusalem subsc.

Ego Guido S. R. E. indignus sacerdos subsc.

Ego Suasinus presb. card. tit. S. Stephani subsc.

Ego Boetius presb. card. tit. S. Clementis ss.

Ego Ivo presb. card. S. Laurentii in Damaso ss.

Ego Gregorius tit. Calixti presb. card. subsc.

Ego Gratianus presb. card. tit. S. Sabinæ subsc.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Guido diac. card. SS. Cosmæ et Damiani ss.

Ego Hubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata ss.

Ego Gerardus diac. card. S. Mariæ in Domnica ss.

(173) *Lege* : Gunthero, qui Bertholdo, v Nonas Augusti h. a. defuncto, successit. *Vid. Hist. Silvæ Nigræ*, t. I, p. 385.

Ego Petrus diac. S. Mariæ in Aquiro subsc.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, Id. Decemb., Indict. v, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontif. vero D. Innoc. PP. II anno XII.

CDXCI.

Ecclesiæ S. Mariæ Cæsaraugustanæ protectionem suscipit et canonicorum bona confirmat.

(Anno 1141, Dec. 15.)

[ARRUEGO, *Catedral. episcop. de Zaragoza*, p. 792.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO priori, et canonicis ecclesiæ S. Mariæ Cæsaraugustanæ civitatis, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare; nec enim Deo gratius aliquando impenditur famulatus, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus, hoc nimirum charitatis intuitu, venerabilis fratris nostri Bernardi episcopi vestri precibus inclinati, præfatam Dei genitricis semperque Virginis Mariæ ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus, quemadmodum a præfato fratre nostro, secundum beati Augustini regulam in eadem ecclesia constitutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Cæsaraugustani episcopi canonica justitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communiata, si non reatum suum congrua satisfactione emendaverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi, abstineat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gregorius diacon. card. SS. Sergii et Bacchi.

A Ego Gerardus presbyter cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem.

Ego Otto diacon. card. Sancti Gregorii [f. Georgii] ad Velum Aureum.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos.

Ego Guido diacon. cardin. Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Ego Ibo presbyt. cardinal. Sancti Laurentii tit. Damasi.

Ego Petrus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu.

Datum Laterani per manum Baronis capellani et scriptoris, xviii Kalendas Jan., indictione v, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domni Innocentii papæ secundi anno XII.

CDXCII.

Henrico Moraviensi episcopo, pagani de Prussia prædicare cupienti, indulget licentiam crucem ante se ferendi.

(Circa annum 1141, Jan. 31.)

[BOCZEK, *Cod. diplom. Morav.*, I, p. 212.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HENRICO, Moraviensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Non decet episcopum ad pascendum gregem Dominicum constitutum proprias oves jejunas relinquere, et alienis pabula ministrare. Si tamen pagani de Prussia verbum Domini prædicare et eos ad fidem Christi convertere desideras, et fructum Ecclesiæ Dei exinde proventum existimas, opus est ut per episcopatum tibi a Deo commissum honestas et discretas personas interim constituas, quæ corrigenda corrigant, et quæ statuenda fuerint ad honorem Dei stabiliant, et quæ ovibus tibi a Deo commissis vitæ pabula subministrent. Postmodum vero si tantum laborem Ecclesiæ Dei utilem cognoveris, tam sanctum opus auxiliante Domino studeas adimplere. Crucem quoque ad memoriam Dominicæ passionis et inimicos Christi convertendos in terra illius gentis ferendi ante te fraternitati tuæ licentiam indulgemus. Denuntiato etiam illi genti verbo Domini ad populum tibi commissum redire non differas.

Datum Laterani ii Kalendas Februarii.

CDXCIII.

Henrico Moraviensi episcopo concedit licentiam prædicandi pagani in Prussia; attamen ut populum suum rebellem reformare non negligat.

(Circa annum 1141, April. 1.)

[BOCZEK, *Cod. dipl.*, I, p. 213.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HENRICO Moraviensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Qui pastoralis officii regimen in Ecclesia Dei obtinent, et ad aliorum regimina proponuntur, sollicita debent consideratione perpendere, quod non tantum de propriis, sed etiam de subditorum suorum excessibus reddituri sunt supremo judici rationem. Quamvis itaque, charissime in Christo frater, populus tibi a Deo commissus duræ cervicis sit, tibi que

rebellis et inobediens existat, valde nobis tibi expedire videtur, ut pro ipsius adhuc salute et admonitione attentius debeas laborare, et quantum in te est, ad viam rectitudinis revocare. Scriptum namque est : Clama, ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam ; et rursus scriptum est : Si dicente me ad impium : Morte morieris, non annuntiaveris ei, et neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia, et vivat ipse impius in iniquitate sua, morietur ; sanguinem autem ejus de manu tua requiram ; si autem tu annuntiaveris impio, et ille non fuerit conversus ab iniquitate sua, morietur ; tu autem animam tuam liberasti. Hinc etiam Ephesius Paulus dicit : mundæ sunt hodie manus meæ a sanguine omnium vestrum ; non enim subterfugi, quo minus annuntiarem omne consilium Dei vobis. Mundus ergo a sanguine eorum non esset, si eis consilium Dei annuntiare nolisset ; quia cum increpare delinquentes noluerit, eos procul dubio tacendo pastor occidit. Ideoque etsi, quod absit ! tuis communitio-nibus converti noluerint, ipsi in impietate sua morientur, tu vero de morte ipsorum eripies. Verum si ad paganos, de quibus nobis te significasti transire, iisque verbum Dei et fidem christianam annuntiare discretioni tuæ videtur utile, nobis placet, ita tamen ut ad commissum tibi populum quam citius redire non negligas.

Datum Laterani Kal. Aprilis.

CDXCIV.

Clerum episcopatus Olomucensis contra prohibitionem episcopi sui divina celebrantem arguit, monetque ad obedientiam et reverentiam sui episcopi.

(Circa annum 1141, April. 1.)

[Boczek, *Cod. diplom.*, t. 1, p. 214.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, abbatibus canonicis, et clericis per Olomucensem episcopatum constitutis.

Quod vos de beati Petri et nostra gratia minime salutamus, non nostræ severitati, sed vestræ potius inobedientiæ et præsumptioni est ascribendum. Audimus enim, quod tamen valde dolemus, vos in tantam insaniam prorupisse, quod contra prohibitionem venerabilis fratris nostri Henrici, episcopi vestri, divina officia celebrare præsumitis et excommunicatos suos recipere et sacramenta ecclesiastica, quæ Dei sunt, cum eis communicare nullatenus formidatis. Quod quam execrabile sit, quantum animarum vestrarum saluti contrarium, sanctorum Patrum decreta manifeste declarant. Ait namque Calixtus papa inter cætera : Excommunicatos a sacerdotibus nullus recipiat, nec cum eis in oratione, aut cibo aut potu, aut consilio communicet, nec ave eis dicat, quia quicumque in iis vel in aliis prohibitionem scienter excommunicatis communicaverit, juxta apostolorum institutionem et ipse simili excommunicationi subiaceat. Ab his ergo clerici et laici se abtineant, qui eadem pati noluerint. Item ex Carthaginiensi concilio. Qui communicaverit vel oraverit cum excommunicato, si laicus est, excommunicetur ;

A si clericus, deponatur. Quæ cum ita sint, per apostolica scripta universitatem vestram monemus et monendo præcipimus, ut de tantis excessibus præfato fratri nostro, episcopo vestro, digne satisfaciatis, et ad ipsius obedientiam et reverentiam cum omni devotione humiliter redeatis ; alioquin excommunicationis vel depositionis sententiam quam in vos canonica æquitate promulgaverit, beati Petri principis apostolorum, et nostra auctoritate firmabimus.

Datum Laterani Kalendis Aprilis.

CDXCV.

Ad Raimundum, Rusticum et Baronem presbyteros.

(Anno 1138-1142, Mart. 14.)

[BALUZ, *Miscell.*, IV, 591.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, RAIMUNDO, RUSTICO atque BARONI presbyteris, salutem et apostolicam benedictionem.

Non dubium vobis quod ecclesiam Sancti P. ad reformandam in eodem loco religionem dilectis filiis nostris J. priori et fratribus ecclesiæ S. Fridiani commisimus. Proinde apostolica vobis auctoritate mandando præcipimus ut quod a nobis exinde factum est irrefragabiliter observetis, et neque in eadem ecclesia, nec in aliquo loco ad eam pertinente absque eorumdem fratrum licentia maneatis. Quod si contradictores extiteritis, nisi infra quindecim dies post susceptionem præsentium litterarum, ab hujusmodi pertinacia resipueritis, extunc divinum vobis officium interdicimus.

Data Laterani II Idus Martii.

CDXCVI.

Robotonem comitem hortatur ut ecclesiæ Baumburgensi prædium quoddam restituat.

(Anno 1138-1142, Nov. 24.)

[Hujus epistolæ mentio existat apud. LANG, *Regesta*, I, 158.]

CDXCVII

Ad milites et bonos homines Nogaræ.

(Anno 1138-1142, Nov. 25.)

[MURATORI, *Antiq. Ital.*, II, 179.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, dilectis filiis militibus et bonis hominibus Nogaræ, salutem et apostolicam benedictionem.

Perlatum est ad aures nostras quod Nogaricensem Silvam, quam comitissa Mathildis a monasterio Nonantulano sub annuali pensione tenuit, et antequam moreretur, eidem monasterio reddidit, extirpaveritis, eamque vestris usibus excolatis. Et quoniam valde periculosum est ecclesiarum justitiam minuere vel retinere, per præsentia vobis scripta mandamus atque præcipimus quatenus de laboribus, quos ibidem excolitis, præfati monasterii fratribus jus suum integre persolvatis.

Datum Laterani VII Kalendas Decembris.

CDXCVIII.

A[lberoni] archiepiscopo Treuirensi mandat ut abbatem S. Maximini propter peculatum Simoniamque excommunicet.

(Anno 1138-1142, Dec. 5.)

[Hujus privilegii mentio existat apud JAFFÉ, *Regesta Rom. pont.*, p. 592.]

CDXCIX.

Monasterii Moqasteriensis [Münchmünster] bona alienari vetat.

(Anno 1138-1142, Dec. 5.)

[LANG, *Regesta*, I, 132.]

D.

P. marchionem hortatur ut monasterio B. Petri [Münchmünster] ablata restituat.

(Anno 1138-1142, Dec. 8.)

[LUDEWIG, *Script. rer. Germ.*, t. I, p. 580.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio D. [DIETPOLDO] marchioni, salutem et apostolicam benedictionem.

Quisquis Deo placere desiderat, expedit ut religiosos viros, divino famulatu mancipatos, juxta facultatem sibi a Deo concessam juvet et manuteneat, et in suis opportunitatibus opem eis et consilium præbeat. Ideoque nobilitati tuæ rogando mandamus, ut religiosos fratres, in ecclesia B. Petri Monasteriensis Domino servientes juves et manuteneas, et si quid de bonis eorum injuste detinere cognoscis, eis restituas. Valde namque periculosum est et animarum salutem contrarium, ea quæ pro remissione peccatorum aut requie animarum venerabilibus ecclesiis concessa sunt alienis usibus applicare. Rogamus etiam et in peccatorum remissionem injungimus, ut occasione advocatiæ vel injusta exactione eorundem fratres vel eorum familiam inquietari ab aliquo non permittas, sciens pro hujusmodi Dominum propitium tibi facies, et æternæ retributionis præmia acquires.

Datum Laterani vi Idus Decembris.

DI.

Henricum Wintoniensem episcopum. — De facultate audiendi querimonias monachorum Westmonasterii.

(Anno 1138-1142, Dec. 9.)

[WILKINS, *Concil. Magnæ Britanniae*, I, p. 418 ex ms. Cotton. Vitell. A, xvii, f. 17 b.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HENRICO Wintoniensi episcopo, apostolicæ sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex parte filiorum nostrorum monachorum beati Petri Westmonasterii per dilectum filium nostrum Osbertum querelam accepimus, quod videlicet ecclesiæ possessiones et bona ipsius monasterii a multis in partibus illis eis auferantur, et violenter detineantur. Et cum ad hoc vices nostras in terra illa obtines, ut injuriam patientibus, præcipue personis ecclesiasticis, justitiam facias; per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus querimonias eorum audias, et debitam eis justitiam facias exhiberi,

A et nullam eis injuriam vel molestiam permittas irrogari.

Data Laterani quinto Idus Decembris.

DII.

Ad conventum Westmonasteriensam. — De canonizatione regis Edwardi.

(Anno 1138-1142, Dec. 9.)

[WILKINS, *ibid.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis G. abbati, et fratribus S. Petri Westmonasterii, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum religiosum virum priorem Osbertum a vestra fraternitate cum litteris vestris directum gratanter accepimus, eum pro merito probitatis et conversationis egregiæ, ut dilectum filium nostrum proprie et specialiter vobis commendamus, cujus honesta importunitas adeo nos coegit vestro satisfacere desiderio, ut, si sufficientia præ manibus habuissetis testimonia episcoporum et abbatum jam canonizatum in catalogo sanctorum a Romana secum curia reportasset regem vestrum. Ea de causa consuleribus fratribus nostris episcopis et cardinalibus, petitionem vestram perficere hac vice distulimus, quia, cum tanta festivitas debeat fieri ad honorem et profectum totius regni, ab omni regno pariter debet postulari. In vestro igitur pendet arbitrio, congrua, si vultis, testimonia querere, et eadem per instructas monasterii vestri personas nostro conspectui præsentare. In his vero et in cæteris secundum Deum preces vestras libenter volumus exaudire, et jura vestri monasterii vobis illibata servare. Inde est quod venerabili fratre nostro Henrico, Wintoniensi episcopo, apostolicæ sedis legato, per apostolica scripta mandavimus ut de his qui ecclesias, possessiones et bona vestri monasterii injuste detinent, plenam vobis justitiam faciat. Vestra itaque interest, dilecti in Domino filii, ita juxta professionem vestram religiose vivere, et beati Benedicti Regulam observare, ut vestræ bonæ conversationis exemplum alios ad bene vivendum edoceat, et mater vestra sancta Romana Ecclesia de vestris bonis actionibus valeat exultare.

Data Laterani quinto Idus Decembris.

DIII.

Ad archiepiscopos, episcopos, abbates et priores.

(Anno 1138-1142, Dec. 29.)

[LE PAGE, *Bibl. Præm.*, p. 421.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis abbatibus, præpositis et prioribus ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Non videtur fraternæ charitatis amore succensus, qui quod sibi non vult fieri, proximo suo ausu temerario inferre præsumit, sed et quanto aliquis majore dignitate atque officio decoratur, quove amplius religiosus dici et esse desiderat, eo magis debet attendere, ne quicquam extraordinarium vel

minus canonicum in suis actionibus valeat inveniri, sed potius ejus opera coram hominibus luceant et per ipsius bona studia omnipotens Dominus collaudetur. Cujus rei gratia fraternitati vestræ mandamus et apostolica auctoritate præcipimus, ut nullum de conversis vel cæteris fratribus Præmonstratensis ordinis post factam in suo loco professionem et promissam obedientiam absque prælati sui licentia recipiatis. Et si quis eorum contra hanc nostram prohibitionem ad vos confugium fecerit, absque contradictione vel molestia eundem transfugam proprio abbati vel prælato suo reddatis. Quod si contemptores extiteritis, indignationem sedis apostolicæ vos incursuros esse sciatis.

Datum Laterani quarto Kalend. Januarii.

DIV.

Heloisæ abbatissæ et sororibus Paraclitensibus asserit bonæ a Gundrico sacerdote concessa.

(Anno 1138-1142, Dec. 30.)

[ABELARDI et HELOISÆ Opp., 348.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus HELOISÆ abbatissæ, et sanctimonialibus Paraclitensibus cœnabii salutem et apostolicam benedictionem.

Religiosis desideriis dignum est facilem præbere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Quanto itaque feminis sexus existat fragilior, tanto magis erga vos paternam curam atque sollicitudinem volumus exhibere, et in quibus secundum Deum possumus quieti et utilitati vestræ salubriter providere. Locum itaque suum cum omnibus ad ipsum pertinentibus, quem Gundricus sacerdos in paterno prædio constructum religiosorum præcipuum et consilio rationabiliter vobis concessit, auctoritate vobis apostolica confirmamus, et concessionem ipsam præsentis scripti pagina roboramus. Si quis autem, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Laterani III Kal. Januar.

DV.

Ad D. plebanum de Massa et universos capellanos ejusdem plebis.

(Anno 1139-1142.)

[BALUZ., *Miscell.*, IV, 590.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio D. plebano de Massa et universis capellanis ejusdem plebis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ignotum vobis esse non credimus quod Ecclesiam S. Pantaleonis charissimis filiis nostris, J. priori et cæteris fratribus Ecclesiæ S. Fridiani commisimus. Quapropter apostolica vobis auctoritate mandando præcipimus quatenus populum vobis commissum commoneatis ne jam dictis fratribus ullam exinde molestiam inferant, sed potius eosdem ibidem quiete

permanere permittant. Quicumque vero eis super hoc contrarietatem inferre præsumperit, ab eo, donec respiscat, tanquam ab excommunicato abstinere, eumque in Ecclesiis vestris publice notetis. Porro Signoretum atque Rplandum presbyteros, quorum unus in ecclesia S. Pantaleonis, alter vero in ecclesia S. Antonii contra interdictum nostrum celebrare officium præsumperunt, XIV Kal. Aprilis ad nostram præsentiam invitamus super his canonicè respondere paratos.

Data Laterani Idus Februar.

DVI.

Ad R[iboaldum] archiepiscopum Mediolanensem, et Ar[dizzonem] Comensem et J[onanni] Laudensem, episcopos. — Ut homines non prohibeantur accipere monachilem habitum in fine, neque sepeliri in monasteriis, nisi excommunicati.

(Anno 1139-1142, April. 23.)

[Ang. THEINERUS, *Disquisitiones criticæ*, p. 366, ex codice Vaticano num. 1364, fol. 255.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus R. Mediolanensi archiepiscopo, Ar. Cumano et J. Laudensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Perlatum est ad aures nostras quod, contra Romanæ Ecclesiæ privilegia, quædam nova et inaudita vestris parochiis statuerentur contendatis, ut videlicet nullus deinceps sæcularium in monasteriorum cœmeteriis tumuletur; et si quis infirmitate præventus se monachum fieri postulaverit, nullatenus suscipiatur. Mandamus itaque vobis et universo clero vestro quatenus ab hujusmodi præsumptione omnimodis desistatis, et eos qui in vita vel in morte in monasteriis converti vel sepeliri decreverint, ut, juxta consuetudinem hactenus habitam, eis liberam licentiam permittatis, per apostolica vobis scripta mandando præcipimus, nisi forte excommunicati fuerint.

Dat. Laterani IX [Kal.?] Maii.

DVII.

Ad A. archidiaconum Lucensem.

(Anno 1141-1142, Jan. 17.)

[BALUZ., *Miscell.*, IV, 591.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio A. Lucano archidiacono, salutem et apostolicam benedictionem.

Ecclesiam S. Salvatoris de Mustolio, quæ Beati Petri juris esse dignoscitur dilectis filiis nostris Jer. priori et fratribus Sancti Fridiani commissimus, et presbyteris qui eidem Ecclesiæ deserviunt, ut eis obedientiam et reverentiam exhiberent, præcipiendū mandavimus. Qui tanquam rebelles et contumaces nobis inobedientes existunt, et ipsis juxta mandatum nostrum obedire contemnunt. Quocirca per præsentia tibi scripta mandamus atque præcipimus quatenus eosdem presbyteros usque ad proximam Purificationem beatæ Mariæ præfato filio nostro Jer. obedientiam et reverentiam exhibere ex nostra parte districtè commoneas. Quod si contemptores extiterint, ex tunc ab officio et beneficio ecclesia-

stico eos removeas, donec de contemptu et inobedientia nostro se conspectui representent satisfactori.

Data Laterani xvi Kal. Februar.

DVIII.

Ad R. priorem et canonicos S. Angeli.

(Anno 1141-1142, Mart. 13.)

[BALUZ., *ibid.*, p. 592.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, R. priori et canonicis S. Angeli in Foro, salutem et apostolicam benedictionem.

Displicet nobis quod pro una eademque re sæpe vobis scribere compellimur. Per aliam siquidem vobis præcipiendo mandasse meminimus, ne dilectos filios nostros canonicos S. Fridiani super Ecclesia S. Salvatoris in Mustolio infestaretis, et parochianos vestros ab eorum infestatione compesceretis. Quod sicut ad audientiam nostram perlatum est effectui mancipare neglexistis, et quamvis vos dissimuletis, et contra vestram voluntatem hoc fieri dicatis, parochiani tamen vestri eos infestare et graviter injuriare non desistunt. Unde iterato vobis mandamus et mandando præcipimus ut sicut Beati Petri et nostram gratiam habere vultis, nullam prædictis fratribus injuriam, nullam violentiam inferatis, aut a parochianis vestris inferri permittatis, sollicitè præcaventes ne in pœna eis sitis consortes, quibus in maleficio estis consentientes; facientis enim procul dubio culpam habet, qui quod potest corrigere neglexit emendare.

Data Laterani iii Id. Martii.

DIX.

Ad Arnaldum Narbonensem archiepiscopum.—*Excommunicationis sententiam se promulgasse significat in consules Montispessulani qui, expulso Guillelmo eorum domino, ab ejus se fidelitate subtraxerant.*

(Anno 1142, Jan. 1.)

[D. BOUQUET, *Recueil*, XV, 406.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Narbonensi archiepiscopo [ARNALDO] et suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem.

Qualiter Montispessulani homines, tanquam infideles et perfidi filium nostrum Guillelmum expulerint, et seipso ab ejus servitio et fidelitate subtraxerint, prudentiam vestram latere non credimus. Unde nos quorum præcipue interest nequitiam ipsorum animadversione debita comprimere, et eidem filio nostro in sua justitia non desse, in illos qui ipsius loci consules appellantur, et alios omnes qui tantæ malitiæ capita esse noscuntur, excommunicationis sententiam promulgavimus, et locum ipsum a divinis officiis interdiximus, præter baptismum puerorum et pœnitentias morientium. Et quoniam qui excommunicatis scienter participat, excommunicationi se subjicit, per præsentia vobis scripta mandamus quatenus parochianos vestros ab eorum auxilio subtrahatis, et ne ipsis in aliquo communicare præsumant, districtè cogere studeatis.

Datum Laterani Kalend. Januarii.

DX.

G[uillelmo] Mimatensi et H[umberto] Anticiensi episcopis ut superiore epistola de Montispessulania scribit.

(Anno 1142, Jan.)

[Hujus epistolæ mentio tantum exstat apud GABRIEL, *Series præsulum Magalon. et Monspel.*, I, 182.]

DXI.

Monasterii Mortuimaris privilegia confirmat.

(Anno 1142, Jan. 4. — Fragmentum.)

[*Neustria pia*, p. 779.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ADÆ abbati de Mortuomari ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, etc.

Datum Laterani per manum Gerardi, S. R. E. presbyteri cardinalis et bibliothecarii, ii Nonas Januarii, indict. v, anno Dominicæ Incarnationis 1141, pontificatus vero D. Innocentii papæ xii.

DXII.

Privilegium pro abbacia Longipontis.

(Anno 1142, Jan. 5.)

[MULDRAC (Ant.), *Chronicon abbatiæ Longipontis*, p. 9.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, HUGONI abbati Longipontis, ejusque fratribus presentibus et futuris regulariter substituendis in perpetuum.

Dilecti in Domino filii, vestris justis petitionibus clementer annuimus, et beatæ Dei Genitricis monasterium de Longoponte in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communitus: statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona monasterium vestrum in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus.

Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos.

Ego Martinus presbyter cardinalis tit. Sancti A Stephani.

Ego Stantius presbyt. card. tit. S. Sabinae.

Ego Ravierius presbyter cardinalis tit. S. Priscæ.

Ego Yvo presbyt. card. S. Laurentii tit. Damasi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Otto diacon. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido diaconus SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Lumbaldus diac. card. S. Mariæ in via Lata.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliothecarii, Nonas Januarii, indictione v, anno Dominicæ Incarnationis 1141; pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno xii.

DXIII.

Privilegium pro ecclesia Berchdesgamensi.

(Anno 1142, Jan. 8.)

[HUNDIUS, *Metropolis Salisburg.*, II, p. 158.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis EBRAWINO Ecclesiæ Berchdesgadmensis ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectum debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter entescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Verumtamen petitionibus illorum ampliori charitate nos oportet intendere quorum loca in religione fundata ad jus sanctæ Romanæ Ecclesiæ specialius pertinere noscuntur. Eapropter dilecti in Domino filii vestris justis petitionibus clementer annuimus, et præfatum Beati Petri monasterium in quo divino mancipati estis officio ad exemplar prædecessorum nostrorum bonæ memoriæ Paschalis et Calixti Romanorum pontificum sub beati Petri et nostræ protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus statuentes, ut quas-cunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: silva quæ cellæ adjacet, Niderheim, Sconenberg, Flözze, et reliqua quæ comes Berengarius et filius ejus Gebehardus eidem loco dederunt. Quidquid in orientali plaga legitime possidetis. Testentete et cætera quæ Engelwanus, Heinricus et Bernhardus de Mosa, Willehalmus de Huba, et alii vicini eorum vobis rationabiliter contulerunt, Rotelonen cum suis pertinentiis, Hehnigen cum cæteris quæ Carolus et fratres ejus vobis similiter donaverunt. Ea etiam quæ Rudolphus de Lungowe eodem modo vobis contulit. Sancimus etiam ut nulli omnino hominum liceat vitæ canonicæ ordinem, quem secundum Beati Augustini regulam professi estis in vestra ecclesia immutare. Nemini

etiam professionis vestræ facultas sit, alicujus levitatis instinctu vel arctioris religionis obtentu, sine præpositi vel congregationis licentia de claustris discedere: quod si discesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum sine communium litterarum cautione suscipiat, quandiu videbitur in ecclesia vestra canonici ordinis tenor, Domino præstante vigerit. Sane ecclesiastica sacramenta a diœcesano suscipietis episcopo, si quidem gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, et si gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem sacramentorum susceptione, Catholicum quem malueritis adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat.

B Porro loci vestri advocatiam sine præpositi et fratrum consensu aut a fundatorum hæredibus, aut a quibuslibet aliis occupari omnimodis prohibemus. Si vero is cui commissæ fuerit eadem ecclesia, gravis aut inutilis apparuerit, et secundo tertiove communis non emendaverit, ipsum expellendi et alium idoneum loco substituendi, liberam vobis concedimus facultatem. Laborum quoque vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus atque laicus a vobis decimas exigere præsumat. Curam etiam animarum servorum scilicet ipsius Ecclesiæ, qui intra cellam deserviunt, aut circa quam novalia excolunt, cum ipsorum decimis, quemadmodum, permittente Salzburgensi archiepiscopo, hactenus habuistis, salva ipsius reverentia, de cætero vos habere concedimus. Concordiam vero litis, quæ inter vos et Bamburgenses canonicos fuerat, quemadmodum coram venerabili fratre nostro C. Salzburgensi archiepiscopo rationabiliter terminata est atque scripto suo firmata, ratam manere sancimus. Obeunte vero te nunc ejusdem loci præposito, vel ad alterius Ecclesiæ regimen transcunte, sive tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia substituatur vel præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars sanioris consilii secundum Dei timorem et beati Augustini regulam canonicè ei providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint extremæ voluntati et devotioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati, salva tamen justitia matricis ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum ecclesiam temere perturbare, aut ejus bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet indebitis exactionibus vel molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Salzburgensis archiepiscopi canonica justitia. Ad indicium autem hujus a sede apostolica perceptæ protectionis, bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis.

Si qua ergo in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.
Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Alberius Qstiensis episcopus ss.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus ss.

Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani ss.

Ego Boetius presb. card. tit. S. Clementiæ ss.

Ego Petrus presbyt. card. tit. S. Pastoris ss.

Ego Hubaldus presb. card. tit. S. Praxedis ss.

Ego Otto diac. card. S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Vassallus diac. card. S. Eustachii ss.

Ego Petrus diac. card. S. Mariæ de Porticu ss.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri card. et bibliothecarii, vi Idus Januarii, indictione v, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno xii.

DXIV.

Richerspergense monasterium sub sedis apostolicæ protectione recipitur, confirmatisque bonis omnibus, plura monachis et præposito conceduntur privilegia.

(Anno 1142, Jan. 8.)

[COCQUELINES, II, 255.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GERONHO Richerspergensis Ecclesiæ præposito, ejusque fratribus, regulariter substituendis in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, et justis petentium desideriis congruum decet nos impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Conradi Salzburgensis archiepiscopi precibus inclinati, petitiones vestras rationabiles libenter admittimus, et monasterium vestrum, quod est in episcopata Pataviensi, et fundo Salzburgensis ecclesiæ situm, in quo divino mancipati estis officio, sub apostolicæ sedis ac nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes ut tam in vestro quam in monasterio sanctimonialium vobis subdito, ordo canonicus juxta B. Augustini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet,

A aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: fundum videlicet et plebem Richerspergensis cum decima et jure parochiali, capellam Sancti Martini cum suis pertinentiis, vineas in Aschab, villam Crovrat, et reliqua prædia Wenerhero loci ipsius fundatori oblata, patellam salis in Halla, et reliqua prædia a prænominato fratre nostro Salzburgensi archiepiscopo Ecclesiæ vestræ collata, Hostat, et alia prædia quæ Ruopertus obtulit, prædia quæ Fredericus donavit, prædia quæ fuerunt Eglolfi et Eberhardi, cum eorum decima, ab episcopo Frisingensi vobis concessis, et vineas emitas [f. emptas] in Eremesa, et ea, quæ dicit Luitpoldus contulit. Sane laborum vestrorum, quas propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus sive laicus decimas a vobis exigere præsumat. Ecclesiastica nimirum sacramenta a diocesano accipietis episcopo vel a Salzburgensi archiepiscopo, si quidem gratiam et communionem apostolicæ sedis habuerint, et si ea gratis et sine pravitate voluerint exhibere; alioquin, liceat vobis pro eorumdem sacramentorum susceptione Catholicum, quem naueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Et quia sic locus vester est institutus, ut Salzburgensis Ecclesiæ principalis advocatus, ipsius quoque loci sit advocatus, neque ipsi, neque alicui sub advocatione ejus, eundem locum liceat injus gravaminibus infestare. Quod si fecerit, et vobis conquerentibus, non emendaverit, consilio et auxilio præfati archiepiscopi, ipsa advocatia ab inutili auferatur, et alius loco ejus substituatur. Obcunte vero te nunc ejusdem loci præposito, vel alterius ad Ecclesiæ regimen trans-eunte, sive tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia substituatur vel proponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars sanctorum consilii, secundum Dei timorem et B. Augustini regulam canonicè providerint eligendum, Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, extremæ voluntati et devotioni nullus obstet, nisi fuerint excommunicati, salva tamen justitia matricis ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum communium temere perturbare, aut ejus bona vel possessiones auferre, vel ablatas temere retinere, minere, seu quibuslibet indebitis exactionibus, vel molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum Salzburgensis archiepiscopi, et Pataviensis episcopi debita justitia. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tent-

taverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Addentes etiam interdicimus, ut nemini professionis vestræ facultas sit alicujus levitatis instinctu, vel arctioris religionis obtentu, sine præpositi vel congregationis licentia de claustris discedere. Quod si discesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum sine communium litterarum cautione eum suscipiat, quandiu videlicet in Ecclesia vestra canonici ordinis tenor, Domino præstante, vigerit. Si vero secundo vel tertio voratus, redire contempserit, liceat ejusdem loci præposito canonicam in eo proferre sententiam. Cunctis autem eidem ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ retributionis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Stephanus Prænестinus episcopus.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Martyrius presb. cardinalis tit. S. Stephani.

Ego Boetius presb. cardinalis tit. S. Clementis.

Ego Petrus presb. cardinalis de tit. Pastoris.

Ego Ubaldus presb. cardinalis tit. S. Praxedis.

Ego Ubaldus presb. cardinalis tit. SS. Joannis et Pauli.

Ego Vassallo diaconus cardinalis S. Eustachii.

Ego Petrus diaconus cardinalis S. Mariæ de Porticu.

Datum Laterani vi Idus Januarii per manus Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliothecarii, indictione v.

DXV

*Institutionem ordinis Præmonstratensis in Valle-
Secreta confirmat.*

(Anno 1142, Jan. 15.)

[Hugo, *Annal. Præmonst.*, II, p. 643.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Godefrido abbati Vallis-Secretæ ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, justis vestris postulationibus gratum impertientes assensum, statuimus ut ordo canonicus quem professi estis, secundum B. Augustini regulam et institutionem fratrum Præmonstratensium in vestra ecclesia perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Nemini etiam post factam ibidem professionem, alicujus levitatis instinctu, vel majoris religionis

A obtentu fas sit ad alia loca, sine abbatis totiusque congregationis permissione, transire. Quod si fecerit, nullus omnino ipsum sine communium litterarum cautione suscipiat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstet, salva justitia matricis Ecclesiæ. Nulli ergo omnino hominum liceat ecclesiam ipsam temere perturbare, aut ejus bona vel possessiones auferre, retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit; secundo tertiove commonita, si non reatum suum

B congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem locis justis servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis accipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Stephanus Prænестinus episcopus.

C Ego Ivo presbyter cardinalis S. Laurentii tituli Damasi.

Ego Petrus presb. cardinalis de titulo Pastoris.

Ego Goizo presbyter cardinalis tit. Sanctæ Cæciliæ.

Ego Hubaldus presbyter cardinalis tit. Sanctæ Praxedis.

Ego Hubaldus presb. cardin. tit. SS. Joannis et Pauli.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis.

D Ego Petrus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu.

Datum Laterani per manus Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliothecarii, xviii Kal. Febr., indictione iv, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno xii.

DXVI.

Privilegium pro cænobio Munsteriensi (Munster).

(Anno 1142, Jan. 23.)

[Hundius, *Metropolis Salisburg.* II, p. 518.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio RICHARDO abbati cænobii S. Petri siti in loco qui vocatur Monasterium, ejusque

fratribus tam præsentibus quam futuris, regulariter A substituendis, in perpetuum.

Justis votis assensum præbere justisque petitionibus aures accommodare nos convenit, qui licet indigni justitiæ custodes atque præcones in excelsa apostolorum principum Petri et Pauli specula positi, Domino disponente, conspicimur. Quapropter, dilecte in Christo fili Richarde abbas, tuis postulationibus debitæ charitatis affectione accommodamus assensum, et monasterium Beati Petri cui, Deo auctore, præsidet, in tutelam et protectionem sedis apostolicæ suscipientes; præsentis scripti pagina communimus: in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus secundum beati Benedicti regulam ibidem perpetuis temporibus, Domino largiente, inviolabiliter conservetur. Nemini etiam vestra professionis facultas sit alicujus levitatis instinctu, vel arctioris religionis obtentu, sine abbatis vel congregationis licentia de claustris discedere. Quod si discesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum, sine communium litterarum cautione suscipiat, quandiu videlicet in ecclesiâ vestra monastici ordinis tenor, Domino præstante, vigerit. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu etiam aliis justis modis, Domino volente, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus adnotanda vocabulis: duas scilicet partes decimarum et oblationum de duabus parochiis, scilicet Attentionem et Alantinchingen, quæ ad præfatam ecclesiam pertinere noscuntur. Sepulturam quoque illius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva matricis Ecclesiæ debita justitia. Laborum quoque vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Prohibemus etiam ut nullus abbatiam ipsam, loca vel homines ad ipsam pertinentes occasione advocatiæ inquietare, vel indebitis exactionibus molestare præsumptione temeraria audeat. Statuimus etiam ut in parochialibus ecclesiis, quæ ad vestrum monasterium pertinent, presbyteros eligatis, et episcopo præsentetis qui, si idonei fuerint, et canonice reprobari non potuerint, episcopus animarum curam eis committat, ut de animarum quidem cura episcopo respondeant, vobis vero pro temporalibus debitam subjectionem exhibeant. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur; sed liceat vobis communi consilio, vel sanioris partis consensu, secundum Dei timorem et B. Benedicti regulam, absque alicujus contradictione abbatem eligere. Decernimus

ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium vestrum temere perturbare, vel ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut aliquibus injustis vexationibus, vel indebitis exactionibus molestare, sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum diocæsani episcopi canonica reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hauc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit. Secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

SANCTUS PETRUS, SANCTUS PAULUS.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii et Achatii.

Ego Otto diacon. card. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido card. SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Gerhardus diaconus cardinalis S. Mariæ in Dominica.

Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis.

Ego Martinus tituli S. Stephani in Cælio Monte presbyt. cardinalis.

Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus.

Ego Guido presbyter cardinalis tit. S. Chrysgoni.

Ego Petrus presbyt. card. tit. Pastoris.

Ego Hubaldus presbyt. card. tit. SS. Joannis et Pauli.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, vii Kal. Martii, indictione vi, anno incarnationis Dominicæ 1141, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno xii.

DXXVII.

Privilegium pro monasterio S. Petri Rosslebiensi.

(Anno 1142, Jan. 23.)

[*Thuringia sacra*, p. 758.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO præposito et fratribus Ecclesiæ B. Petri in Rostenleve, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos deceat

libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, præfatam ecclesiam in qua Domino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione communimus; statuente ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, sive aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Quidquid etiam Ludovicus et conjux ejus Mathildis consensu hæredum suorum eidem ecclesiæ legitime contulerunt, similiter confirmamus. Obeunte vero te nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, sed liceat vobis communi consilio vel partis consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Augustini regulam absque ullius contradictione eligere. Addentes etiam statimur ut ordo canonicus secundum B. Augustini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Decernimus quoque ut nulli omnino homini liceat præfatam vestram ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præsentia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus N.

Ego Conradus substitutus episcopus N.

Ego Gregorius diaconus card. Divi Georgii, Sergii D et Bacchi N.

Ego Albericus Ostiensis episcopus N.

Ego Otto diaconus card. scribe orbi [l. S. Georgii] ad Velum Aureum N.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus N.

Ego Guido diac. card. Sanctorum Cosmæ et Damiani N.

Ego Martinus presbyter card. Sancti Stephani N.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos N.

(174) Notæ chronologiæ corruptæ.

(175) De excommunicatione Ildefonsi comitis Tolosani constat ex epistola Hugonis Rothomagensis ar-

Ego Stantius [Constantius] presbyter card. H. Sanctæ Savinæ N.

Ego Guido presbyter card. H. Sancti Chrisogoni N.

Ego Rainerius presbyter card. H. Sancti Prisci N.

Ego Thomas presbyter card. S... Pauli N.

Ego Cadalaus diac. card... in Dominica N.

Ego Octovianus diac. card. Sancti Nicolai in Carcere.

Datum sub — mo — [l. Laterani, manu] Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri card. ac bibliothecarii (174), v Kal. Martii, indict. v, Incarnat. Dominicæ anno 1142, pontificatus nostri domni Innocentii papæ II anno xii.

DXVIII.

B Ad Guillelmum Montepessulani dominum. — Significat se episcopis provinciæ Narbonensis mandasse, ut Ildefonsum comitem Tolosanum a ferendo auxilio proditoribus ejus de Montepessulano compescerent, alioquin excommunicandum.

(Anno 1142, Mart. 3.)

[Dom Bouquet, Recueil, XV, p. 406.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio illustri viro GUILIELMO Montepessulani, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut per alia scripta tibi mandasse meminimus, de adversitate tua affectione paterna dolemus, in quibus secundum Deum opem tibi et consilium libenter impendimus. Inde est quod venerabilibus fratribus nostris, illius terræ episcopis, per litteras nostras præcipiendo mandavimus ut Ildefonsum Tolosanum comitem ab auxilio proditorum tuorum de Montepessulano desistere commoneant; quod si contemptor extiterit, ipsum excommunicatum publice denuntient, et in terra sua divina prohibeant officia celebrari (175). De episcopo vero Magalonsensi quid actum sit, per nuntium tuum agnoscere poteris. Tu vero in Domino et in potentia virtutis ejus confortare, quia sperantes in se non derelinquit, sed ad portum optatæ quietis perducit.

Datum Laterani, V Nonas Martii.

DXIX.

Confirmatio bonorum omnium monasterii S. Columbani Bobiensis diœcesis ordinis Casinensis, quod sub protectione B. Petri recipitur.

(Anno 1142, Mart. 8.)

[COCQUELINES, Bullarum, privileg. ac diplom. Rom. ampliss. Collect. II, 258.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis OGLERIO abbati Sancti Columbani Bobiensis, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et salutem consequendam pertinet, animo nos decet libenter concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecte in Domino

chiepiscopi, quam recitat Acherins in appendice ad Opera Guiberti de Novigento, p. 688.

illi, venerabilis fratris vestri episcopi justis precibus inclinati, Beati Columbani ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis privilegii patrocinio communimus, statuentes ut quasunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum possidetis juste et canonice, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis causis, præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem Sancti Martini cum ecclesia et castro, quod dicitur Petra-Carraria, cum omnibus suis pertinentiis, curtem Sancti Salvatoris cum ecclesia et pertinentiis suis, curtem de Cruce cum ecclesia et pertinentiis suis, curtem de Garda cum ecclesiis, districtu, omnibusque pertinentiis suis, curtem de Gravilia cum ecclesia pertinentiisque suis, curtem quæ dicitur Gomorga cum ecclesia pertinentiisque suis, curtem Vignalis cum ecclesia et pertinentiis suis, curtem Carelli cum ecclesia et pertinentiis suis, plebem Sancti Albani in Candubrio cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Evasii in Quintiniano cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Georgii quæ est sita in Monte-Curto, cum pertinentiis suis, ecclesiam de Ceresola cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Antonii de Braida cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam S. Columbani de Monte claro cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Georgii de Montale cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Andreae de Travano cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam Sanctæ Mariæ in spelunca cum pertinentiis suis, ecclesiam infirmorum cum pertinentiis suis, ecclesiam Novam cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Laurentii cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Bartholomæi in Saxo cum pertinentiis suis, et medietatem mercati, mercatum Sancti Columbani, et aliud mercatum de Oliva, centum decem solidorum Papiens. In curte Auræmalæ: villa de Stabulo, villa de Conio, villa de Cavana nova, decima de Pradello Antonino, villa de Dusbagno, villa de Salso, mansum Guasconi, possessionem Theodosii de Cigognis, villa Riuturni, Broidurque et pratum Donnicatum in monte Pennicis, monte de Menningo, villa de Cerreto, villa de Cavana cum Braida Donnica, Sapatelli, et Roveretum, montem de Lenna, villam de Roncore, villam Taidelli, Pratum-longum, mansum Rugeli, Gambalata, Runchum de Grillo, Fraretum, Runchum de Pradilla, mansum Barbuti, mansum de Petra Columba, mansum de Vaccaritia, mansum de Silva, mansum de Buzochi, mansum de Costalta, mansum de Conflenti, mansum de Garda, mansum Bonisenioris de Cavello, mansos de Uzoli Cazaritia, mansum Lisignoli inter Bobium et Træbiam, mansum de Motio, mansum de Gosino, mansum de Asino, mansum de Niblo, mansum de

(176) Chronologica nota nulla. Margarini vero curate præciseque quidem nimis.

A Oniziis, mansum de Cerebesola; mansum de Albino, mansum de Curto, mansum de Buchia, mansum de Merconis de Canneto, mansum de Sancto Desiderio, mansum de Guercho, decimam Sigisberti de Guita, mansum de Ponziprondo, mansum Rustici de Stavela, mansum Joannis Benedicti de Caulo, decimam Lanfranci de Otuno, mansum Savonarii, mansum Ugonis Alberti Dagatarii, mansum Vallis Lauriculæ, mansum de Pradello, mansum Borelli de Sarto, mansum Somenzarii, mansum de Sclavo, mansum de Maliolis, mansum Quoquotum, mansum Petroli, et Joannis de Caniolo, sortem unam in Lobi, sortem unam in Palatio, et censum de Corinello, braidam de Ponte, braidam juxta Fossatum de Batalia; braidam in campo Tuffini, braidam in Pigno, braidam in Marzelasco; pratum quod dicitur Codognarium, cum vineis sibi adjunctis, vineam intra civitatem; et molendina quæcunque etiam præfatus Simon episcopus vel antecessores ejus, sive Aluisa uxor marchionis Marcelli cum filiis suis, vobis rationabiliter concesserit, similiter confirmamus. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus et sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino clericus; vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Si vero eadem episcopalis sedes vacaverit, vel Catholicum episcopum non habuerit, chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum ordinationes ecclesiasticas a quocunque malueritis episcopo, vobis suscipere liceat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere; seu quomodolibet fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva summi pontificis canonica justitia. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit; secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrue satisfaciendo correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic bonæ actionis fructum percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen (176).

DXX.

Monasterium Gerbacense [al. Ingerbatense] tuendum suscipit et ejus bona ac jura confirmat.

(Anno 1142, Mart. 11.)

[*Monumenta Boica* tom. X, p. 236.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dile-

asserit datum diploma die 8 Martii anni 1142; ac-

etis filiis Beroni præposito ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, in Gerbacensi ecclesia regularem vitam professis, in perpetuum.

Apostolicæ sedis clementiæ convenit religiosos viros diligere, et eorum loca piæ protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Henrici Ratisponensis episcopi precibus inclinati, petitiones vestras rationabiles clementer admittimus, et præfatam ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti patrocinio communimus: statuentes ut quasunque possessiones, quasunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, et in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Sancimus etiam ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam, perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Obvante vero te nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentiâ præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Augustini regulam canonice providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prædictam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva diocessani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri card. et cancell., v Idus Martii, indiet. v, anno Incarnationis Dominicæ 1141, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno XIII.

DXXI.

Monasterii S. Imeri Bellelagiensis protectionem suscipit possessionesque confirmat.

(Anno 1142, Mart. 14.)

[HUGO, *Annal. Præmonstrat.*, I, p. 216.]

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei, dile-

(177) Leg. Laterani

PATROL. CLXXIX

A cius filiis GERALDO abbati Bellelagiæ, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et Beati Imeri ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam et institutionem fratrum Præmonstratensium perpetuis temporibus ibi inviolabiliter conservetur.

B Præterea quasunque possessiones, quasunque bona, ipsa ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Sancti Ursicini de Noctriol cum appendiciis suis; Rursam vallem cum appendiciis suis; curiam de Boecourt cum pertinentiis suis; vineas apud Biellam. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Decernimus ergo ut nulli hominum præfatam Bellelagiensem ecclesiam liceat temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Basiliensis episcopi canonica reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

D Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.
Ego Conradus Sabinensis episcopus.
Ego Albericus Ostiensis episcopus.
Ego Stephanus Prænestinus episcopus.
Ego Octavius diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere.

Data litteræ (177) per manum Gerardi sanctæ Ro-

manæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliothecarii, et Idus Martii, indictione iv, Incarnationis Dominicæ 1141, pontificatus domni Innocentii II papæ anno xi (178).

DXXII.

Parthenonis S. Lamberti Tulbensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit.

(Anno 1142, Mart. 18.)

[COCQUELINES, II, 252.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus sanctimonialibus, in ecclesia Beati Lamberti martyris Tulbensi regularem vitam professis, tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam ecclesiam, in qua divino mancipatæ estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, in primis siquidem statuantes ut ordo monasticus secundum beati Benedicti Regulam perpetuo inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona ipsa ecclesia in præsentiarum, juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque posteris, et illibata permaneat: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: allodium videlicet, et beneficium in Tulba, quod Gerlacus et conjux ejus Regeline, devotionis intuitu cum multis aliis bonis suis Fuldensi monasterio tradiderunt, quemadmodum a bonæ memoriæ Conrado ipsius monasterii abbate, fratrum suorum et prædicti Gerlaci consilio cum quibusdam aliis bonis postmodum vobis religionis intuitu concessum est, allodium Evernide, villa Luvris, Hamelemburch quinque mansos et dominicale, Erdale vii mansos, in alia villa ejusdem nominis distidium mansum unius Lathonis, et quicquid præfatus Gerlacus et uxor ejus habuerunt Franchenborne et Wolfchershlegere, allodium Vostat, quod dedit uxor ipsius Gerlaci, parochiam ipsius loci, et villam unam Voestensasso, decimationem dominicalium Hamelemburch, et dominicalis Thiebac.

Prohibemus etiam ut nulla ibi qualibet subreptiois astutia vel violentia præponatur, nisi quam sorores communi assensu, vel pars sanioris consilii, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam, providerint eligendam. Præpositus quoque nullus ibi alius præponatur, nisi quem abbatissa, communi

(178) *Lege anno XII, siquidem electus est in pontificem Innocentius II die 23 Februarii anni 1130.*

(179) *Vides, lector, quantas hic quoque ambages asserunt notæ hæc chronologicæ, quas mirum est non advertisse relatores, cæteroquin, ut ex ejus*

A sororum consilio sibi idoneum elegerit. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum conservatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Fuldensis monasterii justitia et reverentia. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus subscripsi.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos subscripsi.

Ego Guido presbyter cardinalis tit. Sanctæ Cæcilie subscripsi.

Ego Thomas presbyter card. tit. Vestinæ subscripsi.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani subscripsi.

Ego Octavianus diaconus cardinalis tit. Sancti Nicolai in Carcere subscripsi.

Data Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliothecarii, xv Kalend. Aprilis, indictione x, Incarnationis Dominicæ anno 1141, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno xii (179).

DXXIII.

confirmatio possessionum Grandis-Silvæ.

(Anno 1142, April. 1.)

[*Gall. Christ.*, XIII, Instrum., 18.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, dilectis filiis BERTRANDO abbati monasterii Grandis-Silvæ ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in P. P. M.

Apostolici moderaminis clementiæ convenit religiosos diligere et eorum loca pia protectione ma-

colloquio sæpius mihi conjecisse licuit, sapientissimum. Muta igitur, si vis, indictionem x in quartam, et annum pontif. Innocentii xii in xii, ut conveniant cum anno 1141.

nire. Dignam namque et honestati conveniens esse cognoscitur ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tœamur et apostolicæ sedis patrocinio foveamus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam beatæ Dei Genitricis semperque virginis Mariæ monasterium, quod in Tolosano episcopatu situm est, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut ordo monasticus secundum beati Benedicti Regulam et institutionem fratrum Cisterciensium perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum scilicet Grandem-Silvam, cum omnibus quæ ad ipsum pertinent, qui locus infra has quatuor ecclesias videlicet Riclescellam, Pulchrum-Montem, Bollicum, et sanctum Germanum, situs est. Grangiam de Cobirac, grangiam de Combaroger. Et ultra fluvium Garonnæ grangiam de Baniols, Grangiam de Lasela. In alio loco sub castro de Caraman grangiam de Salet. Præterea in pago Narbonensi locum Fontisfrigidii cum decimis et primitiis et omnibus pertinentiis suis, quem Aimericus vicecomes Narbonensis ad ædificandam ibi abbatiam pro redemptione animæ suæ prædicto abbati et fratribus in perpetuum contulit. In pago Pétrogoricensi locum de Scenzalas cum decimis et primitiis et omnibus quæ ad eum pertinent, sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur; sed liceat vobis communi consilio vel partis consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam, absque ullius contradictione abbatem eligere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris

A nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gregorius Gerardus.

Ego Conradus Sabiniensis episcopus, diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Guido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos.

B Ego Gerardus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Dominica.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis.

Guizo presbyter cardinalis tituli Sanctæ Cæciliæ.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliothecarii, Kalendis Aprilis, indictione quinta, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domini Innocentii II anno xiii.

DXXIV.

Privilegium pro ecclesia S. Laurentii Viterbiensi.

(Anno 1142, April. 3.)

[Bossi, *Istoria della città di Viterbo*, I, p. 400.]

C INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Azoni archipresbytero ecclesiæ Sancti Laurentii Viterbiensis, ejusque successoribus canonice substituendis.

Piæ postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri ut devotionis sinceritas laudabiliter innotescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecte in Domino filii Azoni archipresbyter, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam ecclesiam, cui, Deo auctore, præesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam Sancti Blasii, ecclesiam Sancti Egidii, ecclesiam Sancti Bartholomæi cum omnibus earum pertinentiis. Oblationes vero vivorum et quicquid eisdem ecclesiis pro mortuis conceditur, vel offertur, quæcunque etiam in aliis ecclesiis legitime possides, vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prænotatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones au-

ferre, seu quibuslibet modis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examinae divinæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum B iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manus Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliothecarii, III Nonas Aprilis, indict. v, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno XIII.

DXXV.

Privilegium pro ecclesia S. Stephani Tolosana.

(Anno 1142, April. 19.)

[*Gall. Christ.*, XIII, Instrum. p. 19.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri RAIMUNDO Tolosano episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. C

Ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio, fratres nostros tam vicinos quam longe positos debemus diligere, et ecclesiis in quibus Domino militare noscuntur, suam justitiam conservare: eapropter, venerabilis frater, Raimunde episcopo, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et Tolosanam B. protomartyris Stephani ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communitus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste et canonice possides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Præterea apostolica auctoritate interdiximus ut nullus laicus sive clericus in tuo vel tuorum successorum obitu episcopalia bona pervadat aut res ecclesiasticas distrahat, sed ad opus Ecclesiæ et episcopi substituendi in œonomi et archidiaconorum maneat potestate: prohibemus etiam ut eadem bona sin. tuo vel successorum consilio, vel sanioris partis capituli ipsius ecclesiæ, nullus vendere vel impignorare, seu quolibet modo alienare præsumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et

A sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, etc.

Ego Innocentius Catholicæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Stephanus Prænestiæ episcopus.

Himnarius Tusculanus episcopus

Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos.

Martinus presbyter cardin. tit. S. Pastoris.

Goizo presbyter cardin. tit. S. Cæcilie.

Gregorius diaconus cardin. SS. Sergii et Bacchi.

Otto diaconus cardin. S. Georgii ad Velum Aureum.

Guido diaconus cardin. SS. Cosmæ et Damiani.

Geraldus diaconus cardin. S. Mariæ in Dominica.

B Octavianus diaconus cardin. S. Nicolai in Carcere.

Petrus cardin. Sauctæ Mariæ in Porticu.

Nicolaus diaconus cardin. sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Datum Laterani per manum Geraldus S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, XIII Kal. Maii, indict. v, Incarnationis 1142, pontificatus vero Innocentii II papæ anno tertio decimo.

DXXVI.

Ad clerum et populum Tolosanum. — Commendat eis Raimundum episcopum a se venientem, mandatque ut opem ei et consilium præbeant ad recuperanda distracta Ecclesiæ Tolosanae bona.

(Anno 1142, April. 19.)

[*D. BOUQUET*, t. XV, p. 406.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, directis filiis clero et populo Tolosano, salutem et apostolicam benedictionem.

Venientem ad nos venerabilem fratrem nostrum Raimundum episcopum vestrum, debita benignitate suscepimus, et de iis quæ ad episcopale officium pertinent diligenter instruximus. Ipsum itaque cum gratia sedis apostolicæ et litterarum nostrarum prosecutione ad sedem propriam remittentes, universitatem vestram rogamus, monemus atque præcipimus, quatenus ipsum benigne recipiatis, affectione præcipua diligatis et honoretis, eique tanquam patri et animarum vestrarum episcopo obedientiam et reverentiam humiliter deferatis. In recuperandis quoque bonis et possessionibus Tolosanae Ecclesiæ, quæ per malos rectores distracta vel alienata sunt, et habitis conservandis, tanquam boni filii opem et consilium præbeatis. Nos quidem venditiones, impignorationes, vel quaslibet alienationes de bonis vel possessionibus episcopalibus, absque ipsius episcopi consensu per quoslibet factas evacuamus et irritas esse censemus. Si quis vero rebellis et inobediens esse præsumperit, sententiam quam in eum canonice promulgaverit, nos auctore Domino ratam habebimus.

Datum Laterani XIII Kal. Maii.

DXXVII.

Ecclesiam B. Eusebii Vercellensem tuendam suscipit, canonitorumque possessiones confirmat.

(Anno 1142, April. 25.)

[UGHELLI, *Italia sacra*, IV, 779.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ABRAHAM archipresbytero, et canonicis majoris Vercellensis Ecclesiæ, tam præsentibus quam futuris, canonice substituendis in perpetuum.

Æquitatis et justitiæ ratio persuadet nos Ecclesiis perpetuam rerum suarum firmitatem et vigoris inconcussi monumenta conferre. Non enim decet clericos, in sortem Domini vocatos, perversis malorum hominum molestiis agitari, et temerariis quorumlibet vexationibus fatigari, similiter et prædia, usibus secretorum cœlestium dedicata, nullas potentum angarias nihil debent extraordinarium sustinere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et B. Eusebii Vercellensem Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justo et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et per vos eidem Ecclesiæ in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem Caresianam, Villiacum, montem Galliani cum omnibus appendiciis suis, Portum servi; præterea antiquas et rationabiles consuetudines ipsius Ecclesiæ ratas manere censuimus. Nulli ergo omnino hominum liceat prædictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu vexationibus fatigare, salvo privilegio, scilicet Romanæ Ecclesiæ et episcopi Vercellensis canonica reverentia. Si quis contra hæc temere venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, et in extremo judicio ultioni subjaceat. Amen, amen.

Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Martinus presb. card. S. Stephani.

Ego Guido S. R. E. indignus sacerdos.

Ego Stamius presb. card. tit. S. Sabinæ.

Ego Guido presb. card. S. Chrysogoni.

Ego Ranerius presb. card. tit. S. Priscæ.

Ego Petrus presb. card. tit. Pastoris.

Ego Goizo presb. card. tit. S. Cæciliæ.

Ego Ubaldus presb. card. tit. SS. Joannis et Pauli.

Ego Thom. presb. card. Tit. Vestinæ.

Ego Greg. diac. card. SS. Sergii et Bacchi.

A Ego Otho diac. card. S. Georgii ad Velum Auri.

Ego Guido diac. card. SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Vassallus diac. card. S. Eustachii.

Ego Ubaldus diac. card. in Via Lata.

Ego Gerardus diac. S. Mariæ in Dominica.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere.

Ego Guido S. R. E. diac. card.

Ego Petrus diac. card. S. Mariæ in Porticu.

Ego Guido S. R. E. diac. card.

Datum Laterani per manum Gerardi S. R. E. presb. card. ac bibliothecarii, vii Kal. Maii, indict. quinta, Incarnationis Dom. anno 1142, pont. D. Innocentii II papæ anno decimo tertio.

DXXVIII.

Ad Petrum Venerabilem Cluniacensem abbatem. — Munerium in Anglia a rege Stephano datum loco centum marcarum, quas rex Henricus dederat.

(Anno 1142, Maii 19.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 408.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio PETRO Cluniac. abbati, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Ad hoc in apostolicæ sedis regimine, disponente Deo, promoti sumus, ut piis votis assensum præbere, auresque nostras inclinare justis petitionibus debeamus. Quia sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et justa postulantium non est differenda possessio. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus gratum impertientes assensum, manerium de Letdecumba, quemadmodum ab illustri viro Stephano Anglorum rege, cum consuetudinibus et libertatibus illi pertinentibus, et omnibus suis appendiciis, de proprio dominio suo vobis devotionis intuitu concessum est, et scripto suo firmatum, pro centum videlicet marcis argenti quas Henricus bonæ memoriæ Anglorum rex, prædecessor illius, et thesauro suo annis singulis persolvendas, vobis concesserat, auctoritate apostolica vobis et per vos Cluniacensi monasterio confirmamus, et præsentis scripti pagina communimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hujus nostræ confirmationis paginam sciens, etc.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis episcopus, subscripsi.

Ego Albericus Ostiensis episcopus, subscripsi.

Ego Martinus presbyter card. tit. S. Stephani, subsc. ipsi.

Ego Statius presbyter cardinalis tit. S. Sabinæ, subscripsi.

Ego Guido presb. card. tit. S. Chrysogoni, subscripsi.

Ego Goizo presb. card. tit. S. Cæciliæ, subscripsi.

Ego Hubaldus presb. card. tit. SS. Joannis et A Pauli subscripsi.

Ego Rainerius presb. card. tit. Sanctæ Priscæ, subscripsi.

Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Guido diaconus card. SS. Cosmæ et Damiani, subscripsi.

Ego Gerardus diac. card. S. Mariæ in Dominica, subscripsi.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere, subscripsi.

Ego Petrus diac. card. S. Mariæ in Porticu, subscripsi.

Datum in monte Tiburtino per manum Gerardi S. R. E. presb. card. ac bibliothecarii, xiv Kal. Junii, indictione v, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno xiii.

DXXIX.

Privilegium pro Ecclesia Ragusina.

(Anno 1142, Jun. 11.)

[FARLATUS, *Illyricum sacrum*, tom. VI, p. 63.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ANDRÆ Ragusii civitatis antistiti, ejusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Ex commisso nobis apostolatus officio fratribus nostris tam vicinis quam longe positis, paterna nos convenit provisione consulere, etc. Itaque postulationibus tuis, debita benignitate gratum impertientes assensum, etc., quascunque parochias... tibi tuisque successoribus integras permanere sancimus, scilicet Zachulmæ regnum, et regnum Serviliæ, Tribuniæque regnum, civitatem quoque Catharinensem seu Rosæ, Rudonensem Avarorum, Ulcinatensem atque Scodrensem, nec non Drivastensem, et Polatensem cum abbatibus, ecclesiis et parochiis earum, etc. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, temere contra eam venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus subs.

Ego Albitius, etc.

Datum in monte Tiburtino per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyt. cardin. ac bibliothecarii, iii Idus Junii, indictione v, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno xiii.

DXXX.

Privilegium pro ecclesia S. Mariæ de Stromberch.
(Anno 1142, Junii 12.)[LACOMBLET, *Urkundenb*, I, p. 233.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis WALTHERO Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Stromberch præposito, atque HERMANNO, cæterisque ipsorum fratribus, tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisoro omnium honorum Deo commissa est, ut religio diligamus personas, et bene placentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam Ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communitus; statuentes ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam, perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Decimas quoque totius montis in quo vestra ecclesia sita est, et omnium novalium quæ excoluntur intra terminum, videlicet intra marcæ hominum habitantium in Winthere, et cætera omnia quæ ab Arnaldo Coloniensi archiepiscopo vobis rationabiliter concessa sunt, similiter confirmamus. Advocatiam vero ipsius loci nullus sibi usurpare præsumat, nisi quem fratres communi consensu, vel sanioris partis consilii, secundum Dei timorem, et ejusdem loci utilitatem, providerint eligendum. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus, omnino clericus vel laicus, decimas a vobis exigere præsumat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicumque se illi sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obstet; salva tamen justitia matricis ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prædictam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura; salva Coloniensis archiepiscopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate

agnoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmiâ æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus, subs.

Ego Albericus Ostiensis episcopus, subs.

Ego Octavianus diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere subs.

Data in monte Tiburtino per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, 11 Idus Junii, indictione v, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno xiii.

DXXXI.

Henrico Moravensi episcopo Guidonem cardinalem legatum ad corrigendas cleri enormitates in has partes missum, recommendat, rogans ut ipsi ope et consilio assistat.

(Anno 1142, Aug. 21.)

[Boczek, *Cod. diplom. Morav.* I, 215, ex ms. codice archivii Olomucensis, sæc. xiv, sign. CCCLXXIX, ecclesiæ Litoviensis sæc. xv.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri HENRICO, Moraviensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Diu est quod fraternitatem tuam in exstirpandis vitiis et fovendis virtutibus valde sollicitam esse, et pro Christianæ fidei religione in partibus illis propaganda te instantius laborare cognovimus. Pro magna itaque, quam de persona tua habemus fiducia, dilectum filium nostrum Guidonem diaconum cardinalem, prudentem quidem et honestum virum, quem pro enormitatibus corrigendis ad partes illas de nostro latere destinamus, dilectioni tuæ attentius commendamus, rogantes, quatenus sibi diligenter assistas, et in his quæ ad Christianæ religionis augmentum et morum correptionem spectare cognoveris, operam et consilium præbeas.

Datum Laterani xii Kalendas Septembris.

DXXXII.

Monasterium Arnsteinense tuendum suscipit et ejus possessiones juraque confirmat.

(Anno 1142, Sept. 30.)

[MONTHEIM, *Hist. Trevir. diplom.*, I, 548.]

INNOCENTIUS, etc., dilectis filiis GODEFRIDO abbati Arnsteinensi ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a provisorum omnium bonorum Deo commissa est ut religiosas diligamus personas et bene placentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur nisi ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet igitur omnes Christianæ fidei

amatores diligere, et loca venerabilia cum ipsis personis divino officio mancipatis attentius conservare, ut nullis pravorum hominum inquietentur molestiis, vel importunis angustiis fatigentur. Proinde, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et Arnsteinensem B. Dei genitricis semperque Virginis Mariæ, et gloriosi confessoris Christi Nicolai ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, in primis siquidem statuentes ut ordo canonicus, secundum beati Augustini regulam et institutionem fratrum Præmonstratensium, perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Nullus etiam fratrum post factam professionem alicujus levitatis instinctu vel districtioris religionis obtentu audeat sine abbatis totiusque congregationis permissione discedere, discedentem vero nullus abbatum vel clericorum sine communi litterarum cautione suscipiat. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona, tam ex dono vel concessione illustris viri Ludovici, et Gudæ uxoris suæ, quam aliorum Dei fidelium in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus in perpetuum et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam Sanctæ Margaretae cum decima, ecclesiam Kirchdorf cum decima et cæteris suis pertinentiis, sicut a fratre nostro Alberone archiepiscopo Trevirensi vobis rationabiliter concessa esse dignoscitur, Clebach cum omni possessione sua, sicut a præfato archiepiscopo vobis concessa est, Hattenhusen, Welderode, Gozenerode, Holdenruche, cum omnibus eorum pertinentiis vineas, et silvas in Neven et Bremme, cum omni jure et dominio, sicut præfatus Ludovicus vobis concessisse dignoscitur. Bubenheim cum ecclesia et omnibus possessionibus suis, Wize et Berhernhem. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino clericus, vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Obeunte vero te ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptione, astutia vel violentia præponatur, sed liceat vobis communi consilio, vel parte sanioris consilii, secundum Dei timorem et beati Augustini regulam, absque ullius contradictione, abbatem eligere. Porro loci vestri advocatiam nullus invadere vel usurpare præsumat, nisi quem abbas et fratres, secundum Deum et ipsius loci utilitatem, providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Tre-

virensis archiepiscopi canonica justitia. Si qua A igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccles. episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Gregorius cardinalis diaconus SS. Sergii et Bacchi.

Ego Stephanus Prænестinus episcopus.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum.

Ego Stannus presbyter cardinalis tituli S. Sabinæ.

Ego Guido card. presb. tituli S. Chrysogoni.

Ego Rainierius presb. card. S. Priscæ.

Ego Guido diaconus card. SS. Cosmæ et Damiani.

Ego Petrus diacon. cardinalis Sanctæ Marthæ in Porticu.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presb. cardinalis ac bibliothecarii, XI Kalend. Octobris, indictione quinta, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno XIII.

DXXXIII.

Ecclesiæ Colbicensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petentibus Rodulfo Mulberstadenxi et Alberto Bambergensi episcopis.

(Anno 1142, Sept. 30.)

[BECKMANN, *Hist. v. Anhalt.*, I, 469.]

DXXXIV.

Monasterii S. Mariæ Varlariensis protectionem suscipit bonaque confirmat.

(Anno 1142, Oct. 27.)

[Hugo, *Annal. Præmonstrat.*, II, p. 651.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ALBERTO præposito Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Varlare, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruam impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio

A quæcunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Coesvilde, Asbecke, Lette, decimam; Lette mansum Adelheids invariare. Obeunte vero te nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu insolentia præponatur, sed liceat vobis communi consilio, vel partis consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Angustini regulam, absque alicujus contradictione B præpositum eligere. Porro loci vestri advocatiam nullus invadere, vel usurpare præsumat, nisi quem præpositus et fratres, secundum Deum et ipsius loci utilitatem unanimiter præviderint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matricis Ecclesiæ. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis jumentorum vestrorum animalium, nullus omnino clericus, vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocæsani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri C Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Stephanus Prænестinus episcopus.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere.

Datum Laterani per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, vi Kalendas Novembris, indictione vi, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domini Innocentii II anno XIII.

DXXXV

Monasterii SS. Sixti et Sebastiani Chiemseensis tutelam suscipit ac privilegia bonaque confirmat.

(Anno 1142; Oct. 29.)

[*Monumenta Boica*, II, p. 386.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis CONONI præposito de Chiemseensi, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecte in Domino filii Cono præposite, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et beati Christi martyris Xisti et Sebastiani ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quasunque possessiones, quasunque etiam bona in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur; sed liceat vobis communi consilio vel parti consilii senioris, secundum Dei timorem et B. Augustini regulam absque ullius contradictione, præpositum eligere. Advocatiam quoque ipsius loci nullus invadere, vel usurpare præsumat, nisi qui a præposito et fratribus secundum Deum et ipsius ecclesiæ utilitatem concorditer electus fuerit. Ad hæc sepulturam ejusdem loci liberam esse concedimus, ut quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matricis ecclesiæ. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem ecclesia temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet modis fatigare; sed omnia integra et illibata conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque periculum patiat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniunt. Amen. amen. amen.

A Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis presbyteri ac bibliothecarii, iv Kalendas Novembris, indictione vi, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno xiii.

DXXXVI.

Monasterii Salvatoris et S. Bonifacii Fuldensis possessiones privilegiaque, petens Aleholfo abbate, confirma

(Anno 1142, Nov. 15.)

[*Dronke, Cod. diplom. Fuld.*, 391.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ALOLFO, abbati monasterii Salvatoris Domini nostri Jesu Christi et Sancti Bonifacii, siti juxta ripam fluminis quod Fulda vocatur, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Cum universis Dei fidelibus ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio debitores existamus, illis tamen locis atque personis, quæ ad sedem apostolicam specialius pertinere noscuntur, propensiori nos convenit charitatis studio imminere. Eapropter, dilecte in Domino filii Alolfo abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus et Salvatoris Domini nostri Jesu Christi monasterium, cui Deo auctore præesse dignosceris, sanctæ Romanæ Ecclesiæ privilegio communimus. Statuimus enim ut quasunque possessiones, quasunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et legitime possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda: Monasterium videlicet Sancti Andreæ apostoli, quod vocatur Exaiulum, situm Romæ juxta ecclesiam Sanctæ Dei genitricis Mariæ semper virginis, quæ vocatur ad Præsepe, a prædecessore nostro felicitis memoriæ Leone prædecessori tuo Hechberto religioso abbati respectu dilectionis donatum, cum omnibus caminatis, mansionibus, cellis, vinariis et coquina, cum vineis, hortis, diversisque pomorum generibus, cum curte et puteo, et introitu per portam majorem a via publica, et cum omnibus ad idem monasterium generaliter pertinentibus, tam intra quam extra urbem sitis, quæ ei juste ac recte pertinere noscuntur. Prohibemus autem omnem cujuslibet ecclesiæ sacerdotem in jam dicto vestro Fuldensi monasterio aliquam ditionem, habere, vel auctoritatem præter nostram apostolicam sedem. Specialiter vero episcopum in cujus diocesi constat esse constructum, ita ut nisi ab abbate ipsius monasterii fuerit invitatus, neq. missarum ibidem solemnia celebrare præsumat. Porro dona, oblationes ac decimas fidelium absque ullius personæ contrarietate eidem monasterio perpetuo firma esse sancimus. Interdicimus etiam ne femina unquam illuc ingredi præsumat, et ne quis unquam

placitum ibi habeat vel in cæteris ejus locis, nec servos nec colonos ad aliquod servitium constringat nisi cui abbas ad utilitatem suæ necessitatis assensum præbuerit. Obveniente vero te nunc ejusdem loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu aut fratrum pars consilii sanioris secundum beati Benedicti regulam elegerint. Statuimus autem ut congruis temporibus nostræ sollicitudini ecclesiasticæ intimetur, qualiter religio monastica inter fratres tuo regimini commissos regulari habitu dirigatur concordiaque convenienti ecclesiastico studio maucipetur, ne forte (quod absit!) sub hujus privilegii obtentu animus gressusque rectitudinis vestræ a norma justitiæ aliquo modo retorqueatur. Concedimus etiam tibi, fili charissime, prædicare verbum Dei auctoritate nostra apostolica, et ut tantu quam successores tui ante alios abbates Galliæ seu Germaniæ primatum in omni loco conventuque obtineatis. Usum quoque dalmaticæ et sandaliorum in missarum solemnibus ex apostolicæ sedis benignitate secundum quod in antecessorum nostrorum privilegiis continetur dilectioni tuæ concedimus. Et ob majorem familiaritatis prærogativam, quam in sancta Romana Ecclesia nostro tempore consequi meruisti, licentiam utendi mitra et annulo tibi tuisque successoribus nihilominus impertimur. Abbas vero non nisi a nostra sede benedicatur a qua benedici debet. Et si in aliquo crimine accusatus fuerit, ejusdem tantummodo Romanæ sedis judicium exsequatur. Illud insuper generaliter addendum esse dignum duximus ut quidquid auctoritate prædecessorum nostrorum, regum vel imperatorum ipsi Faldensi cœnobio certum est fuisse concessum, sit etiam nostra auctoritate apostolica per hujus scripti paginam confirmatum. Nulli ergo omnino hominum liceat, etc., ut in privilegio anni 1137, supra, usque ad æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

(S. p.) Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus (B. V.)

Ego Cunradus Sabinensis episcopus.

Ego Stefanus Prænestinus episcopus.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ inungnus sacerdos.

Ego Petrus presbyter cardinalis de tit. Pastoris.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. Vestinæ.

Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Humbaldus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata.

Ego Octavianus diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere.

Ego Petrus diaconus cardinalis S. Mariæ in Agro.

Ego Petrus diaconus cardinalis S. Mariæ in Porticu.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, xvii Kal. Decembr., indictione vi, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno xiii.

DXXXVII.

[*Jeronymo*] priori ecclesiæ S. Fridiani Lucensis significat eum a clericis laicisque Ecclesiæ Aretinæ Romam vocalis episcopum electum esse. Hortatur ut episcopatum capessat.

(Anno 1142, Nov. 22.)

[BALUZ., *Miscell.*, IV, 592.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio I. priori S. Fridiani, salutem et apostolicam benedictionem.

Aretina Ecclesia pastore viduata, quoniam sicut ip talibus solet fieri, in diversas personas partium vota se dividerunt, pro electione aliquandiu laboravit, et in personam honestam et religiosam per se ipsa convenire non potuit. Et quoniam ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio nostra interest omnium Ecclesiarum curam gerere, et omnibus paterna sollicitudine providere, ejusdem Ecclesiæ, tam ex clericis quam ex laicis, graviore et honestiores personas universitatis vice ante nostram præsentiam evocavimus, et eos per nos et fratres nostros ad unitatem et concordiam revocare curavimus. Inspirante itaque illo a quo omne bonum, et sine quo nihil boni possumus, in personam tuam, dilecte in Domino filii, convenerunt, et in nostra et in fratrum nostrorum præsentia præpositus, archidiaconus, abbates et alii clerici, consules quoque et judices qui cum eis venerant, unanimiter et concorditer te in pastorem et episcopum suum elegerunt. Ergo quoniam servus Christi utilitati proximorum non debet secretum (*sic*) ponere suum, quando ipse Patris Unigenitus, ut multis prodesset, de sinu Patris egressus est ad publicum nostrum, per præsentia tibi scripta mandamus, et mandando per obedientiam præcipimus quatenus regimen Aretinæ Ecclesiæ, ad quod Domino disponente vocatus es, confusus de misericordia Dei, suscipias, et non tantum tibi, sed commisso tibi a Deo populo prodesse studeas.

l. Datum Laterani x Kal. Decemb.

DXXXXVIII.

Privilegium pro Ecclesia Bellicensi

(Anno 1142, Dec. 4.)

[*Gallia Christiana vetus*, II, p. 361.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GUILLELMO Bellicensi episcopo, ejusque successoribus, canonice substituendis, in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecte in Domino frater Guillelme episcope, tuis justis postulationibus clementer annuimus, Bellicensem B. Joannis Baptistæ ecclesiam cui Deo auctore præesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis

scripti privilegio communimus. In primis siquidem A statuantes ut quemadmodum a tua discretione, frater episcopo, assensu potioris et sanioris partis fratrum ipsius ecclesiæ, in præsentia fratrum Portensium statutum est, eadem Bellicensium ecclesia, secundum B. Augustini regulam ordinetur. nullus ibi de cætero nisi canonicus regularis substituatur, omnium quoque bonorum ipsius ecclesiæ usum, et administrationes regulares habeant, exceptis tribus obedientiis, videlicet Bellicensi, Veronensi, et ea quæ est apud Motam; quarum census in xxiv partes dividatur; et quisque sæcularium unam ex ipsis accipiat, reliquæ vero in usus regularium convertantur; decedentibus vero sæcularibus, qui prædictas habent obedientias, ad administrationem regularium redeant, census tamen consuetum communi persolvant. Obeunte vero te nunc ejusdem civitatis episcopo, nullus ibi nisi regularis ordinis episcopus eligatur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste et canonice possides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi, tuisque successoribus.... eidem Ecclesiæ illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: jus episcopale, videlicet in ecclesiis de Ponte, in ecclesia de Dombalino, de S. Joanne, de Avelano, et de Avaut, in ecclesia de S. Benigno, de S. Albino, et villa de Bredoria, de S. Joanne de Verello, et de Oncino, et de Boschia, de Aquabella, de Lepino, de Dullino, de Aino, de S. Franco, de Palude, de S. Andrea, de Festileo, de Pressino, de Romano, de Chimilino, de Corbelino, de Favergis, de Sancto Symphoriano, de Avollino, de Sancto Martino, de Amonstro, de Coesino. In Lugdunensi archiepiscopatu, ecclesias de Izernore, terras ibidem, ecclesiam Gentriscio, ecclesiam de Nato cum appendiciis, ecclesiam de Pulleyo. In Disuntino archiepiscopatu, ecclesiam de Savineo, de Sarruniaco. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrua satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat,

(180) Aridagamantia, hodie *Aroasia*, abbatia canonicorum regularium in Arthesia, olim fuit caput famosæ congregationis, cui etiam suberat Sonnebeca.

Primus fundator abbatæ B. Mariæ de Sonnebesch, juxta Ipras, fuit Fulpoldus castellanus Iprensis, qui tres canonicos fundavit; dein Theobaldus ejus

atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat; cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus, Stephanus Prænestinus episcopus, Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum, Aymarus Tusculanus episcopus, Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos, Guido presbyter cardinalis tit. Sancti Chrysogoni, Thomas presbyter cardin. tituli, etc.

Datum Laterani per manum Gerardi Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, pridie Nonas Decembris, indictione vi, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno xiiii.

DXXXIX.

Arnulphum secundum præpositum Sonnebecanum ordinis S. Augustini in diocesi Morinensi abbatiali dignitate exornat, ejusque monasterii privilegia confirmat.

(Anno 1142, Dec. 5.)

[MIRÆI, *Opp. diplom.*, II, p. 1163.]

INNOCENTIUS EPISCOPUS, servus servorum Dei, dilectis filiis, ARNULPHO Sonnebeccensi abbati, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris substituendis in perpetuum.

Apostolicæ moderaminis clementiæ convenit, religiosos diligere, et eorum loca pia protectione munire, dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequitia tueamur, et apostolicæ sedis patrocinio foveamus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et B. Dei Genitricis semperque virginis ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio munimus; statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Statuimus etiam ut ordo canonicus secundum B. Augustini regulam et institutionem fratrum de Aridagamantia (180) perpetuis in temporibus inviolabiliter observetur; prohibemus quoque ut nullus post factam ibidem professionem absque abbatis totiusque con-

fratrum non modo fundationem approbavit et confirmavit, sed ad numerum septem canonicorum ex propriis bonis auxit. Et illius namque Theobaldi filius Lambertus fuit primus præpositus Sonnebecanus, donec postea, anno præposituræ suæ Sonnebecanæ iv, factus episcopus Noviomensis ac Tornacensis, vivere desiit anno 1123.

gregationis permissione ex eodem clastro discedere audeat; discedentem vero absque communi litterarum cautione nullus suscipiat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi vel sanioris partis assensu, secundum Deum provideant eligendum. Decernimus ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocæsani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliothecarii, Nonis Decembris, indictione vi, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno decimo tertio.

DXL.

Privilegium pro monasterio Rotensi.

(Anno 1142, Dec. 6.)

[*Monumenta Boica*, II, p. 356.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis BERTRICO abbati Rotensis monasterii, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosis desideriis dignum est facilem præbere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam Sanctorum Marini et Aniani monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus: statuentes ut quasunque possessiones, quasunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Sancimus etiam ut ordo monasticus secun-

dum beati Benedicti Regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur, atque nulli fratrum post factam professionem proprium quid habere liceat, sed in abbatis sui obedientia cum omni humilitate permaneant. Laborum quoque vestrorum quos propriis manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus, vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate vestrorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, sed liceat vobis communi consilio et parti consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti Regulam absque ullius contradictione abbatem eligere. Porro loci vestri advocatiam nullus invadere vel usurpare præsumat, nisi quem abbas et fratres secundum Deum et utilitatem ipsius monasterii ibi providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli hominum liceat præfatam monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem hujus a sede apostolica perceptæ protectionis, bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annualiter persolvitis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua juste servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus subscripsi.

Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos ss.

Ego Boethius presb. card. tit. Sancti Clementis ss.

Ego Hubaldus diac. card. S. Mariæ in Via Lata ss.

Ego Octavianus diac. card. S. Nicolai in Carcere ss.

Ego Guido presbyter card. tit. S. Chrysogoni ss.

Ego Petrus diaconus card. S. Mariæ in Porticu ss.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri card. et bibliothecarii, VIII Idus Decembris, indictione vi, Incarnationis Dominicæ anno 1142; pontificatus vero domni Innocentii papæ II anno XIII.

DXLI.

Ad Cunradum archiepiscopum Salzburgensem. — Tutelam monasterii Rotensis contra Henricum comitem de Lechgemunde committit.

(Anno 1142, Dec. 6.)

[*Monumenta Boica*, I, p. 358.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri C[UNRADO] Salzburgensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster Berticus abbas Rotensis ad nostram præsentiam veniens graviter questus est, quod Henricus comes de Lechismunde possessiones sui monasterii injuste occupaverit, et privilegium sedis apostolicæ, postposita omnipotentis Dei reverentia, suo monasterio violenter abstulerit. Quod quam grave sit, quantaque animadversione plectendum, fraternitati tuæ incognitum esse non credimus: quocirca per præsentia tibi scripta mandamus, et mandando præcipimus quatenus eundem comitem privilegium et possessiones ejusdem monasterii reddere præfato abbati, aut in tua præsentia justitiam facere districte commoneas. Quod si intra 40 dies post tuam commotionem adimplere contempserit, canonica eum censura coerceas.

Datum Laterani VIII Idus Decembris.

DXLII.

Monasterii S. Michaelis Lunælacensis protectionem suscipit.

(Anno 1142, Dec. 8.)

[*Pez, Thes. Anecdot.*, VI, 1, 335, ex autographo.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis CONRADO, Lunelacensi abbati, ejusque confratribus, tam præsentibus quam futuris, regularibus substituendis, in perpetuam rei memoriam.

Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et B. Michaelis archangeli monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Mansee, ecclesiam Steinenkirchen, ecclesiam Wisilburg, ecclesiam Schonau, ecclesiam Straswalchen, ecclesiam Absdorff, prædium, quod Counradus de Irembrechtlingen, et uxor ejus Mechthildis eidem monasterio contulerunt, videlicet Irembrechtlingen, et apud Tettlingen curiam unam, et apud Rattveld mansum unum

A et apud Liugane mansum dimidium . . . ad ipsum prædium pertinentibus . . . curtem, quam Engelmarus et soror ejus Benedicta apud Direnek vobis dererunt. . . . filii Cuonrade abbas, apud Cremisso emisti. Obente vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres, communi vel sanioris partis consilio et assensu, secundum Deum et B. Benedicti Regulam, providerint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salvo jure, diocæsani episcopi canonica reverentia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus.

Ego Otto, diaconus cardinalis S. Gregorii ad Velum Aureum.

Ego Octavianus, diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. Vestinæ.

Datum Laterani per manus Gerardi, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, VI Idus Decembris, indictione VI, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domini Innocentii II PP. anno XIII.

DXLIII.

Abbatiam Parcensem, ordinis Præmonstratensis, apostolica confirmatione ac protectione donat.

(Anno 1142, Dec. 17.)

[*Heco, Annal. Præmonstr.*, II, Pr., p. 310.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PHILIPPO abbati de Parco, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuam memoriam.

Desiderium quod ad religionis propositum attinet, et ad animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis, congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et Parchensem Ecclesiam, in

qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Pe- A
tri et nostra protectione suscipimus, et præsentis
scripti privilegio communimus; statuentes ut
quascunque possessiones, quæcunque bona eadem
ecclesia juste et canonice in præsentiarum possi-
det, aut in futuram concessione pontificum, largi-
tione regum vel principum, oblatione fidelium, seu
aliis justis modis, Deo propitio poterit adipisci,
firma vobis vestrisque successoribus et illibata
permaneant. Statuimus etiam ut ordo canonicus
secundum beati Augustini regulam et fratrum Præ-
monstratensium institutionem, in ipsa ecclesia,
futuris temporibus inviolabiliter conservetur. Nulli
quoque fratrum post factam professionem, absque
abbatis totiusque congregationis permissione ex eo-
dem claustro discedere liceat; discedentem vero, abs- B
que communi litterarum cautione, nullus suscipiat.
Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedi-
mus, ut quicunque se illic sepeliri deliberaverint,
nisi forte excommunicati fuerint, nullus obsistat,
salva tamen justitia matricis ecclesiæ.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat
præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus
possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere,
seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia
integra conserventur eorum, pro quorum guberna-
tione et sustentatione concessa sunt, usibus omni-
modis profutura salva diocesani episcopi cano-
nica justitia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve
persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens,
contra eam temere venire tentaverit, secundo ter-
tiove commonita, si non satisfactione congrua se
emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate
careat, reamque se divino judicio existere de per-
petrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo
corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi
aliena fiat, atque in extremo examine districtæ
ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua
servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; et
hic fructum bonæ actionis percipiant ut apud di-
strictum judicem præmia æternæ pacis inveniant.
Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus Sanctorum Sergii et
Bacchi.

Ego Stephanus Prænestimus episcopus

Ego Igmarus Tusculanus episcopus.

Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sa-
cerdos.

Ego Guido presbyt. cardinal. S. Chrysogoni.

Ego Goizo presbyter cardinalis tituli S. Cæcilie.

Ego Thomas presbyter cardinalis tit. Vestinæ.

Datum et latum per manus Gerardi sanctæ Roma-
næ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et bibliotheca-
rii, xvi Kalendas Jan., indict. vi, Incarnationis
Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domni In-
nocentii II papæ anno xii.

DXLIV.

*Donationes Ecclesiæ Cameracensi factas apostolica
auctoritate confirmat. Privilegium pro Ecclesia
Cameracensi.*

(Anno 1142, Dec. 21.)

[MIRÆI, *Opp. diplom.*, II, p. 1163.]

INNOCENTIUS EPISCOPUS, servus servorum Dei, ve-
nerabili fratri NICOLAO Cameracensi episcopo ejus-
que successoribus canonice substituendis, in per-
petuum.

Piæ postulatio voluntatis debet effectu prosequente
compleri ut devotionis sinceritas laudabiliter eni-
tescat, et utilitas postulata vires indubitanter assu-
mat. Eapropter, dilecte in Christo frater Nicolai
episcopi, petitioni tuæ paterna benignitate gratum
impertientes assensum tibi tuisque successoribus in
perpetuum confirmamus, quæcunque liberalitate
principum et oblatione fidelium, in præsentiarum
juste et canonice possides, vel in futurum rationa-
bilibus modis, Deo propitio, poteris adipisci. In qui-
bus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis,
videlicet: justitiam civitatis, monetam, teloneum,
districtum, molendina de Salis, molendinum ad
portam aquarum, cambas et mansionarios: omnes
pares et casatos; castellum cum casulis suis. Extra
civitatem, terras arabiles, prata, piscarias, puero-
rum villam, cum terris sibi appendentibus, cum
molendino et vivario; Santollum cum appendiciis
suis, districtum de Raillencourt et de Bantineis,
Tunium et Dalencourt; Strunium cum terris suis,
et cum silvis, pratis, aquis, molendinis et cum di-
strictu et vivario de Navia, silvam de Nereio; Saul-
toit cum terris suis, pratis, aquis, molendinis et cum
duabus partibus decimæ; novum castellum, cum
justitia, moneta, teloneo, districtu, peagio, furnis,
cambis, molendinis, aquis, pratis et silvis et terris
arabilibus. Ors cum appendiciis et familia Rans-
ries, Saulce cum Serires, Wantineies partem de
Combles; capellam in pago Bracbatensi; Melin cum
ecclesia et altari, cæterisque appendiciis suis et
familia.

In pago Suessionensi Tevine cum familia sua. In
pago Boloniensi Villax seu Vilra, scilicet cum fami-
lia; item macellum infra eandem civitatem Camera-
censem. Decernimus ergo ut nulli omnino homi-
num liceat vos deinceps temere perturbare, aut
vestras possessiones auferre, vel ablatas retinere,
seu temerariis vexationibus fatigare, sed omnia
integra conserventur tam vestris quam clericorum
et pauperum usibus profutura.

Si quæ igitur in futurum ecclesiastica sæcula-
risve persona, hanc nostræ constitutionis paginam
sciens, contra eam temere venire tentaverit, pote-
statis honorisque sui dignitate careat, reamque se
divino judicio existere de perpetrata iniquitate
cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine
Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena
fiat, atque in extremo districtæ ultioni subiaceat.

Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit

pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic A fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii et Bacchi.

Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus.

Ego Otto diac. cardinal. S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Guido presbyter et cardinalis S. Chryso-goni.

Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nicolai in Carcere.

Ego Go. presbyt. card. S. Cæcilie.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, XII Kal. Januarii, indictione sexta, Incarnationis Dominicæ anno 1142; pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno decimo tertio.

DXLV.

Privilegium pro monasterio Rupensi.

(Anno 1142, Dec. 23.)

[*Gall. Christ.*, XII, Instrum. 113.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GAUFRIDO abbati monasterii de Rupibus, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis in PP. M.

Puræ mentis religio indissolubili divini amoris glutino confirmata, vultum clementissimi creatoris ut terrena cælestibus jungantur, ut una superis societur mundis orationibus, incessanter profusius inclinat. Quia igitur fratres jam dicti monasterii a cura sæculari liberos et divinis servitiis mancipatos, pie vivere ac religiose cognovimus, Idcirco, in Domino dilecte filii Gaufride abbas, tuis justis petitionibus ducimus annuendum. Statuimus itaque ut quæcunque possessiones aut bona ad eundem locum in præsentiarum juste et canonice pertinere noscuntur, aut in futurum, concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, auxiliante Domino, ei deferri contigerit, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneat. Et quoniam ubi spiritus Domini, ibi libertas: ut liberius divinis famulatus valeatis insistere, et purgata mentis acie, contemplationi vacare; prohibemus ne aliquis archiepiscopus, aut episcopus in te vel successores tuos, seu aliquem abbatem Pontiniacensis ordinis, indebitis vocationibus fatigare, vel contra regulam inquietare præsumat. Porro conversos viros qui monachi non sunt, post professionem factam in vestris cænobiis, nullus archiepiscoporum vel abbatum sine vestra grata licentia suscipere, aut susceptum retiner præsumat. Verum quoniam sicut, beato Gregorio Augustinum Anglorum episcopum instruente, didicimus communi vita viventibus jam de faciendis portionibus, vel exhibenda

hospitalitate et adimplenda misericordia nobis qui. I erit dicendum, cum omne quod superest, in causis piis ac religionis erogandum est, Domino magistro omnium dicente: *Quod superest, date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis*; statuimus ut de laboribus quos vos, et totius vestræ congregationis fratres propriis manibus et sumptibus colitis, et de animalibus vestris a vobis decimas expetere vel recipere nemo præsumat. Nulli ergo hominum liceat vestrum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas minuire, aut aliquibus molestiis fatigare: sed omnia integra conserventur, vestris et aliorum pauperum Christi usibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, et secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque periculum patiat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiacet. Conservantibus vero eidem loco quæ sua sunt sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Concordus episcopus Sabinensis ss.

Ego Albicus Ostiensis episcopus ss.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus ss.

Ego Stephanus Tusculanus episcopus ss.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos ss.

Ego Guido presbyter cardinalis tituli S. Grisogoni ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Trecent. ss.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, decimo Kal. Januarii, indictione VI, Incarnationis Dominicæ millesimo cætesimo quadagesimo secundo, pontificatus vero domni Innocentii II PP. anno XIII.

DXLVI.

Monasterii Pontiniacensis possessiones et privilegia confirmat.

(Anno 1142, Dec. 23.)

[*Martene, Thesaurus Anecd.*, III, 1228.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, GUCHARDO dilecto filio Pontiniacensi abbati ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Habitantes in domo Dei in sinceritate charitatis unanimes conservant unitatem spiritus in vinculo pacis. Puræ namque mentis religio indissolubili divini amoris glutino confirmata, multum clementissimi Creatoris, ut terrena cælestibus conjungantur.

tur, et ima superis socientur, mundis orationibus incessanter profusius inclinat. Quia igitur, fratres Pontiniacensis monasterii a cura sæculari liberos et divinis obsequiis mancipatos, pie vivere ac religiose cognovimus, iacirco in Domino dilecte filii Guicharde abbas, tuis justis petitionibus duximus annuendum. Statuimus itaque ut quæcunque possessiones aut bona quæ ad eundem locum in præsentiarum juste et canonice pertinere noscuntur, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, auxiliante Domino, ei conferri contigerit, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Confirmamus etiam vobis usuarium per totam silvam quæ dicitur Otta, quemadmodum animalibus, domibus, omnibusque necessariis vestris ab Henrico Senonensi archiepiscopo, et Atone Trecensi episcopo vobis rationabiliter concessa est, et eorum scriptis conservata. Et quoniam ubi Spiritus Domini, ibi libertas, ut liberius divinis famulatus valeatis insistere, et purgata mentis œcie contemplationi vacare, prohibemus ne aliquis archiepiscopus aut episcopus te, vel successores tuos, seu aliquem abbatem Pontiniacensis ordinis, indebitis vexationibus fatigare, vel contra regulam inquietare præsumat. Porro conversos vestros, qui monachi non sunt, post professionem factam in vestris cœnobiis nullus archiepiscoporum vel abbatum sine vestra grata licentia suscipere aut susceptos retinere præsumat. Verum quoniam sicut B. Gregorio Augustinum Angelorum episcopum instituente didicimus, communi vita viventibus jam de faciendis portionibus, vel exhibenda hospitalitate et adimplenda misericordia, nobis quid erit dicendum, cum omne quod superest in causis piis ac religiosis erogandum est, Domino magistro omnium dicente: *Quod superest, date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis?* (Luc. xi.) Statuimus ut de laboribus, quos vos et totius vestræ congregationis fratres propriis manibus et sumptibus colitis, et de animalibus vestris a vobis decimas expectere vel recipere nemo præsumat. Nulli ergo hominum liceat vestrum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integre conserventur vestris et aliorum pauperum Christi usibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque periculum patiat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat. Conservantibus vero eidem loco quæ sua sunt sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic bonæ actionis fructum percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

S. PETRUS. S. PAULUS.

Locus monogrammaticus: INNOCENTIUS PAPA II.

ADJUVA NOS, DEUS SALUTARIS NOSTER

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus ss.

Ego Igarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos ss.

Ego Guido presbyter cardinalis tituli S. Chrysgoni ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum ss.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis x Kal. Januarii, indictione vi, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno xiii.

DXLVII.

Clero populoque Atrebatensi significat Alvisum episcopum culpam apud sese diluisse.

(Anno 1142, Dec. 27.)

[BALUZ., *Miscell.*, II, 164.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis clero et populo Atrebatensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Venientem ad nos venerabilem fratrem nostrum Alvisum episcopum vestrum, et super quibusdam sinistris quæ de ipso nobis nuntiata fuerant se excusantem, tam pro antiqua familiaritate, religione quoque et honestate ipsius quam multorum religiosorum precibus debita benignitate suscepimus, et gratiam nostram ei reddidimus. Ipsum itaque cum gratia sedis apostolicæ et litterarum nostrarum prosecutione ad sedem propriam remittentes, universitatem vestram monemus quatenus ipsum benigne recipiatis, diligatis et honoretis, eique tanquam Patri et animarum vestrarum episcopo debitam obedientiam et reverentiam absque ulla contradictione humiliter exhibeatis.

Datum Laterani vi Kal. Januarii.

DXLVIII.

Bulla in gratiam Hugonis episcopi Antissiodorensis.

(Anno 1142, Dec. 30.)

[*Gall. Christ.*, XII, Instrum. p. 112.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Hugoni Antissiodorensi episcopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Ex injuncto a Deo nobis apostolatus officio fratribus nostris tam vicinis quam longe positis paterna nos convenit provisione consulere, et ecclesiis in quibus Domino militare noscuntur, suam justitiam conservare, ut quemadmodum patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Eapropter, venerabilis frater Hugo episcopo, tuis justis

precibus clementer annuimus, et benedictionem abbatis S. Germani et ipsius debitam obedientiam et reverentiam, in aliis quoque ecclesiis episcopatu Antissiodorensi pertinentibus, jus episcopale tibi tulsque successoribus concedimus, et apostolica auctoritate confirmamus, sicut ecclesia tua hactenus habuisse cognoscitur: prohibemus quoque ne aliqua sæcularis persona clericos in episcopatu tuo pro quolibet crimine judicandi vel puniendi habeat potestatem. Si qua igitur ecclesiastica sæcularisve persona, contra hanc nostræ constitutionis paginam sciens venire temere tentaverit; secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, et in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic bonæ actionis fructum percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Petrus diaconus cardinalis S. Mariæ in Acquirro ss.

Ego Petrus cardinalis S. Mariæ in Porticu ss.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus ss.

Ego Thomas presbyter cardinalis tituli Vestinæ ss.

Ego Hubaldus presbyter cardinalis tit. S. Praxedis ss.

Datum Laterani per manum Geraldii S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, III Kal. Januarii, anno 1142, pontificatus vero Innocentii II pape anno xiv.

DXLIX.

Ad Henricum Wintoniensem episcopum et apostolicæ sedis legatum in Anglia, et Robertum episcopum Herefordensem.

(Anno 1142.)

[*Rev. Anglic. Script. Chron. W. Thorn. II, p. 1802.*]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, etc.

Sicut nosse potest fraternitas vestra, occasione l. a. et vii d. quos monachi Sancti Augustini Cantuariensi archiepiscopo annis singulis persolvere consueverunt, inter ipsos controversia diutius agitata est; ikdem namque monachi audito interdicto venerabilis fratris nostri Alberici Ostiensis episcopi apostolicæ sedis legati, ut pro chrismate et oleo et aliis ecclesiasticis sacramentis pretium non daretur, eodem denarios præfato archiepiscopo solvere renuerunt, asserentes ipsos denarios pro chrismate et oleo diutius non persolvisse: unde ab archiepiscopo, sicut ipsi nobis postea conquesti sunt, plurima damna et injuriæ eis illata sunt; pro quibus ad nostram præsentiam evocatus, cum pro guerris et tribulationibus illius terræ venire non posset, præ-

fixum ei terminum prolongavimus, et ut præteritis beati Martini Octavis per se aut per nuntios suos eisdem monachis in præsentia nostra responderet, præcipiendo mandavimus. Tandem utraque parte ante nos præsentata, cum monachi de injuriis et damnis querimoniam suam innovarent, nuntii archiepiscopi dixerunt se querimonis eorum minime debere respondere, nisi primum denarii restituèrentur, quibus Cantuariensem ecclesiam sine iudicio spoliatam esse conquerebantur. Monachi vero econtra respondebant denarios illos non esse restituendos, eo quod a legato nostro, sicut prædictum est, interdictum fuerat ne pro chrismate et oleo denarii darentur; et testes super hoc producebant. Præterea dicebant, quod et verum est, a nobis prohibutum esse, ne denarii illi pro chrismate et oleo darentur. Insuper ad hoc comprobandum monachi in argumentum adducebant, quod eadem die super eandem mensam chrisma et oleum dabantur, et denarii persolvebantur, ita etiam quod si denarii non solverentur, chrisma et oleum denegabantur. Legati vero archiepiscopi hoc negantes, eosdem denarios pro censu et honesta causa datos esse, et id multis idoneis testibus in Anglia se probaturos affirmabant. Et iterum præfati monachi adversus eundem archiepiscopum conquerebantur, quod tam ipse quam homines sui multas et graves injurias eis intulerant, et multa de jure monasterii sui injuste detinebant. Quæ fere omnia legati archiepiscopi denegabant. Quibus omnibus diligenter auditis, quoniam principales personæ absentes erant, et in partibus illis super his omnibus plenior potest haberi notitia, habito fratrum nostrorum consilio, dignum duximus causam ipsam vestræ discretioni committere terminandam. Mandamus itaque vobis quatenus congruis loco et tempore utramque partem ante vestram præsentiam evocetis, ut auditis hinc inde rationibus et diligenter inquisitis, præstante Domino, sine debito terminetis.

Dat. Laterani, etc.

DL.

Ad archiepiscopum Turonensem.—Ut responsurus Dolensî antistiti, qui se Aletensi episcopatu spoliatus querebatur, ad sedem apostolicam accedat.

(Anno 1142.)

[MARTENS, *Thesaur. Anecd.*, III, 386.]

Venerabilis frater noster Dolensis archiepiscopus ad nostram præsentiam veniens, conquestus est nobis in controversia subjectiois, quam ab eo exigit, se multoties gravatum esse. In pluribus namque locis, Salmurio videlicet, Vencto, Cenomanis, Parisius, Tur. et Pictavis ad definitionem hujus controversiæ in venerabilis fratris nostri G. [Gaufredi], Carnotensis episcopi, apostolicæ sedis legati præsentia se paratum fuisse asserit, et etiam multas ob hoc expensas sustinuisse conqueritur, etiam quod Aletensi episcopatu, quem te detinere asserit, sine ratione et iudicio spoliatus sit. Ne igitur Turonensis Ecclesia et Dolensis hujusmodi attractionibus am-

pius fatigantur, per præsentia tibi scripta mandamus atque præcipimus, quod beati Lucæ festivitate sequentis anni nostro te conspectui repræsentes, Ecclesiæ tuæ justitiam super hoc ostendere, et de Aletensi episcopatu respondere paratus, ut tunc utriusque partis auditis rationibus, eandem controversiam dictante iustitia terminare possimus.

In libro XI Regestorum papæ Innocentii II, XI anno.

DLI.

Ecclesiam S. Crispini in Cavea Suessionensem tuendam suscipit.

(Anno 1142.)

[*Gall. Christ.*, X, Instrum, 117.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ROGERO abbati S. Crispini in Cavea, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, B regulariter substituendis, in perpetuum.

Ex commisso nobis a Domino apostolatus officio religiosorum virorum quieti et utilitati paterna nos convenit provisione consulere, et ecclesiis in quibus Domino militare noscuntur, suam justitiam conservare: ut quemadmodum, disponente Domino, Patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprehendimur in opere. Hujus rei gratia, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et B. Crispini martyris ecclesiam in qua divino maucipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: censum in eadem Cavea, torcularia, vineam quæ dicitur Aignelet, cum aliis, terram de Poigli, cum terra sibi contigua de Bellomonte, curtem de Vallerrami cum cultaris ad eam pertinentibus, tertiam partem totius decimæ de Nancel, molendina tria, terram de Valle-leonis, cum curte omnino libera et tota decima, terram quæ dicitur Vans sive Milien-cort, cum molendino et omnibus appendiciis suis, censum apud Suessorum civitatem. Statuimus etiam ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam et institutionem fratrum de Arida Gamancia perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Prohibemus quoque ut nullus post factam ibidem professionem, absque abbatis totiusque congregationis permissione ex eodem claustris discedere audeat; discedentem vero absque communi litterarum cautione nullus suscipiat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi vel sanioris partis assensu secundum Dominum providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel abla-

tas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocæsani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiasticæ sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, etc. Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus domini Innocentii papæ II anno XIII.

DLII.

Ad Stephanum episcopum Parisiensem. — Ut ecclesias S. Genovefæ ab interdicto absolvat.

(Anno 1130-1143.)

[*Mansi, Concil.*, XXI, 402.]

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri nostro Stephano Parisiensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Olim fraternitati tuæ scripsisse meminimus quatenus ecclesias S. Genovefæ ab interdicto quo eas alligasti, salva justitia Ecclesiæ Parisiensis, absolveres. Quod profecto nondum esse impletum tanto amplius miramur, quanto præfata ecclesia sub B. Petri tutela et protectione consistit. Cujus rei gratia dilectioni tuæ per iterata scripta mandamus, ut ecclesias ipsas ab eodem interdicto absolvas: postmodum vero, si quam te justitiam habere confidis, congruo loco et tempore, quod justum fuerit consequeris. Rogamus præterea charitatem tuam, quatenus si filius noster La., quem tibi procurandum commisimus, a te discessit, filio nostro Jo., cognomine Piccuto, in victualibus et aliis necessaria argaris, eumque pro reverentia B. Petri attentius haberes commendatum.

DLIII.

Ad Stephanum Parisiensem episcopum, decanum et capitulum. — Rogat ut præbendam unam canonicis S. Victoris in ecclesia Parisiensi concedant.

(Anno 1130-1143.)

[*D. Bouquet, Recueil*, XV, 371.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri STEPHANO, decano et capitulo Parisiensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Non dubium est dilectioni vestræ ecclesiam B. Victoris tam in religione et honestate venerabilium personarum, quam in observatione regularis ordinis et ecclesiasticæ disciplinæ [commendari]: adeo quod laudabilis institutio magisterio in diversis partibus jam ecclesiæ multæ [Deo gratias] profecerunt, in quibus utique majestati divinæ, quæ humilia respicit, laus, honor et gloria exhibetur, et populus Dei bonæ vitæ et conversationis exemplo ad meliora plenius informatur. Curandum itaque vobis est, ut sicut fratres in eodem loco famulantes, spirituales epulas non solum vicinis, sed etiam longe positius subministrant, ita ipsi inter vos constituti egere sustentatione rerum temporalium non sinantur. Et igitur eorumdem fratrum possitis piis orationibus atque suffragiis adjuvari, universitatem vestram præ-

sentibus litteris commonemus et exhortamur in Domino, quatenus eis præbendam unam (181) in vestra ecclesia concedatis, de qua et ipsi vitæ solatia consequantur, et vos pro bonis temporalibus æternæ vitæ præmia mereamini.

DLIV.

Ad Radulfum abbatem Latiniacensem.—Arguit eum de contemptu sedis apostolicæ et de monasterii sui dilapidatione.

(Anno 1130-1143.)

[MARTENE, *ampliss. Collect.*, I, 763, ex ms. S. Martini Tornac.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, RADULPHO Latiniacensi (182) abbati.

Sanctorum Patrum docet auctoritas quod apostolicis mandatis et institutionibus, absque sui status periculo, nulli unquam licuit obviare. Quod si sollicita consideratione pensasses, nequaquam in tantam beati Petri injuriam ausu temerario prorupisses. Tu vero, sicut litteras et nuntium recipere contempsisti, et alias tam dilecto filio nostro præposito ex apostolica sedis benignitate indulimus, ei violenter aufere, ad majorem beati Petri et nostram injuriam dirumpere præsumpsisti. Domos quoque, terras, et vineas commissi tibi monasterii parentibus tuis illicite contulisti, et fratres ipsius monasterii in captione ponere contra regulam et officium tuum minime formidasti. Quia igitur tantam tuam contumaciam inultam præterire, et cætera, quæ de tua persona sinistro rumore nobis nuntiata sunt, indiscussa remanere nolumus nec debemus, per præsentia scripta mandamus et mandando præcipimus, quatenus proxima Dominica qua legitur *Ego sum pastor bonus*, nostro te conspectui repræsentes, super his omnibus et cæteris quæ tibi obijciuntur respondere paratus.

DLV.

Privilegium pro ecclesia S. Mariæ Carnotensi.

(Anno 1130-1143.)

[PETIT, *Theodori Penitentiale*, II, p. 423, ex codice ms. privileg. Ecclesiæ Carnotensis.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GAUFRIDO Carnotensi episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Discreta et provida sedis apostolicæ dispensatio hanc servare temperantiam consuevit, ut singulorum jus et dignitatem illæsam custodiat; et quos ad obsequium suum devotiores et promptiores invenerit, eos arctioris dilectionis et familiaritatis benevolentia sibi astringat. Quia ergo te, venerabilis frater Gaufride, Carnotensis Ecclesiæ episcopo, matrem tuam sanctam Romanam Ecclesiam toto mentis desiderio venerari, ac diligere, et emergentibus

(181) Verebantur canonici Parisienses ne Victorini in ecclesiam suam ab episcopo Stephano inducerentur. Rex scriptis litteris et sacramento astrinxerat se ne unquam pateretur Ecclesiam Parisiensem ab antiquo statu et ordine removeri, neve regulares canonici præbendam vel personatum aliquem in eadem ecclesia haberent. Porro hac sapienti papæ

A persecutionum scandalis tanquam virum in religione probatum et in fide Catholica firmum pro ejus utilitate et servitio viriliter desudasse, manifestis persensimus argumentis: personam tuam ampliori charitatis affectione diligimus, et Ecclesiam tibi commissam ex injuncto nobis pontificalis officii culmine libentius honoramus. Tuis igitur, frater in Christo charissime, rationabilibus postulationibus gratum præbentes assensum, possessiones et bona quæ in præsentiarum juste et canonice possidet tibi et successoribus tuis, et per vos Carnotensi beatæ gloriosæ Mariæ Dei genitricis Ecclesiæ, præsentis privilegii pagina confirmamus, etc. Sane libertatem ab eodem autecessore tuo episcopali domni acquisitam, integram, illibatamque servare præcipimus; ut videlicet decedentibus episcopis, nulli penitus liceat episcopalem domum invadere, aut ea quæ fuerint tibi, ullatenus occupare, aut aliquod eorum præsumere, quæ prædecessoris nostri sanctæ recordationis Paschalis papæ privilegio perhibentur, etc. Statuimus autem ut homines de familia Beatæ Mariæ ad jus tuum vel canonicorum pertinentes, quemadmodum a prædicto filio nostro Lodevico illustri Francorum rege concessum est, ad omnia testimonia, et omnes probationes sicut liberi laici admittantur, etc.

DLVI.

Ecclesiam abbatiæ Bonæ-Spei, ordinis Præmonstratensis, et ejus bona temporalia ad instantiam beati Odonis, primi illius abbatis, confirmat, et quædam largitur privilegia.

(Anno 1130-1143.)

[MIRÆUS, *Opp. diplom.*, III, 331.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ODO abbatu de Bona-Spe, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Justis votis assensum præbere, et religiosorum preces benignis auribus exaudire, apostolicæ convenit dignitati. Nec dubium quod si servorum Dei petitionibus benigne concurrimus, nostris opportunitatibus pium Deum reperimus, ut quemadmodum divina providentia patres in Dei populo dicimur, ita etiam effectu prosequente operis salubriter præesse fidelibus mereamur.

Cum igitur universis ecclesiasticis personis nos oporteat generaliter providere, erga illos tamen propensiori cura nos convenit esse sollicitos, quos constat majori studio cunctipotentis Dei servitio inihiare, et arctiori religione ac morum honestate clarescere.

Hoc profecto intuitu, dilecte in Domino filii Odo abbas, tuæ devotionis precibus debita benignitate impertimur assensum, et Bonæ-Spei ecclesiam, cui

dispensatione, simul tas quæ diu Parisiensem ecclesiam exagitaverat, sopita fuit.

(182) Latiniacum monasterium ordinis S. Benedicti ad Matronam fluvium in diocesi Parisiensi, a S. Fursco fundatum, hæcenus perstat sub congregatione S. Mauri.

Deo auctore præses, cum omnibus ad eam pertinentibus præsentis privilegii pagina communimus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona, idem locus in præsentiarum iuste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio acquirere poterit, firma tibi tuisque successoribus et illibata permanent. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem scilicet de Riverolis sub censu XII denariorum Valentianensis monetæ; curtem quoque de Ramelgis sub censu decem solidorum prædictæ monetæ. Ordinem sane et propositum vestrum canonicè vivendi secundum Augustini regulam et institutionem Præmonstratæ Ecclesiæ, nullus audeat immutare, vel super vos ordinem alterius professionis inducere. Fratrum etiam vestrorum, qui stabilitatem et obedientiam promiserunt, absque proprii abbatis et capituli sui licentia nullus discedere, discedentem nullus præsumat retinere. Quod si canonicè vocatus redire contempserit, abbas in eum proferendi sententiam habeat potestatem. Ecclesia quoque vestra pro communi interdicto parochiæ non vacet. Solummodo ne illi recipiantur, quos interdictos vel excommunicatos esse constiterit. Simili modo sancimus ut de laboribus quos propriis manibus, sumptibusve colitis, seu de vestris nutrimentis dare decimas cuiquam non cogamini. Quia vero quieti vestræ magis ac magis nos convenit providere, et circa divina officia vos cupimus esse assiduos, simili modo sancimus, ut neque tu, dilecte in Domino fili Odo abbas, neque aliquis successorum tuorum, nisi forte vocatus ad synodum, vel alia negotia præsumatis abire.

Decernimus ergo ut nulli hominum omnino fas sit, vos vel prædictam ecclesiam Bonæ-Spei, super hac nostra constitutione temere perturbare, aut ejus bona vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.

Si quis autem ausu temerario huic nostro decreto contraire præsumpserit, secundo tertiove communitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat, et excommunicationi subiaceat. Conservantes vero Dei ac Domini Redemptoris nostri et eorum apostolorum gratiam consequantur. Amen.

DLVII.

Ecclesiæ Sancti Audomari in Arthesia, postmodum cathedralis, privilegia confirmat.

(Anno 1130-1143.)

[MIRÆI, *Opp. diplom.* IV, p. 13, ex motivo juris capituli Audomari, p. 28 et 50.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis in Christo præposito et canonicis Sancti Audomari, regularem vitam professis, in perpetuum.

A Nos convenit ecclesiis, in quibus Domino militare noscuntur, justitiam conservare Ecclesiam Beati Audomari, in qua divino vacatis servitio, apostolicæ sedis privilegio communimus statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem venerabilis locus in præsentiarum iuste et canonicè possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci perpetuo jure firma vobis et illibata permanent.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis ad servitium videlicet atque susceptionem pauperum Christi in hospitali domo præfatæ ecclesiæ Sancti Audomari terram de Rubruc, terram de Staples

B Bonas quoque ac rationabiles consuetudines, quæ usque ad hæc tempora in vestra ecclesia vigerunt, vobis præsentis scripti pagina confirmamus, et novas atque indebitas, vobis invitatis, imponi ab aliquo prohibemus. Ministros sane vel officiales ejusdem ecclesiæ decanus, sicut moris est, communicato consilio fratrum statuet, qui nimirum juxta diutinam Ecclesiæ vestræ consuetudinem, si quando excesserint, ab his quorum interest, more solito, corrigantur.

C Obeunte vero te nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et ecclesiasticam honestatem providerint eligendum. Decernimus ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet aliis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue emendaverit, potestatis honorisque sui honore careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

DLVIII.

Ad episcopum Cremonensem. — Omissio baptismi non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum.

(Anno 1130-1143.)

[*Corpus juris canon.*, tom. II, Decret. Greg. lib. III, tit. 43, cap. 2.]

Apostolicam sedem consulere decrevist . . .
Et infra: Uude inquisitioni tuæ taliter respondemus, presbyterum quem sine unda baptismatis extremam

diem causasse significasti, quia in sanctæ matris Ecclesiæ fide et Christi nominis confessione perseveravit, ab originali peccato solutum et cœlestis patriæ gaudium esse adeptum, asserimus incunctanter. Lege super octavo libro Augustini De civitate Dei, ubi inter cætera legitur : « Baptismus invisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. » Librum etiam B. Ambrosii De obitu Valentiniani idem asserentis revolve.

Sopitis igitur quæstionibus, doctorum Patrum sententias teneas, et in Ecclesia tua juges preces hostiasque Deo offerri jubeas pro presbytero memorato.

DLIX.

Ecclesiæ S. Laurentii Florentinæ ac monasterii Crispinensis de domo hospitali litem componit.

(Anno 1130-1143, Maii 1.)

[LAMI, *Ecclesiæ Florentinæ Monum.*, III, p. 1778.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO priori et fratribus Sancti Laurentii, salutem et apostolicam benedictionem.

Pro controversia quæ super hospitali domo juxta ecclesiam Sancti Laurentii sita inter vos et Crispinenses monachos diutius agitata est, utramque partem ante nostram præsentiam evocavimus, et rationes et allegationes hinc inde diligenter audivimus. Cognovimus siquidem ex instrumentorum vestrorum inspectione et vestræ partis assertionem, quod eadem hospitalis domus a quibusdam civibus consensu Rainerii episcopi et Uberti prioris S. Laurentii monasterio S. Benedicti in Bifurco cum omnibus ad ipsum pertinentibus concessa est, et prædecessoris nostri bonæ memoriæ Calixti papæ privilegio confirmata : quod quamvis adversa pars non posset negare, assererat tamen fratres prædicti monasterii domum ipsam omnino dimisisse et ab iisdem patronis postmodum Crispinensi monasterio concessam fuisse. Vos autem respondebatis quod prædicti patroni nihil in eadem domo Crispinensi monasterio concedere potuissent, cum eam jamdudum prædicto monasterio de Bifurco cum omni jure suo concessissent. Asserebatis præterea et publici instrumenti ostensione affirmabatis, quod abbas de Bifurco, præsentem et consentientem dilecto filio nostro Guglielmo presbytero cardinali tunc in partibus

Legato, eandem domum sub annuo censu vobis concesserat, et scripto suo firmaverat. Auditis itaque utriusque partis rationibus ac diligenter inspectis, communicato fratrum nostrorum consilio, quoniam laici, postquam eandem domum, sicut prædictum est, monasterio de Bifurco semel concesserant, nihil ibidem deinde Crispinensi monasterio, nec alii, concedere potuerunt, judicavimus, ut Crispinenses monachi domum ipsam cum omnibus suis pertinentiis in integrum vobis restituerent, et eam de cætero quiete possideretis. Præcepimus quoque vobis, ut rationabiles expensas, quas in eadem domo fecerant, eis redderetis. Illis quoque præcepimus,

ut, si qua de bonis ipsius comus per illos illicitè distracta vel pignori obligata sunt, vobis cum integritate restituant. Si quis autem hujus definitionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, ordinis et officii sui periculo subiaceat, atque omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus indignationem incurrat. Amen

Datum Kal. Maii.

DLX.

Ad Januensem archiepiscopum.

(Anno 1130-1143.)

[*Corpus Juris canonici*, I. II, Decr. S. Gregorii, I. III, tit. 28, c. 3.]

Fraternitatem tuam non credimus ignorare mortuorum sepulcra et cæmeteria apud illas ecclesias et monasteria ex antiquo esse disposita, in quibus religiosorum fratrum conventus sunt constituti, et orationes et missarum solemnitas tam pro vivis quam pro defunctis frequentius celebrantur. Unde ipsorum devotioni et extremæ voluntati qui apud hujusmodi ecclesias sepeliri desiderant, minime contradicendum est. Qui vero, relictis antiquis ecclesiis et patrum aliorumque parentum suorum sepulcris, contra consuetudinem Patrum Veteris Testamenti, qui cum patribus suis sepulti esse leguntur, ad nova et minus religiosa loca se transferunt, irrationabiliter et contra antiquam consuetudinem facere videntur.

Unde si P. de Castello contra antiquam et rationabilem consuetudinem aliquid de corpore suo sepeliendo mandavit, hoc non præjudicat rationi, sed viribus debet carere. Quo circa mandamus quatenus corpus ipsius monachis S. Stephani reddi facias et cum suis patribus [al. fratribus] sepeliri.

DLXI.

Ad patriarcham Aquileiensem et episcopum Mantuanum.

(Anno 1130-1143.)

[MANSI, *Concil.*, XXII, 448.]

Quoties frater noster Adispertinus Tudertinus [al. Tridentinus] episcopus, et in nostra et in vestra præsentia fuerit de simonia impetitus, prudentiam tuam latere non credimus. Cujus causa in nostra tandem ventilata præsentia, producti sunt accusatores et testes, viva voce et scripto accusantes eum, eo quod ecclesiam Sancti Petri de Sajo presbytero Paulo dedit pro mittendis quatuor modis frumenti, quos ab eadem ecclesia suscepit. Verum quoniam neque testes, neque accusantes, secundum formam canonum sanctorum Patrum in causa illa procedere potuerunt, communi fratrum nostrorum consilio judicamus ut tertia manu sui ordinis, et quarta mantabatur et religiosorum sacerdotum de prædicta Simonia in vestra præsentia se expurget. Porro purgationis tenor erit hic : Idem episcopus super sancta Dei Evangelia jurabit, primum, quod pro ecclesia Sancti Petri de Sajo a presbytero Paulo de Ada [danda], neque per submissam personam, nec pro

eo alius, se sciente, pretium acceperit. Deinde vero A purgatores jurabunt super sancta Dei Evangelia quod ipsi credunt verum esse quod ipse iuraverat.

DLXII.

Urbani atque Calixti sententiam confirmat, statuens ne abbates in parochialibus ecclesiis quas tenent, absque episcoporum consilio presbyteros collocent.

(Anno 1130-1145.)

[Mansi, *Concil.*, XXI, 436.]

Sane de presbyteris qui parochias ad monasteria pertinentes in ecclesiis constituuntur, prædecessorum nostrorum sacræ memoriæ Urbani atque Calixti sententiam confirmamus, statuentes ne abbates in parochialibus ecclesiis quas tenent, absque episcoporum consilio presbyteros collocent, sed episcopi B parochiæ curam cum abbatum consensu sacerdoti committant, ut ejusmodi sacerdotes de plebis quidem cura episcopis rationem reddant, abbati vero pro rebus temporalibus ad monasterium pertinentibus debitam subjectionem exhibeant, et sic sua cuiusque jura serventur.

DLXIII.

Ad Henricum Ratisponensem episcopum ut monasterio S. Petri (Munchnunster) ecclesiam B. Sixti restituat.

(Anno 1132-1143.)

[Ludewig, *Script. Rer. Germ.*, I, 579.]

INNOCENTIUS, servus servorum Dei, H[ENRICO] Ratisponensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut tua novit fraternitas, ad episcopale officium pertinet religiosos viros manutenere et diligere, et paterna sollicitudine eis necessaria providere. Unde bonæ memoriæ antecessor tuus, episcopus Cuno, monachus in ecclesia Beati Petri, in loco qui vocatur Monasterium, Deo servientibus, ecclesiam beati Sixti cum parochia sibi adhærente tradidit. Nunc autem, loci ipsius abbate referente, didicimus quod prædicta ecclesia et parochia ablata est, et fratres ad quorum solatium tradita erat, exinde grave incommodum patiuntur. Quocirca per præsentia tibi scripta præcipiendo mandamus, quatenus eisdem fratribus præfatam ecclesiam cum parochia restituas, et de cætero ipsis, tanquam pius et bonus pastor, misericorditer providere studeas.

DLXIV.

Ecclesiam Beatæ Mariæ Rotundæ Antissiodorensis disciplinam possessionesque confirmat.

(Anno 1137-1143.)

[Hugo, *Annal. Præmonstrat.*, p. 144.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio HERVÆO priori et fratribus in ecclesia Beatæ Mariæ Rotundæ regularem vitam professis, tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.

In eminenti apostolicæ sedis specula, disponente Domino, præstituti, ex injuncto nobis officio, religiosos viros debemus diligere, et eorum loca defensione propria protegere ac fovere. Dignum namque

et honestati conveniens esse cognoscitur, ut quod ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, atque beati Petri suffragio muniamus. Proinde, dilecti in Domino filii, charissimi fratris nostri Antissiodorensis episcopi per cujus utique industriam tam in nova quam in multis aliis ecclesiis religio noscitur instituta precibus inclinati, vestris rationabilibus expositulationibus convenlenter annuimus et B. Mariæ ecclesiam, in qua divino vacatis servitio, apostolicæ sedis munimine roboramus. Statuimus igitur ut ibidem ordo canonicus secundum beati Augustini regulam canonicam substituatur. Quasque præterea possessiones aut bona in præsentiarum ad eandem ecclesiam, item et canonicè pertinere noscitur, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis certis modis, auxiliante Domino, poteritis adipisci, firma vobis et illibata permancant in perpetuum. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: ecclesiam videlicet Sancti Martini de Bonorto, cum terra quæ circa ipsam est, certis siquidem finibus limitata in pago provinciæ Senonensis, quam utique B. Vigilius martyr et episcopus, cum aliis possessionibus ecclesiæ Beatæ Mariæ contulisse probatur. Decernimus igitur ut nulli omnino hominum fas sit prædictam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, seu ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet aliis vexationibus fatigare; sed omnia integra C conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum satisfactione congrua correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine strictæ ultioni subiaceat. Cunctis vero jura sua eidem loco servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. amen. amen. D

DLXV.

Ad Conradum Salzbургensem episcopum.—Post laudes vitæ canonicæ, vetat ne fratres Berchersgadenenses institutum mutent.

(Anno 1138-1143, Mart. 16.)

[Mansi, *Concil.*, XXI, 427.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri CONRADO Salzburgensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

De dignitate, et excellentia vitæ canonicorum multa nos docet divina Scriptura, et multa possemus dicere, quod vita canonicorum vita est apostolica, quoniam apostoli contemptis omnibus hæc vita cum Domino vixerunt, et post ascensionem cum multi-

tudine credentium, cuius erat anima una et cor unum, hac vita viventes, cum posteris suo exemplo tenendam reliquerunt. Quod martyr et pontifex Urbanus ad informationem fidelium in suis decretis memorare curavit, dicens: *Scimus vos non ignorare quia vita communis hactenus inter bonos Christianos viguit, et adhuc gratia Dei viget, et maxime inter eos, qui in sorte Domini electi sunt, id est, clericos, sicut in Actibus apostolorum legitur: « Multitudinis credentium erat cor unum, et anima una. »* Hanc B. Augustini regulis ordinatam S. Hieronymus suis epistolis informavit. Horum itaque et aliorum muniti auctoritatibus, non minoris meriti æstimamus vitam canonicam, aspirante ac prosequente Domini Spiritu, observare, quam religionem monasticam ejusdem spiritus perseverantia custodire. Unde antecessorum nostrorum decretis statutum esse meminimus, ne professionis canonicæ quispiam postquam Dei vice super caput sibi hominem imposuerit, alicujus levitatis instinctu, vel districtioris religionis obtentu de claustrum audeat sine prælati et congregationis permissione discedere. Quorum vestigiis inhærentes, quod quidam fratres in claustrum Berchtersgadonensi de mutatione ordinis sui vana præsumptione attentare voluerunt, apostolica auctoritate ne fiat interdicimus; præcipientes, ut quod Deo voverunt reddere, et regulam B. Augustini, quam professi sunt, Domino juvante fideliter observare studcant; in cujus observantia si eos fortasse remissos, et minus ferventes repereris, monemus fraternitatem tuam, ut secundum datam tibi a Deo sapientiam, professionem, et ordinem suum servare, et mandatis regulæ obedire, sicut tua interest, districtè commoneas.

Data Laterani xvii Kalend. Aprilis.

DLXVI.

Ad Hugonem Atrebatensem archidiaconum. — Eum sub protectione Romanæ Ecclesiæ suscipit.

(Anno 1138-1143, April. 15.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 404.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio HUGONI Atrebatensi archidiacono, salutem et apostolicam benedictionem.

Apostolicæ sedis clementia devotos et humiles filios ex assuetæ pietatis officio propensius novit diligere, et suæ protectionis munimine conservare. Eapropter, dilecte in Domino fili, devotionem tuam erga B. Petrum et nos ipsos attendentes, te in specialem filium apostolicæ sedis assumimus, et personam tuam cum bonis tam ecclesiasticis quam mundanis, quæ in præsentiarum juste et canonice possides, aut in futurum rationabilibus modis Deo propitio poteris adipisci, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus, statuente ut, si te gravatum in aliquo esse præsenseris, libere tibi sedem apostolicam liceat appellare. Nulli autem hominum fas sit personam

(183) Exstant apud Salzetum, ad ripam fluminis Læzi, ecclesiæ vestigia, cui nomen est Mauritius de

A tuam vel bona temere perturbare, seu quibuslibet molestiis fatigare. Si quis autem id attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Laterani xvii Kal. Maii.

DLXVII.

Consulibus Placentinis mandat ne aquam rivi S. Savini, monachis S. Savini ab imperatoribus concessam, derivari a civibus sinant.

(Anno 1138-1143, April. 23.)

[CAMP., *Hist. di Placenza*, I, p. 531.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis consulibus Placentinis, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster Laurentius abbas S. Savini nobis conquestus est, quod concives vestri aquam rivi Sancti Savini, quæ ab imperatoribus eis concessa, et scripto nostro firmata est, eisdem auferant, et ad prata et terras suas a recto cursu suo . . . averiant. Eapropter, quoniam ad vestrum spectat officium subditorum excessum corrigere, per præsentia vobis scripta mandamus, quatenus eosdem concives vestros ab hujusmodi injuria districtè coerceatis, et ipsam aquam eis in pace dimitti faciatis.

Datum Laterani nono Kalend. Maii.

DLXVIII.

Ad Guillelmum Montispessulani dominum. — Volentis monasterium exstruere ad usum Cluniacensium, piis ejus desideriis assentitur.

(Anno 1138-1143, April. 28.)

[D. BOUQUET, *Recueil*, XV, 395.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio GUILLELMO de Montepessulano, salutem et apostolicam benedictionem.

Sacrum et Deo amabile Cluniacense cœnobium est a gloriosis principibus propitius confœvendum, ibi enim fratres religiosi divino famulatu mancipati gratum Deo impendunt obsequium, et puris orationibus ad Dominum profusis, cœlos penetrant, ima superis jungunt, terrena contestibus uniunt, et viro- rum Catholicorum in eis spem habentium peccata redimunt. Exsultare quidem debet in Domino quisquis, impendendo beneficio, tam beatæ fraternitatis particeps fieri promeretur. Nos igitur, utilitati monasterii et saluti tuæ ac populi Montispessulani prospicere cupientes, piis tuis desideriis assensum præbemus, et ad honorem Dei habendi ecclesiam apud Montepessulanum eis licentiam damus, in qua divina celebrentur officia, et quicumque ibidem deliberaverint sepeliri (salvo nimirum jure matricis ecclesiæ) liberam habeant facultatem. Tua igitur, dilecte in Domino fili Guillelme, interest pium votum effectui mancipare, et ut Cluniacenses apud te ecclesiam possessionibus et aliis bonis dotatam habeant, effectu prosequente complere (183).

Datum Laterani iv Kal. Maii.

Sanzeto. Hanc exstruxisse Guillelmum prædunt consularis tabulæ, inquit Gariclus.

DLXIX.

Ad consules Lucenses.

(Anno 1138-1143, Maii 25.)

[BALUZ., *Miscell.*, IV, 590.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis consulibus Lucanis.

Oportuerat quidem universitatem vestram multorum excessuum, quibus sæpe offendistis Dominum, reminisci, atque de commissis vestris debita humilitate ab eo veniam promereri. Quod profecto versa vice apud vos in contrarium agi accipimus, dum fratres Ecclesiæ S. Fridiani, qui pro sua religione atque honestate magna reverentia digni habentur, super ordinatione Ecclesiæ S. Pantaleonis, quam eis disponendam et gubernandam commisimus, infestari permittitis. Unde per apostolica vobis scripta mandamus atque præcipimus quatenus eisdem fratribus nullam de cætero super hoc contradictionem vel molestiam inferri sinatis, et ut nostra concessio gratum Deo obtineat complementum, eis consilium et auxilium impendatis, quatenus secundum eorum dispositionem amodo ibidem omnipotenti Domino serviat.

Data Laterani x Kal. Junii.

DLXX.

Canonicis ecclesiæ S. Alexandri Bergomati ecclesiam de Virgis asserit.

(Anno 1138-1143, Sept. 23.)

[LUPI, *Cod. dipl. Bergom.*, II, 1019.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, O. præposito et canonicis Sancti Alexandri Pergamensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Nuntios vestros, dilectos videlicet filios nostros J. et G., ad nos venientes debita benignitate recepimus, et pro visitatione per eos nobis transmissa dilectioni vestræ grates referimus. Hoc autem scire vos volumus quoniam nos personas vestras et Beati Alexandri ecclesiam diligere volumus et facere, et jura vestra vobis illibata servare. Ideoque petitioni vestræ nos satisfacere volentes, ecclesiam de Virgis quæ juris beati Petri esse cognoscitur vobis commissam perpetuo habendam concedimus quatenus et ecclesia de vestro regimine secunda persistat, et nobis annuum censum læta persolvat. Vestra itaque interest tales vos exhibere et in ipsius ecclesiæ servitio sic permanere, ut et nos de vestris bonis actibus gaudeamus et ampliori gratia dignos habeamus.

Dat. Laterani ix Kalend. Octobris.

DLXXI.

Ad Ausciensem archiepiscopum de abbacia Sancti Fremerii.

(Anno 1139-1143, Jan. 30.)

[Gall. *Christ. nov.*, I, Instr., 189.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, ve-

(184) Is erat Falco, qui anno 1139 factus est Lugdunensis archiepiscopus, obiitque anno 1144.

(185) Guido, qui anno 1139 placitum habuit apud

A nerabili fratri AUXITANO archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Apostolicæ sedis clementia singulis locis et personis dignitatem et justitiam suam servare consuevit. Dilectus filius noster M. abbas S. Florentii ad nostram præsentiam veniens, significavit nobis quod abbacia Sancti Fremerii, quæ in tuo archiepiscopatu sita est, ad jus B. Florentii ex antiqua pertineat, et abbates ibidem constituti in monasterio S. Florentii professionem fecerunt, et tam sibi quam prædecessoribus suis obediens exstiterunt. Quia igitur idem monasterium cum omnibus pertinentiis suis B. Petri juris existit, per præsentia scripta tibi mandamus, et mandando præcipimus ut, si P. præfatæ abbatiæ abbas professionem suam observare, et præfato filio nostro abbati debitam et consuetam obedientiam exhibere contempserit, absque dilatione debitam in ipso justitiam facias.

Datum Later. III Kal. Februarii.

DLXXII.

Ad Petrum abbatem et monachos Cluniacenses. — Lugdunenses archiepiscopum et clericos Cluniacensibus infestos, et per conjuratos homines vim inferentes, compescit. Mittit autem Guidonem diaconum card. qui iurgii eorum finem imponat, etc.

(Anno 1139-1143, Maii 17.)

[D. BOUQUET, *Recueil*, XV, 396.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO abbati et monachis Cluniacensibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Pro pace et tranquillitate vestra valde solliciti sumus, et ideo venerabili fratri nostro F. (184) Lugdunensi archiepiscopo rogando injunximus atque præcepimus, ut ab injuria, et infestatione vestra cesset, et clericos Lugdunenses cessare faciat. De his autem qui manus violentas in monachos iniecerunt, aut rei conjurationis sive conspirationis exstiterunt, ediximus quoniam, donec vobis satisfaciant, anathematis sententiæ sint subjecti. Præcipimus etiam ut ea quæ Cluniacense monasterium tenuerat, et a Lugdunensibus sunt ablata restituantur. Si quid vero quæstionis super his remanserit, coram filio nostro G[uidone] (185) diacono card. apostolicæ sedis legato, quem pro causa vestra præcipue destinavimus, terminetur. Ediximus etiam quod in monasterio S. Raginiberti (*Saint-Rambert*), quoniam fratres illius nimis laxè et minus religiose usque modo vixerunt, per fratres Cluniacenses religio reformetur. Ecclesia vero de Villa-franca (186), quæ Cluniaco a Lugdunensi archiepiscopo data esse cognoscitur, minime auferatur. Si qua vero (quod contingere nolumus) superfuerint, quæ in præsentia nostri legati terminari nequiverint, opportuno tempore in nostra præsentia, præstante Domino, debitum finem accipiant.

Datum Laterani, xvi Kal. Junii.

Ucetiam, de quo vide tom. XIV, p. 310.

(186) De Villa-franca hæc canonicis Lugdunensibus scribebat Petrus Venerabilis, lib. IV, epist. 6 :

DLXXIII.

Ad abbatem et monachos Beccenses.

(Anno 1140-1143, Febr. 24.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 420.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis LETARDO abbati et monachis Beccensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi et honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ideoque venerabilis fratris nostri Rotrodi Ebroicensis episcopi precibus inclinati, ecclesiam Sanctæ Trinitatis de Bellomonte cum omnibus quæ tam ex dono Rogerii de Bellomonte et Roberti filii sui et Galeranni quoque comitis quam aliorum Dei fidelium in præsentiarum juste et canonicè possidet, aut in futurum justis modis præstante Domino poterit adipisci, quemadmodum ab eodem fratre nostro consensu Galeranni comitis Mellenti vobis rationabiliter concessa est, confirmamus et præsentis scripti pagina communimus, salvis præbendis canonicorum superstitem, qui ante hoc tempus in ipsa ecclesia ordinati sunt. Si quis autem, hujus nostræ constitutionis et confirmationis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Data Laterani vi Kal. Martii.

DLXXIV.

Ad Pontium abbatem Vizeliacensem. — Conservat jura Vizeliacensia.

(Anno 1140-1143, Maii 6.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 403.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectio filio PONTIO abbati Vizeliacensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Per alia tibi scripta mandasse meminimus, ut Stephano Altissiodorensi canonico in præsentia venerabilium fratrum nostrorum Godefridi Lingonensis episcopi, et Bernardi Clarævallensia abbatis, de querimonia sua responderes; et quod ipsi exinde statuerent, firmiter observares. Verum quoniam litteris et nuntio tuo postea significasti illud, unde controversia agitur, Vizeliacensem ecclesiam jam per xxx annos, et eo amplius quiete tenuisse, et juxta antiquam Ecclesiæ tuæ consuetudinem nulli in tua curia te debere respondere: præter consuetudinem ecclesiæ tuæ te super hoc inquietari nolumus, nec quod a beatæ recordationis papa P. [Paschale], prædecessore nostro exinde statutum est, immutari.

Datum Laterani v Nonas Maii.

A

DLXXV.

Ad Godefridum Lingonensem, et Bernardum Clarævallensem abbatem. — Ejusdem argumenti.

(Anno 1140-1143, Maio?)

[MANSI, *ibid.*, 403.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus GODEFRIDO Lingonensi episcopo, et BERNARDO Clarævallensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Per apostolica vobis scripta mandasse meminimus, ut querimoniam Stephani Altissiodorensis canonici adversus dilectum filium nostrum Pontium abbatem Vizeliaci audiretis, et sine debito terminaretis. Verum quia idem abbas litteris et nuntio suo postea nobis significavit, illud unde controversia agitur Vizeliacensem Ecclesiam jam per xxx annos, et eo amplius, quiete tenuisse, et juxta ecclesiæ suæ antiquam consuetudinem, etc., ut in epistola præcedente.

DLXXVI.

Ad Petronillam abbatissam et moniales Fontis-Ebraldi.

(Anno 1140-1143, Jul. 1.)

[PAVILLON, *Vie de Robert d'Arbrissel*, Pr., p. 627.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus PETRONILLÆ abbatissæ et sororibus Fontis-Ebraldi, salutem.

Quoniam venerabilis frater noster Ulgerius Andegavensis episcopus per litteras et nuntios suos, nobis significavit, quod ea quibus per se, vel per famulos suos spoliaverat juxta conscientiam suam vobis restituere voluit, sed vos recipere renuistis. . . Nos. . . huic controversiæ debitum finem imponere cupimus post diutinam . . . per apostolica sibi scripta mandavimus quatenus molendinum et cætera quibus per. . . spoliaverat, salva sua et SS. Sergii et Bacchi justitia, vobis restituit, facta satisfactione post 7 diem episcopale sibi officium restitimus. Postmodum vero causa ipsa. . . venerabilis fratrum nostrorum G. Carnotensis episcopi apostolicæ sedis legati, H. Turonensis archiepiscopi, et G. Burdegalensis etiam archiepiscopi. . . concordiam. . . Quoniam religiosas personas a litigiis et. . . conventu abstinere, et nos ad pacem et tranquillitatem vestram volumus diligenter intendere. . . vobis justitiam conservare, per apostolica vobis scripta mandamus quatenus. . . vos habeatis, ut et controversia ista, jam tanto tempore agitata; de cætero. . . Andegavensis Ecclesia hujusmodi contentionibus aliquid detrimentum sustineat, orantes vos pro nobis misericordia divina custodiat, et in suo sancto servitio perseverantiam tribuat.

Datum Laterani Kal. Julii.

• Miror ergo, et adhuc familiarem coram vobis depono, quod pactum pacis (in quod per manus sapientum et religiosarum personarum nondum finito anno convenimus) non quidem omnes, sed quidam vestrum, ut mihi relatam est, dissolverunt;

et ne apud Villam-francam dominus Lugdunensis archiepiscopus, secundum placiti tenorem, cæmeterium dedicaret, etiam publice prohibuerunt. Quod utrum fieri debuisset, ipsi videte, etc.

DLXXVII.

Ad Petronillam Fontis-Ebraldi abbatissam. — Damnis ab Ulgerio Andegavensi episcopo et aliis affectam consolatur; auxilium et justitiam a Gaufrido Carnotensi episcopo, apostolicæ sedis legato, expendenda significat.

(Anno 1140-1143, Jul. 7.)

[D. BOUQUET, *Recueil*, XV, 408.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus PETRONILLÆ abbatissæ et sororibus Fontis-Ebraldi, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex quo Ecclesiæ Dei regimen, licet indigni, Domino disponente, suscepimus, personas vestras et locum Fontis-Ebraldi vera in Domino charitate dileximus et diligimus, et vestram vobis justitiam integram, indiminutam, quantum in nobis est, conservare optamus. De damnis autem et injuriis quæ ab Ulgerio episcopo et suis vobis et vestris illata sunt et inferuntur, affectione paterna dolemus, et, prout Dominus concesserit, ea relevare curabimus. Ipse quidem in pertinacia sua induratus in urbe moratur; quid expectat, vel quid facturus est ignoramus. Scimus autem quia quod de ipso fecimus, et quod de justitia vestra statuimus, minime mutare decrevimus: imo nisi resipuerit, et præceptum nostrum super hoc executioni mandaverit, B. Petri manus et nostras in eum acrius extendemus. Confortamini itaque, dilectæ in Domino filæ, et in tentationibus cum B. Job Dominum collaudate. Scriptum namque est: *Lima ferrum, fornax aurum, tentatio justum probat.* Speramus autem in Domino, quod per gratiam suam cum tentatione vobis proventum faciet, et cunctis malis optatum finem imponet. Nos quidem venerabili fratri nostro Gaufrido Carnotensi episcopo, apostolicæ sedis legato, monendo præcipimus, quatenus tam in hoc quam in cæteris vos juvare et manutenere studeat, et quibuscumque modis secundum Deum ad pacem et tranquillitatem vestram operam præbeat. Illos autem qui testium vestrorum, et aliorum in causa (187) ista vos adjuvantium, præcipue Bas. [Basleti] qui ad nostram venit præsentiam, domos diruere, possessiones et bona eorum auferre, et alia plurima damna et incommoda, de quibus eorum querimoniam acceperit, eis auferre ausu sacrilego præsumpserunt, ablata reddere, damnata illata resarcire districte commoneat. Quod si infra quadraginta dies post suam commonitionem adimplere, et in sua præsentia super hoc se innocentes ostendere contempserint, excommunicationis sententiam in eos annuntiet, et donec satisfaciant, observare firmi-

(187) De quadam possessiuncula agebatur, teste S. Bernardo Claravallensi, qui epist. 200 Ulgerio imputat exortum inde scandalum: « Quanti est, inquit, nescio quæ illa possessiuncula maledicta, ut ulterius jam possit aut umbrare tam manifestam veritatem, aut impedire tam optatam correptionem. » Et epist. 340 ad Innocentium papam: « Fractus jam ætate, laboribus, periculis, Andegavensis episcopus, cujus pectus non moveat, nisi ejus qui viscera misericordiz, qui omnem humanitatis exiit affectum! Hæc me

ter faciat. Orantes vos pro nobis divina gratia custodiat, et in suo sancto servitio perseverantiam tribuat.

Datum Laterani, Nonis Julii.

DLXXVIII.

Ad Petrum Venerabilem Cluniacensem abbatem. — Confirmatio aliquot ecclesiarum in diocesi Trecentensi.

(Anno 1140-1143, Jul. 16.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 415.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO abbati, et monachis Cluniacensibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Quæ vobis et fratribus vestris ab episcopis et Ecclesiarum Dei rectoribus, religionis intuitu rationabiliter data esse cognoscimus, tanquam nostra volumus observare, et auctoritate sedis apostolicæ, in qua Domino præsidente residemus, ut verpetuis observentur temporibus communire. Concessionem igitur ecclesiarum Sancti Remigii videlicet de Plajotro, de Borbona, de Lintis, et de Lintellis, et de S. Silvestro, a venerabili fratre nostro Attone Trecentensi episcopo vestro monasterio et vobis factam, firmamus, et præsentis scripti munimine roboramus. Si quis autem huic nostræ confirmationi sciens temerario ausu contraire tentaverit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Laterani, xvii Kal. Augusti.

DLXXIX.

Samsoni archiepiscopo Remensi et Alviso episcopo Atrebatensi scribit de Stephano fornicatore et aleatore.

(Anno 1141-1143, Mart. 10.)

[BALUZ., *Miscell.*, II, 165.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus SAMSONI Remensi archiepiscopo, et ALVISO Atrebatensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Quamvis minus reprehensibile sit nocentem absolvere quam innocentem damnare, licet nulli relinimus injuriam irrogare, tamen quia tam in clericis quam in laicis crevit malitia, necesse est ut discretæ subveniat disciplina. Si ergo Stephanus ille de quo nobis scripsit vestra fraternitas fornicator et aleator publicis apparuerit, placet nobis ut ita diligenter corrigatur quatenus et ipse emendetur et alii eandem enormitatem non audeant attentare. Quod si innocens fuerit, beneficio ecclesiastico non privetur.

Datum Laterani vi Idus Martii.

movent pro homine illo, cujus senectutem, si unum excipitur factum, venerabilem facit et vita, et scientia. De quo, quoniam quid peractum sit inter ipsam et abbatiam nondum cognovimus, nihil scribere præsumimus de re incognita. Sed si constiterit eum fecisse quod promisit, nihil jam superesse credimus, nisi ut plenitudini gratiæ et officii sui restituatur. Promissis tamen non stetit Ulgerius, prout dicemus in epistolis Lucii II papæ.

DLXXX.

Ad Henricum [Humbertum] Eduensem episcopum. — Vizeliacense cœnobium commendat.

(Anno 1141-1143.)

[MANSI, *Concil.*, XXI, 402.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri H. Eduensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut tua novit fraternitas, Vizeliacum monasterium cum omnibus appendiciis suis B. Petri juris existit, et ad ejus proprietatem et defensionem specialiter pertinet. Unde tibi est injuncta necessitas ipsum monasterium et fratres ibidem Domino servientes defendere, et manutenere, et in suis opportunitatibus adjuvare. Quocirca per præsentia tibi scripta mandamus, et mandando præcipimus, quatenus dilectum nostrum P. [Pontium], abbatem, et fratres suos, in nullo gravare vel infestare præsumas; et de parochianis tuis, a quibus eorum querimoniam acceperis, remota dilatione eis justitiam facias. Clericos vero eorum, quos contra tenorem privilegiorum sedis apostolicæ diceris ab ordinibus suspendisse. in officiis et ordinibus restituimus.

DLXXXI.

Ad Guillelmum Arelatensem archiepiscopum, apostolicæ sedis legatum. — Montispessulani homines ab eo absolutos, sed domino suo justitiam facere renuentes eisdem excommunicationis nexibus jubet denno constringi.

(Anno 1143, Jan. 4.)

[D. BOUQUET, *Recueil*, XV, 407.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GUILLELMO Arelatensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster Guillelmus de Montepessulano per litteras et nuntios significavit nobis, quod Montispessulani homines, post excommunicationis sententiam in eos promulgatam et ipsius loci interdictum, in manu tua se tibi facturos justitiam obtulerunt, atque id ipsum, datis tibi pignoribus et fidejussoribus, sacramento firmaverunt: qua occasione excommunicationis relaxata sententia, cum dies et locus persequendi justitiam eis a tua fraternitate constitutus esset, tanquam infideles et perjuri se subtraxerunt, et præfato domino suo justitiam facere renuerunt. Et quoniam nulli debet esse iniquitas lucrativa, per præsentia tibi scripta mandamus atque præcipimus quatenus in illos qui ejusdem loci consules appellantur, et omnes etiam qui tantæ malitiæ et nequitix capita esse noscuntur, eandem excommunicationis sententiam innoves, et locum ipsorum a divinis interdicis officiis, præter baptismum puerorum et pœnitentias morientium; subditos quoque tuos ab eorum communione et auxilio abstinere districte coerceas; illos vero qui contra præfatum dominum jurasse noscuntur, si ad ipsius fidelitatem et servitium sine fraude redierint, auctoritate nostra absolvas.

Datum Laterani Kal. Januarii.

A

DLXXXII.

Ad Petrum] Bituricensem archiepiscopum. — Stephanum de Catiaco, Rainaldum de Monte Falconis eorumque socios excommunicatos significat.

(Anno 1143, Jan. 10.)

[RAYNAL, *Hist. de Berry*, II, p. 529, ex chart. monast. S. Satyri, p. 164.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri P[etra] Bituricensi archiepiscopo, et dilectis filiis archidiaconis, archipresbyteris per Bituriam constitutis, beato Petro et nobis obedientibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Pessima et depopulatrix incendiorum malitia auctoritate Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli in generalibus ecclesiis prohibita est. Quæ quantum populo Dei damnosa sit, quantumque detrimentum animabus et corporibus inferat, nullus ignorat. Pro tanto, itaque malo a populo Dei exstirpando, statutum est ut si quis pro malo studio, sive pro odio, sive pro vindicta ignem apposuerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus consilium et auxilium scienter tribuerit, excommunicetur, et si mortuus fuerit incendiarius, Christiana careat sepultura, nec absolvatur nisi prius damno cui intulerit secundum facultatem merito juret se ulterius non appositorum, pœnitentia ei detur ut Hierosolymis aut in Hispania in servitio Dei per annum permaneat. Ideoque universitati vestræ notum fieri volumus quod in Stephanum de Cratiaco, Rainaldum de Monte Falconis et alios coadjutores eorum qui incendio ecclesiæ et burgi S. Satyri ausu sacrilego interfuerunt, excommunicationis sententiam promulgavimus. Verum per præsentia vobis scripta mandamus et mandando præcipimus quatenus eandem sententiam per parochias vestras publice annuntietis, et donec supradicto modo satisfaciant, firmiter observetis, et observari a subditis pariter faciatis.

Datum Laterani, iv Idus Januarii.

DLXXXIII.

Privilegium pro monasterio S. Petri Neocellensi.

(Anno 1143, Jan. 21.)

[MEICHELBEK, *Hist. Frising.*, p. 320.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis HERMANNO præposito ecclesiæ Sancti Petri de Novo loco juxta Frisingensem civitatem sito, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum.

Apostolici moderaminis clementiæ convenit religiosos diligere, et eorum loca pia protectione munire. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et apostolicæ sedis patrocinio foveamus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus, statuentes ut quasunque possessiones, quasunque bona in-

præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Præterea quidquid a venerabili fratre nostro Ottone Frisingensi episcopo, religionis intuitu vobis concessum est, et scripto suo firmatum, similiter confirmamus. Sancimus etiam ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam et institutionem fratrum Præmonstratensium perpetuis temporibus in eadem Beati Petri ecclesia inviolabiliter conservetur. In communi vero interdicto ipsius civitatis, liceat vobis clausis januis et exclusis excommunicatis sive interdictis, non pulsatis signis, submissa voce, divina obsequia celebrare. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino clericus, vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri delibaverint, devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistet, salva matricis ecclesiæ canonica justitia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, sive ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet aliis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Gregorius diacon. card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Stephanus Prænustinus episcopus ss.

Ego Octavianus diacon. cardin. S. Nicolai in Carcere ss.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et Bibliothecarii, XII Kal. Februarii, indictione XI, Incarnationis Dominicæ anno 1142, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno XIII.

DLXXXIV.

Ad canonicos ecclesiæ S. Fridiani Lucensis.

(Anno 1143, Febr. 9.)

[BALUZ., *Miscell.*, IV, 592.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, di-

lectis filiis canonicis S. Fridiani, salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectioni vestræ notum fieri volumus quod dilectum filium nostrum J. quondam priorem vestrum ad nos venientem debita benignitate suscepimus, ipsumque tanquam propriis beati Petri manibus, juxta petitionem cleri et populi Aretinæ Ecclesiæ, eis in episcopum consecravimus. Et quoniam absque pastoris providentia regno gravia solent damna contingere, universitatem vestram monemus, et monendo præcipimus quatenus unanimis sitis, et non sint in vobis schismata, sed Spiritus sancti gratia invocata, idoneam, religiosam et discretam personam vobis in Patrem et priorem eligatis, per cujus prudentiam et sollicitudinem Ecclesia vestra, præstante Domino, gratum suscipiat incrementum. Nos enim vos et locum vestrum vera in Domino charitate dileximus et diligimus, et in quibus secundum Deum possumus, manutenere et juvare volumus.

Data Laterani v Idus Februarii.

DLXXXV.

Privilegium pro ecclesia S. Mariæ de Reno.

(Anno 1143, Febr. 13.)

[TROMBELLI, *Memorie di S. M. di Reno*, Appendice, p. 361.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GUIDONI priori ecclesiæ Beatæ Mariæ de Reno ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris canonicè substituendis, in perpetuum

Apostolici moderaminis clementiæ convenit religiosos diligere et eorum loca pia protectione munire. Dignum namque est, et honestati conveniens eorum cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, ut et a pravorum hominum nequitia tueamur, et apostolicæ sedis patrocinio soveamus. Eapropter, dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam Ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuente, ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea, quacunque possessiones, quacunque hæc in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, sive aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Prohibemus quoque ut nullus fratrum, post factam ibidem professionem, absque prioris totiusque congregationis permissione, ex eodem claustro audeat discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus omnino suscipiat. Clericos vero sive laicos liberos, sæculariter viventes ad conversionem suscipiendi absque alicujus contradictione facultatem liberam habeatis. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino clericus vel laicus deci-

mas a vobis exigere præsumat. Oleum vero sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diœcesano suscipiatis episcopo, siquidem Catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, et ea gratis et absque pravitate aliqua vobis exhibere voluerit; alioquin liceat vobis Catholicum quemcunque malueritis adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, sed liceat vobis communi consilio, et pari consensu vel parte consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Augustini regulam absque ullius contradictione priorem eligere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni et extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen matricis Ecclesiæ justitia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra cōserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva tamen diœcesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ episcopus ss.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus ss.

Ego Ivarus Tusculanus episcopus ss.

Ego Guido sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos ss.

Ego GG. presbyter cardinalis tituli Calixti ss.

Ego Rainerius presb. card. tit. Sanctæ Priscæ ss.

Ego Goizo presb. card. tit. S. Cæcilie ss.

Ego Gregorius diaconus card. Sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Ego Otto diacon. card. Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

Ego Humbaldus diac. card. Sanctæ Mariæ in via Lata ss.

Ego Octavianus diac. card. Sancti Nicolai in Carcere ss.

A Ego Petrus diac. card. Sanctæ Mariæ in Aquiro ss.

Ego Petrus diac. card. Sanctæ Mariæ in Porticu ss.

Dat. Lat. per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyt. cardinal. ac bibliothecarii, Id. Febr., Incarnationis Dominicæ anno 1142, indict. xi, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno xiii.

DLXXXVI.

Privilegium pro ecclesia Springirbacensi.

(Anno 1145, Febr. 22.)

[GUKTNER, *Cod. diplom. Mosell.*, I, 282.]

B INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis RICHARDO abbati Sprenkirabaceusis ecclesiæ, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur quod religioni et honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Alberonis Trevirensis archiepiscopi, precibus inclinati, vestris justis postulationibus clementer annuimus et donationem parochialis ecclesiæ, quæ dicitur in Monte Sancti Petri, quæ est mater ecclesiæ cum quinque ecclesiis ad eam pertinentibus in totidem villis, videlicet Pundericha, Keymeta, Cella, Merla et Currey, quemadmodum a præfato fratre nostro archiepiscopo

C fratrum suorum consensu vobis canonice facta est et scripto suo firmata, auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti pagina communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut

D ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra cōserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Trevirensis archiepiscopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic bonæ actionis fructum percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Sergii et Bacchi.

Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus.

Ego Imarus Tusculanus episcopus.

Ego Geraudus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Domino.

Ego Petrus diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Agro.

Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos.

Ego Gregorius presbyter cardinalis titulo S. Calixti.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, vii Kal. Martii, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno xiv.

DLXXXVII.

Privilegium pro monasterio S. Columbæ Senonensi.

(Anno 1143, Febr. 23.)

[FLECREAN, *Les antiquités d'Estampes*, p. 589.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis THEOBALDO abbati monasterii Sanctæ Columbæ, quod in Senonensi suburbio situm est, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuam memoriam.

Desiderium quod ad religionis propositum, et animarum salutem cognoscitur pertinere animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus justis clementer annuimus, et præfatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, sive aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: castrum in quo monasterium sanctæ Columbæ fundatum est, et fines illius a Cruce Giraudi usque ad cryptas ab omni prorsus consuetudine et exactione liberum; ecclesiam Sancti Lupi de Sermasia; omnemque clausuram in qua constructa est; capellam Sanctæ Mariæ de Cathiniaco cum sua clausura, ecclesiam Sanctæ Columbæ de Quadruvis; ecclesiam Sancti Buedicti, ecclesiam Sancti Clementis, ecclesiam de

Beiaci, ecclesiam de villa Patricii cum ecclesia de Novavilla, ecclesiam de Grunno; ecclesiam de Cusiaco cum ea quæ est in Euriaco, ecclesiam Sancti Germani; ecclesiam Sancti Laurentii cum decima de Pomerio; ecclesiam de Corlon; ecclesiam Sancti Martini de Sarmosia; ecclesiam de Closavilla, ecclesiam de Maugeleart cum cœmeteriis, decimis, et cæteris earum appendiciis; apud. . . in ecclesia Sancti Petri offerendam, in solemnitatibus ejusdem sancti; in ecclesia Sancti Stephani de Cathiniaco singulis annis decem censuales solidos; villam de Sarmasia cum omnibus pertinentiis suis; villam Grunni, villam Patricii, villam Misseriaci cum pratis et nutritoriis suis; villam Cusiaci, villam Jovenciaci, villam Sancti Germani super Orosam, villam quæ Cotloon dicitur; terram de Nangiis cum nemoribus, et suis pertinentiis; terras de Bello-monte super Scauvam, et juxta domos monachorum, et clausum quod in summo Braie Joviniaco, et eorum Castellaniis habetis. Quinque solidos, in molendino de Clanesmeis, terram de Floriaco, terras Broelli cum silvis et hominibus; forestam Jeannæ summis, a loco qui Capetus dicitur usque ad Dulliacum villam; de silva Sancti Stephani quæ adjacet villæ Nadiliaci duas carratas lignorum diebus singulis; arcam infra muros civitatis a claustro canonicorum usque ad portam S. Desiderii cum omnibus ædificiis, quæ in ea sunt. Decimam quæ est ultra pontem quietam transitum absque pedagio vobis et vestris omnibus per. . . donum quod fecit Eva comitissa de Catiniaco cum terris, nemoribus, aquis, et omnibus appendiciis sitis in Tricensi episcopatu. Villam Regniaci cum ponte Sancti Guinebaldi, in villa Moriniaci terrarum. Villam de Sarmatia cum suis pertinentiis ab omni consuetudine et exactione omnino liberam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ipsius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocæsani episcopi justitia canonica. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic bonæ actionis fructum percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

SANCTUS PETRUS, † SANCTUS PAULUS.

Ego Innocentius papa secundus.

Ego Bueticus cardinalis presbyter tituli S. Clementis.

Ego Guido, presbyter card. tit. Chrysogoui.
 Ego Conradus Sabinensis episcopus.
 Ego Gregorius diacon. card. Sergii et Bacchi.
 Ego Albericus Ostiensis episcopus.
 Ego Stephanus Prænestinus episcopus.
 Ego Imarus Tusculanus episcopus.
 Ego Hubaldus presbyter card. Sanctæ Praxedis.
 Ego Petrus Sanctæ Mariæ in Dominica diac. cardinalis.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, vii Kal. Martii, Incarnationis Dominicæ anno 1142, indictione vi, pontificatus vero domni Innocentii II papæ anno xiv.

DLXXXVIII.

Fundationem ecclesiæ Secoviensis confirmat, petente Conrado archiepiscopo Salzburgiensi.

(Anno 1143, Mart. 12.)

[PUSCH (Sigism.) *Diplomat. sacra ducatus Styriæ*, pars 1, p. 144.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis WERNERO Seccoviensi præposito, ejusque fratribus regularem vitam professis, tam præsentibus quam futuris, in perpetuum.

Eapropter venerabilis fratris nostri Chunradi Salzburgensis archiepiscopi precibus inclinati, mutationem loci vestri, qui dicitur Feustrize, in locum qui dicitur Seecoove, auctoritate apostolica confirmamus, locumque ipsam cum omnibus pertinentiis suis sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuantes ut ordo canonicus secundum B. Augustini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quasunque possessiones et quasunque bona impræsentiarum juste possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo auxiliante, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte te nunc ejusdem ecclesiæ præposito vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, aut fratrum pars sanioris consilii, secundum Dei timorem et B. Augustini regulam, præviderint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet aliis vexationibus fatigare: sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua ergo in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit; potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Redemptoris nostri Jesu

A Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Laterani per manum, etc., quarto Idus Martii, anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quadragesimo tertio, indictione sexta, pontificatus vero domni Innocentii secundi papæ anno decimo quarto.

DLXXXIX.

Ad fratres ecclesiæ S. Frigidiani Lucensis.

(Anno 1143, Mart. 13.)

[BALUZ., *Miscell.*, IV, 592.]

B INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Domino filiis P. priori S. Frigidiani et ejus fratribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Gaudemus, et omnipotenti Deo, qui unanimes habitare facit in domo, gratias agimus, quod sicut literis et nuntio nobis significastis, communi voto et pari consensu personam sapientem et honestam vobis in priorem elegistis. Unde per præsentia scripta universitati vestræ mandamus, monemus et exhortamur in Domino, ut ipsum tanquam patrem affectione præcipua diligatis et honoretis, et tanquam animarum vestrarum custodi obedientiam et reverentiam devote et humiliter exhibeatis. Tu itaque, dilecte in Domino fili, P. prior commissum tibi regimen et curam ipsius Ecclesiæ cum tanta discretione et sollicitudine administrare studeas, ut regularis vite observantia ibidem ad honorem Dei et animarum salutem conservetur, et ipsa Ecclesia, tam temporaliter quam spiritualiter, sub tuo regimine præstante Domino augeatur. Nos enim personam tuam et Ecclesiam tibi a Deo commissam affectione paterna diligere et secundum Deum juvare et manutenere volumus.

Data Lateran. iii Idus Martii.

DXC.

Privilegium pro ecclesia S. Salvatoris de Casali.

(Anno 1143, Mart. 17.)

[De CONTI, *Notizie storiche di Casale*, I, p. 336.]

D INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio GIRARDO præposito, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris in ecclesia Sancti Evasii de Casali regulariter viventibus in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, petitionibus vestris benignitate debita gratum impertientes assensum, præfatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et ad exemplar prædecessoris nostri bonæ memoriæ papæ Calixti, præsentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuantes ut ordo canonicus secundum

B. Augustini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur; et ne cui post professionem exhibitam proprium quod habere, seu sine præposito vel congregationis licentia de claustris discedere liceat, interdiximus. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, sive aliis justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: in eodem loco Casalis, ecclesiam Sanctæ Mariæ, et ecclesiam Sancti Stephani cum hospitali ibidem ædificato, et omnibus suis pertinentiis: omnes ecclesias sitas in curia Casalis, cum omnibus pertinentiis. In Paciliano ecclesia Sancti Germani, ecclesia S. Michaelis de Castagneto. In loco Sancti Georgii, ecclesia Sancti Martini, S. Mariæ, Sancti Hilarii, S. Vitalis, et S. Petri. In Cinagio ecclesia SS. Cosmæ et Damiani cum iv mansis, et omni decima totius loci. In Rodolasco ecclesia Sancti Michaelis cum pertinentiis suis. In Torcello ecclesia S. Clementis et S. Nicolai. In loco Casalis tres mansos terræ, quos propriis bobus excolitis, sex jugera vinearum ad proprios labores: mansum Brisæ, mansum Framiniæ, mansum officiani, mansum Ambrosii Ticiuasci, mansum filiorum Gisi, mansum Hilarii, mansum Adæ Luganiani, mansum Spatæ Caldariæ, mansum Henrici Scineæ, mansum Setaciarii, mansum Casatextæ, mansum Oberti Risuliani, mansum Quirici Baldeæ, mansum Rodulphi Qualeæ, cum primitiis, et tertia parte decimarum totius loci Casalis, et tota decima terrarum familiæ Sancti Evasii, et tota decima Brajdardum episcopi: villam Luventini cum decimis, et omnibus pertinentiis suis. In Sancto Gregorio xiii mansos; sextam decimam partem Torcelli cum omnibus pertinentiis. In Monteclo tres mansos; in Mirabello v mansos. In pertinentia cellæ vii mansos; in Sannatia v mansos; in Paciliano v mansos; in vico Borrani mansum unum; in Luno mansum unum; in Agelio mansum unum; in Ozano mansum unum; in Occimiano mansum unum; in Fraxineto mansum unum et dimidium. Illud præterea omnimodo interdiximus, ne quis militum, seu quarumlibet sæcularium personarum de rebus ejusdem Ecclesiæ, seu rusticorum ad ipsius Ecclesiæ parochias pertinentium, decimas auferre præsumat, sed in vestros, seu ecclesiæ vestræ usus juxta sanctiones canonicas conferantur. Sane clericos sæculariter viventes, ad præpositi vestri conversionem suscipere, nullius episcopi vel præpositi contradictione vos inhibeat. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi a diocæsano suscipietis episcopo, siquidem Catholicus fuerit, et gratiam atque communionem sedis apostolicæ habuerit, et ea gratis, et

A absque pravitate aliqua vobis exhibere voluerit. Alioquin liceat vobis Catholicum quemcunque malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Obeunte quoque te nunc ejusdem loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, sed liceat vobis communi consilio, vel parti consilii sanioris, secundum Dei timorem et B. Augustini regulam, absque ullius contradictione præpositum eligere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, claustrum vestri domos invadere, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, nec præpositorum alicui facultas sit ecclesiæ prædia personis sæcularibus in feudum dare, vel quibuslibet ingeniis alienare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocæsani episcopi canonica justitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica qualibet sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire temere tentaverit, secundo tertioque commonita, si non satisfactione congrua emenderit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco iura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardin. et bibliothecarii, xvi Kalendas Aprilis, Incarnationis Dominicæ anno 1142.

DXCI.

Privilegium pro monasterio S. Martini de Campis.

(Fragmentum. — Anno 1143, Mart. 23.)

[*Bibliotheca Cluniacensis*, col. 603.]

D INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio THEOBALDO, priori monasterii Sancti Martini de Campis, ejusque successoribus, etc.

. Eapropter, dilecte in Domino fili Theobalde prior, tuis petitionibus annuentes, Beati Martini monasterium, cui auctore Domino, ex venerabilis fratris nostri Petri abbatis Cluniacensis institutione, præsides, præsentis decreti auctoritate munimus, etc.

Datum Laterani per manum Gerardi S. R. E. presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, x Kal. Apr. Incarn. Dominicæ an. 1141, indict. vi, pontificatus vero domni Innocenti II papæ an. xiv.

DXCII.

Privilegium pro abbacia Wingartensi.

(Anno 1143, April. 9.)

[HESS, *Prodromus Monum. Guelf.*, p. 52.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis GEBERARDO abbati monasterii Wingartensis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Religiosis desideriis dignum est facilem præbere consensum, ut fidelium devotio celerem sortiatur effectum. Proinde, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus gratum impartientes assensum præfatum monasterium quod nimirum ab illustri viro bonæ recordationis Gueffone ipsius loci fundatore beato Petro oblatum est, ad exemplar prædecessorum nostrorum Urbani videlicet et Paschalis beate memoriæ Romanorum pontificum in ejusdem apostolorum principis jus protectionemque suscipimus et apostolicæ sedis patrocinio communitus; statuentes ut quæcumque bona, quascunque possessiones præfatum monasterium juste et canonice impresentiarum possidet, vel in futurum concessione pontificum liberalitate regum seu principum, oblatione fidelium, sive aliis rationabilibus modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Deoermimas ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliis quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoeat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholice Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, v Idus Aprilis, Incarnationis Dominicæ anno 1143, indictione vi, pontificatus vero domini Innocentii papæ II anno xiv.

A

DXCIII.

Ad Conradum Salzburgensem archiepiscopum. — Ut Udalricum ejusque filiam cum prædiis quibusdam a monachis Admontensibus restitui monasterio Benedictoburano imbat.

(Anno 1143, April. 12.)

[MICHELBECK, *Chronicon Benedictoburanum*, p. 92.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, CONRADO Salzburgensi archiepiscopo; salutem et apostolicam benedictionem.

Scire fraternitatem tuam volumus quod fratres Burensis monasterii et litteris et nuntio conquesti sunt; quod quidam nobilis homo Oudalricus nomine se et unicam filiam cum prædiis suis in eorum conventu, te quoque ac venerabili fratre nostro Hildeboldo Gurcensi episcopo presentibus, Deo vovit et obtulit. Postmodum autem eidem loco incumbens persecutione, prædictus Oudalricus assumpta filia persecutionem fugiens ad monasterium Ademunde in tuo episcopatu se transtulit, et filiam cum prædiis, quod omnino non licuit, ibidem offerre præsumpsit. Quocirca per præsentia tibi scripta mandamus, et mandando præcipimus, quod si rem ita esse constitit ipsam Oudalricum et filiam cum prædiis oblati præfatis fratribus de Burin. cum integritate reddi facias. Quod autem in eodem monasterio Deo obtulerat, absque abbatis et totius congregationis permissione, ad aliud monasterium transferendi, vel offerendi nullam habuit facultatem.

Data Laterani iv Idus Aprilis.

DXCIV.

Privilegium pro monasterio S. Mariæ de Castillione.

(Anno 1143, April. 13.)

[ARRO, *Storia della cittadi Parma*, Appendice, II, p. 352, ex archivo Vaticano.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ALBERTO abbati monasterii Sanctæ Mariæ de Castillione, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere cognoscitur, animo non decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium quod B. Petri juris existit, in quo divino mancipati estis obsequio, in ejusdem apostolorum principis jus protectionemque suscipimus, et præsentis scripti privilegio communitus, statuentes ut quascunque possessiones quæcumque bona idem monasterium juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, sive aliis justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam S. Salvatoris de basilica ducis cum omnibus suis pertinentiis; ecclesiam S. Remigii de Palude, ecclesiam S. Eusebii de Grani, cellam Sancti Bonæ-

dicti de Guasco, cum omnibus suis pertinentiis; A archidiacono, Petro archipresbytero, eorumque fratribus tam presentibus quam futuris canonicè substituendis, in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Hujus rei gratia, dilecti in Domino filii, justis postulationibus vestris benignitate debita gratum impertientes assensum, ecclesiam Beati Petri apostoli in qua divino mancipati estis obsequio, sub ejusdem apostolorum principis et nostra protectio. suscipimus, et presentis privilegii patrocinio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, et quascunque bona in presentiarum quolibet jure præfata Ecclesia possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, sive aliis rationabilibus modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabula: plebem Sancti Petri in Lacuna cum omnibus ad eam pertinentibus; medietatem plebis Sancti Andree in Panigale cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Christofori martyris extra castrum Quartuli; ecclesiam Sancti Andree in Casanaula; ecclesiam S. Mariæ in Merlasco; præterea Arcuatam majorem et minorem, Fermelinum majorem et minorem cum appendiciis suis, videlicet Fabriati Murena cum campo majore coherentes sibi, et Taulis de villa nova; duos mansos in Cicutino, quatuor in Cicutino, quatuor in Pegulino, duos in Morino, locum qui dicitur Gargugnanus; locum qui dicitur Curilianus, locum qui dicitur Mons, locum qui dicitur Tistitas; duos mansos in Varano, quidquid habetis in Fuscarino, in Pigna, in Pitriolo et in quibuscunque locis, villis, vel fundis, terris, vel aquis, aquarumve decursibus. Sancimus etiam vobis, vestrisque in perpetuum successoribus antiquas Ecclesiæ vestræ consuetudines, honores, dignitates in decimis, primitiis, testamentis, oblationibus tam vivorum quam mortuorum antiquitus consuetis plebium episcopatus vestri processibus et pensionibus, omnibusque persolutionibus, præbendis, sive redditibus, quemadmodum vos vel successores vestri ex antiquo Ecclesiæ vestræ usu habuistis, tenuistis, et possedistis a die obitus beatæ memoriæ Pauli ejusdem Ecclesiæ venerabilis episcopi, usque ad tempus Jacobi successoris ejus. Oleum autem infirmorum, et eorundem unctiones de tota plebe vestra soli ecclesiæ vestræ, ejusque sacerdotibus in perpetuum apostolicæ sedis auctoritate firmamus, et, ut nullus capellanorum apud se retineat, vel in eo sine matricis Ecclesiæ licentia operetur, sub eorum officii interminatione ac excommunicatione, præcipimus. Archidiaconum quoque et archipresbyterum semper in ecclesia vestra per canonicam substitutionem habendos præcipimus, quibus nimirum quidquid eis sacrorum canonum auctoritate conceditur, presentis privilegii auctoritate firmamus. Sane charitativa illa ciborum

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, alias ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Datum Laterani per manum Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, idibus Aprilis, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo quadragesimo tertio, indictione sexta, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno quarto decimo.

DXCV.

Privilegium pro canonica S. Petri Faventini.

(Anno 1143, April. 26.)

[Tonduzzi, *Hist. di Faenza*, p. 485.]

INNOCENTII episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Faventinæ Ecclesiæ Farolfi

archidiacono, Petro archipresbytero, eorumque fratribus tam presentibus quam futuris canonicè substituendis, in perpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Hujus rei gratia, dilecti in Domino filii, justis postulationibus vestris benignitate debita gratum impertientes assensum, ecclesiam Beati Petri apostoli in qua divino mancipati estis obsequio, sub ejusdem apostolorum principis et nostra protectio. suscipimus, et presentis privilegii patrocinio communimus; statuentes ut quascunque possessiones, et quascunque bona in presentiarum quolibet jure præfata Ecclesia possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, sive aliis rationabilibus modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabula: plebem Sancti Petri in Lacuna cum omnibus ad eam pertinentibus; medietatem plebis Sancti Andree in Panigale cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Christofori martyris extra castrum Quartuli; ecclesiam Sancti Andree in Casanaula; ecclesiam S. Mariæ in Merlasco; præterea Arcuatam majorem et minorem, Fermelinum majorem et minorem cum appendiciis suis, videlicet Fabriati Murena cum campo majore coherentes sibi, et Taulis de villa nova; duos mansos in Cicutino, quatuor in Cicutino, quatuor in Pegulino, duos in Morino, locum qui dicitur Gargugnanus; locum qui dicitur Curilianus, locum qui dicitur Tistitas; duos mansos in Varano, quidquid habetis in Fuscarino, in Pigna, in Pitriolo et in quibuscunque locis, villis, vel fundis, terris, vel aquis, aquarumve decursibus. Sancimus etiam vobis, vestrisque in perpetuum successoribus antiquas Ecclesiæ vestræ consuetudines, honores, dignitates in decimis, primitiis, testamentis, oblationibus tam vivorum quam mortuorum antiquitus consuetis plebium episcopatus vestri processibus et pensionibus, omnibusque persolutionibus, præbendis, sive redditibus, quemadmodum vos vel successores vestri ex antiquo Ecclesiæ vestræ usu habuistis, tenuistis, et possedistis a die obitus beatæ memoriæ Pauli ejusdem Ecclesiæ venerabilis episcopi, usque ad tempus Jacobi successoris ejus. Oleum autem infirmorum, et eorundem unctiones de tota plebe vestra soli ecclesiæ vestræ, ejusque sacerdotibus in perpetuum apostolicæ sedis auctoritate firmamus, et, ut nullus capellanorum apud se retineat, vel in eo sine matricis Ecclesiæ licentia operetur, sub eorum officii interminatione ac excommunicatione, præcipimus. Archidiaconum quoque et archipresbyterum semper in ecclesia vestra per canonicam substitutionem habendos præcipimus, quibus nimirum quidquid eis sacrorum canonum auctoritate conceditur, presentis privilegii auctoritate firmamus. Sane charitativa illa ciborum

beneficia, quæ a monasterio Sanctæ Mariæ Foris A portam, et monasterio S. Ipoliti, sive quæ in Nativitate Domini, et Resurrectione ab episcopo vestro recipere consuevistis, sive jam dictis monasteriis consuetas processiones feceritis sive ipsas, casu excusabili prohibente, subtraxeritis, vobis vestrisque posteris rata sancimus, et illibata servari. Sepulturam quoque eidem vestræ Ecclesiæ omnino liberam esse concedimus, et eorum corpora, qui se illic sepeliri deliberaverint, vel eorum, qui per consuetam parentelæ vel cognationis sepulturam ad cœmeterium vestrum pertinere noscuntur, recipiendi sine vestra licentia nullus habeat facultatem, nisi forte adhuc viventes quodlibet propositum religionis assumpserint; quæ si quis ausu temerario recipere, vel sepulturæ tradere præsumperit, sive laicus sit, sive clericus, usque ad condignam satisfactionem ecclesiasticæ vindictæ subiaceat, et eisdem defunctis nullus exsequias celebrare præsumat. Ad hæc adicientes statuimus ut sine vestro vel successorum vestrorum consensu nulla nova ecclesia, vel oratorium intra Faventini episcopatus terminos construatur, vel consecretur; quæ si secus constructa, vel consecrata fuerit, in ipsis auctoritate apostolica divina prohibeatis officia celebrare. Nulli etiam archiepiscopytero, vel episcopo liceat, aliquem matricem ecclesiæ clericum officio, seu beneficio sine canonico iudicio spoliare. Illud quoque præsentis decreto duximus adnectendum, ut tam in ecclesiasticis, quam in sæcularibus, tam in communibus quam in privatis vos vestrique successores ab omni tributaria exactione immunitatem omnimodam habeatis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sæcularisve persona præsentis decreti tenore cognita, contra id temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ supremi iudicis ultioni subiaceat. Universa vero, quæ præsentis privilegio confirmantur, inconcussa servantibus sit pax et gratia Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic bonæ actionis fructum percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Dat. Lat. per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii vi Kalend. Maii, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero D. Innocentii II papæ anno xiv.

DXXCVI.

Privilegium pro ecclesia S. Laurentii Florentina.

(Anno 1143, Maii 1.)

[LAMI, *Ecclesiæ Florent. Monum.*, III, 1779.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis PETRO priori S. Laurentii Florentinæ civitatis, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Æquitatis et justitiæ ratio persuadet, nos ecclesiis perpetuam suarum firmitatem, et vigoris inconcussi munimenta, conferre. Non enim decet clericos in sortem Domini evocatos perversis malorum hominum molestiis agitari, et temerariis quorumlibet vexationibus fatigari. Similiter et prædia usibus secretorum cœlestium dedicata nullas potentum angarias, nihil debent extraordinarium sustinere. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus clementer annuimus, et præfatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostræ protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocinio communitus; statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum; oblatione fidelium; sive aliis justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: hospitale, quod juxta eandem Ecclesiam Sancti Laurentii situm est, cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Marci cum omnibus pertinentiis suis; montem S. Laurentii qui ex uno latere proximat terræ S. Joannis et duabus viis decurrentibus, et ex alio S. Romuli, tertio S. Mariæ, etc. Quæcunque etiam a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus vobis concessa sunt, et ecclesiæ vestræ eorum privilegiis confirmata. Decernimus ergo ut nulli hominum omnino liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet modis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Florentini episcopi canonica justitia. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus etc.

Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis SS. Sergii et Bacchi ss.

Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

Ego Stephanus Prænestinus episcopus ss.

Ego Humbaldus diaconus cardinalis S. Mariæ in Via Lata ss.

Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos ss.

Ego Boethius S. Romanæ Ecclesiæ minimus presbyter ss.

Ego Gregorius presb. card. tit. Calixti ss.

Ego Thomas presbyt. card. tituli Vestinæ ss.

Ego Hubaldus tituli S. Prædixis presbyter cardinalis ss.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, Kal. Maii, indictione vii, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero D. Innocentii papæ II anno xiv.

DXCVII.

Privilegium pro monasterio SS. Apostolorum Montis-Cornelii Leodiensis.

(Anno 1143, Maii 4.)

[Huc, *Annal. Præm.*, I, p. 273.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Lucæ abbati ecclesiæ Sanctorum Apostolorum in monte Cornelio juxta Leodium sitæ, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Ad hoc nobis Ecclesiæ Catholicæ cura a summo pastore Deo commissa est, ut Dei servos paternis affectibus diligamus, et eo amplius studeamus ipsorum devotionem modis omnibus confovere, quo ferventius ipsis disciplinis ecclesiasticis, et sanctorum Patrum Regulis inhærere noscuntur; tunc enim Deo gratus apostolicus impenditur famulatus, si sanctorum locorum salubris institutio, rigor et ordo nostris patrocinii in religionis puritate fuerint conservata. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus elementer annuimus, et præfatam ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et vestra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuantes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: in Viler qui dicitur episcopi, terram Udelini, Gisseberti, et Hillini, cum domibus, cortiliis et pratis; in urbe Leodii 23 solidos quos de suo thelonio singulis annis Obertus episcopus in dedicatione ecclesiæ vobis donavit; domum quam dedit Lambertus de Mosa in villa quæ dicitur Latus cum domibus et cortiliis; terram quam dedit vobis Fredericus villicus de Jupilia et uxor ejus Mabilia in eadem villa Latus;

et terram etiam quam dedit vobis Gislebertus et uxor ejus Richeldis in villa quæ dicitur Hollonia super Jecoram, et in altera villa quæ dicitur Hactaples, cum domibus, cortiliis, pratis, censu denariorum. Præterea quicquid habetis in villa quæ appellatur Richen, scilicet in ecclesia, in censu denariorum, in terra arabili, in silvis, pratis, terris cultis et incultis; quicquid etiam habetis in villa quæ dicitur Mercherul, et in sarto quod appellatur Collieres, in loco qui dicitur Heys sive curtus Aufredi, et in villa quæ dicitur Gonheris, scilicet in ecclesia Beati Petri et Sancti Georgii, in decima, in censu denariorum, in terra arabili, et in silvis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, et in villa quæ appellatur Radenehen, scilicet domum hospitalem cum suis pertinentiis. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus, vel laicus decimas a vobis exigere præsumat. Ordinem quoque et propositum vestrum canonice vivendi secundum Beati Augustini regulam et institutionem Præmonstratensis Ecclesiæ, nullus audeat immutare vel super vos ordinem alterius professionis inducere; nulli etiam fratrum vestrorum, post factam ibidem professionem, absque abbatis et capituli sui licentia, liceat ex eodem claustro discedere; discedentem vero nullus audeat retinere. Oleum autem infirmorum, consecrationes altarium vel ecclesiarum, ac ordinationes clericorum a diocæsano episcopo accipiatis, si gratiam sedis apostolicæ habuerit, et ea vobis gratis, et sine exactione aliqua exhibere voluerit; alioquin eadem a quolibet Catholico accipiatis episcopo, qui nostra fultus auctoritate, quod postulat indulgeat. Porro libertatem ecclesiæ vestræ ab episcopis Oberto et Alberone privilegio determinatam, atque firmatam assensu Leodiensis Ecclesiæ, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimode profutura; salva diocæsani episcopi canonica justitia. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica sæcularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant; Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Ecclesiæ presbyt. card. ac bibliothecarii, iv Nonas Maii, indictione vi, Incarnationis Dominicæ anno 1143, pontificatus vero domini Innocentii II papæ anno xiv.

DIXCVIII.

Ad P. priorem et fratres ecclesiæ S. Frigidiani Lucensis.

(Anno 1143, Jun. 26.)

[BALUZ., *Miscell.* IV, 5]2.]

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis P. priori et fratribus S. Frigidiani, salutem et apostolicam benedictionem.

Regularis vitæ propositum in Ecclesia vestra jam diu per gratiam Dei viguit, et congregatio vestra

A sanctæ conversationis exemplo plures ad bene vivendum informavit. Relicta tamen parvulorum vita, quæ in Segor remanet, ad altiora montis cum Domino ascendistis, ubi ardua præcepta justitiæ quasi ab ipsius ore percipitis, et operum executione laudabiliter adimpletis. Monemus itaque dilectionem vestram non ut incipiatis, sed ut in tam sancto et pio proposito viriliter persistatis, et, juxta Apostolum, quæ retro sunt obliviscentes, de die in diem in virtutibus crescendo ad ulteriora cum Domini adjutorio vos ipsos extendatis; nos autem personas et locum vestrum vera in Domino charitate diligimus, et in omnibus secundum Dominum juvare et manutenere volumus.

Data Laterani vi Kal. Julii.

VARIORUM AD INNOCENTIIUM EPISTOLÆ.

I.

Adalberti archiepiscopi Moguntini responsoria et apologetica synodi Moguntinæ, Gebhardum ob probata crimina examinatum, convictum, excommunicantis, et refutatoria eorum quæ amici Gebhardi sub-et obrependo Innocentio II allegaverant.

(Anno 1130.)

[HARTZEIM, *Conc. Germ.*, III, 311.]

INNOCENTIO sanctissimo et universali papæ, ADALBERTUS Dei gratia sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ humilis minister et apostolicæ sedis legatus, debitam ut tanto apostolico obedientiam, et devotissimam ut tanto Patri reverentiam.

Acceptis sanctitatis vestræ litteris super causa fratris illius, si tamen frater dici debet, qui sibi sanctæ Wurzburgensis Ecclesiæ episcopatum usurpat, intelleximus totius causæ ordinem longe aliter quam se veritas habet summo apostolatui vestro innotuisse, quia multa solent per subreptionem fieri. Item namque sanctitati vestræ contra nos querelas deposuit, dicens se a nobis præjudicium sustinere, et contra justitiam prægravari. Nec vero in hac causa, Deo teste et conscientia nostra, nihil egimus quod canonicis regulis possit obviare; nihil unde sanctitati vestræ suspecti esse debeamus; nihil unde aliquis qui causam ipsam plenius tractaverit, possit nos reprehendere. Sed quidquid in hac causa egimus, non zelo amaritudinis, sed zelo justitiæ, non aliquo odio promoti, sed officii intuitu, non contra sanctorum Patrum canones, sed secundum canones egimus.

Scimus quidem juxta sanctorum Patrum regulas divinitus inspiratas, episcopo episcopatum adimi non

B *debere, antequam causæ ejus exitus appareat.* Sed optime novit sanctissimus apostolatus vester hanc sanctorum Patrum sententiam de dubiis episcoporum causis, non de manifestis intelligi debere. Ejus vero de quo agitur impudentissima causa et certum crimen, nullum legitimæ defensionis, nullum justæ excusationis colorem recepit. Luce enim clarius patet omnibus quod nullis meritorum privilegiis, nulla præeunte electione, ad tanti sacerdotii gradum est ascitus: sed tyrannica violentia intrusus, in ovile Dominicum non per ostium intravit, sed aliunde per ambitionem et Simoniacam hæresim tanquam fur et latro impudentissime irrupit; et quod sine magno dolore et cordis compunctione dicere non possumus, locum legitimi pastoris sibi usurpavit, quem sibi sancta Wirzburgensis Ecclesia de filiis suis, communi voto et consensu cleri et plebis, nobisque laudantibus et consentientibus, canonice inthronizandum elegerat, utpote natalibus et moribus nobilem, ecclesiastica disciplina apprime imbutum, fide Catholicum, natura prudentem, via castum, sobrium, humilem, affabilem, litteratum, in lege Dei instructum, in sensibus Scripturarum tacitum [f. acutum], et per omnia sacerdotii nomine et honore dignissimum.

II.

Epistola Guigonts Carthusiæ Majoris prioris ad Innocentium. — Consolatur summum pontificem adversus schismatis molestias.

(Scripta ante an. 1151, quo mortuus est S. Hugo episc. Gratianopolitanus, de quo in hac epistola.)

[Opp. S. Bernardi ed. Mabill., t. II, p. 1055.]

Domino et Patri charissimo ac reverendissimo